image
not
available

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
1
54
K
3

Digitized by Google

Prosperi Jardini et Antonij fily

VOLVMEN STATVTORVM CIVITATIS MACERATAE.

[redacted]



IMPRESSVM MACERATAE

Anno Domini M. D. LIII.

LVDOVICI PANNETHII FANENSIS

PROOEMIVM.

QVI Reipublicæ, præſunt omniumq; Ciuium vtilitati atq; bonori conſulunt,
tanquam in alta ſpecula poſiti quid futurum ſit circunſpiciunt, et ne quid de-
trimenti Ciuitas patiatur vident, vel potius eam ipſam in dies magis ſuam glo
riam, ſuumq; nomen, & rebus benegeſtis, & præcipue ſumma inter Ciues
concordia, qua paruæ res creſcunt, augere, & quantum in ipſis eſt, immortali
tati cõmendare ſtudent atq; nituntur, idq; nullis conſiliјs, nulla facultate, &
nulla ope, melius et facilius fieri poteſt ꝙ optimis inſtitutis, Sanctisq; Legibus. Lex enim vinculum
eſt Ciuitatis, libertatis fundamentum, fons æquitatis, & mens, animus, conſilium, et ſententia Ciui-
tatis, poſita eſt in legibus. Nanq; vt noſtra corpora ſine mente, ſic Ciuitas ſine Lege, ſuis partibus, et
neruis, ac ſanguine, & membris vti non poteſt. Vnde q̃plurimi ſummo ingenio, ſummaq; ſapientia
viri id intellexerunt, & quãuis plurimum armis et opibus poſſent, quibus facile aut ad ſe homines
allicere valerent, ut ab ipſis colerentur, atq; obſeruarentur, aut ab omnibus ſceleribus improbos &
impios deterrerent. Tamen ꝙ ad poſteros Rempublicam neq; largitionibus corruptam, neq; metu ſer
uientem transferri cupiebant Legibus q̃ armis, aut aliјs præſidiјs munitam et tutam eſſe maluerunt.
Sic olim Athenienſes, Lacedemones, Locrenſes, Romani, et aliæ Ciuitates patriam optime admini-
ſtrauerunt eiuſq; Imperium multis populis à Lege alienis ſuperatis, in plurimos Annos propagatum
fuit. Iccirco Imperator ſuam maieſtatem Legibus armatam eſſe ſcriptum reliquit, fruſtra enim ſunt
foris arma ni domi à Legibus proficiſcentia optima et ſaluberrima ſint conſilia. Qua de re Roma-
num ſedentem et patres et plebem inſtitutis, edictis, decretis, ſenatus conſultis, & plebiſcitis parere
admonentem perſuadentem, et cogentem viciſſe memoriæ proditum eſt. Quapropter Senatus Popu-
luſq; Maceratenſis hijs ſuis Ciuibus, Domino Franciſco Vanno Iureconſulto, Magiſtro Maſsio ſer
Lippi, Rodulphino ſer Petri, Confrati ſer Ioannis, ſer Ludouico ſer Marini, ſer Bartholomeo Flo
relli, Franciſco Antonii colai, qui plurimo rerum vſu, ſingulari doctrina, optimiſq; moribus vnicuiq;
pſtare exiſtimarẽtur hoc negotium dedit et mandauit, vt Dei Opt. Max. Ieſu Chriſti, Diuæ Mariæ
ſemper Virginis, Diui Iuliani, et omnium Sanctorum numine, Sediſq; Apoſtolicæ fœlicitate eas Le-
ges ſancirent, eaq; decernerent, quæ ad pacem ſanctiſſime colendam, ad patriam ſeruandam, ad pro-
bos homines, et innocentes ab iniuriјs liberandos, ac tuendos, et ad delinquentes ſceleribus, fraudi, ma
loq; dolo deditos, pœna ſuis factis digna afficiendos, et quoq; ad veram religionem Chriſtianam perti
nerent. Hi paruerunt, Senatus populiq; iuſſu, quod optimum factu ſentirent Typographorum inopia
ſcribendum eſſe curauerunt, ſed omnia tempore labefactata ſunt & ferè perierunt. Quare iterum
frequẽti ſenatu iubente D. Franciſcus Iardinus, D. Ioannes Baptiſta Bracchonus, D. Ioannes Pelica
nus diſertiſſimi Iureconſulti reſtituẽdi onus ſuſceperunt, et quæ præterea pro malis moribus perditiſq;
temporibus ex quibus bonæ leges oriuntur lata ſunt collegerunt, et quæ ex his probauerunt ad Typo
graphos excudenda detulerunt. Gratulamini vobiſmetipſis boni Ciues Maceratẽſes, quoniam quam
colitis iuſtitia ſuum ius, magiſtratu bene adminiſtrante obtinebit. Timete vobis improbi et cauete, iam
vos impune, cum maleſeceritis, nõ feretis. Et omne hæc veſtra municipalia iura percipite, et memoria
tenete, Turpe enim eſt, Ciui quid ſuæ Ciuitatis leges iubeant & prohibeant neſcire.

HIPOLYTVS AVRISPA, LECTORI.

VRbs erat (antiquas fas eſt ſpectare ruinas)
  Quæ quondam Ricinę nomine dicta fuit.
Hæc eſt barbaricis olim diſiiecta lacertis,
  Vt multo maius ſurgere poſſet opus.
Nõ nũc Roma foret niſi quõdã Troia periſſet,
  Ilios, & diuum pergama facta manu.
Interiit Ricinæ, urbs ut naſceretur ab illa,
  Quæ multo maior, ſplendidiorq; foret.
Quæq; caput ſupra picentes tolleret urbes,
  Vt quercus ſupra uimina lenta ſolent.
Sic melior Phœnix ſolet a' Phœnice renaſci,
  Sic ueterem ſerpens exuit ipſe ſitum.
Hæc quæ Picentum media regione locata,
  Hinc Appenninum proſpicit, inde Thetyn.
Quantum alti mõtes, tam multis diſtat ab illa
  Paſſibus Adriaci littus, & unda maris.
Scire cupis nomen? ponã cum nomine cauſas,
  Dictaq; de Ricinę cur Macerata fuit.
Quod de relliquiis antiquæ nata ſit urbis,
  Principium multi nominis eſſe putant.
Et ſi ſcribenti ueniam: Et ſyllaba, poſſet.
  Dici, a' macerie q; Macerata uenit.
Ipſe uides urbis per te murosq;, ſitumq;,
  Tot fora, tot celſis templa dicata Deis.
Ipſe uides ut terra ferax, ut abundet oliuis,
  Meſſibus & quantis luxurietur ager.
Quam ſit Pampigero tellus accepta Lyæo,
  Poſt cœlos regio eſt nulla beata magis.
Adde q; hic pax eſt, & florent undiq; leges,
  Hic eſt Aſtrææ, iuſtitiæq; domus.
Vt dicunt quõdam cætus exoſa uirorum,
  Fugerat, in cœlis & ſtetit illa diu.
At nunc in terras poſt plurima ſecla relapſa,
  Hic ſtatuit ſedes non abitura ſuas.
Quas habeat leges ſi forſan ſcire requiris.
  Ex infraſcriptis ipſe uidere potes.

INCIPIT TABVLA PRIMI LIBRI.

DE ueneratione Feſtiuitatum. Car. 1
De Cereis dandis eccleſiis tempore feſtiuitatum earum. idem
De ueneratione feſti S. Iuliani. car. 2
De abolitione praue conſuetudinis in feſto Sancti Iuliani. idem
De electione Cõſiliariorum, & de autoritate Conſilii generalis. idem
De autoritate conſilii Credentiæ. car. 3
De modo conficiẽdi nouum Regimen. idem
De electione Dominorum Priorum. idem
De autoritate Dominorum Priorum. idem
De ſolẽnit. in introitu M.D.P. obſeruañ. c. 4
De uita & ordine M.D. Priorum. idem
De reuerẽtia exhibẽda M.D.P. & pœnis imponendis illis qui eis maledixerint. idem
De electione Poteſtatis. idem
De ſalario Ptãtis, & offic, & eorũ ſyndicatu. c. 5
De electione Cancellarii, & iudicis appellationum, ac ipſius officio. idem
De offic. ſindicatorꝝ Ptãtis & alioꝝ offic ca. 6
De electiõe Aduocati, & ſcindici ad cauſas idẽ
De electione Scindici ad negocia. idem
De electiõe Camerarioꝝ ſeu Cõſeruatoꝝ. idẽ
De elect. off. d. d. gabel. põtiũ uiarũ & põtiũ. 7
De electione pẽnoneriorũ, & eorũ officio. idẽ
De electione Notariorum ſuper cataſtis. idem
De elec. Notariorũ iudicis appellationũ. idem
De electione Cultoris & eius officio. idem
De capſa prioratus Regiminis, & officiorum, retinenda in Cancellaria. idem
De pœna extrahentium librum Reformationum de Cancellaria Ciuitatis. idem
De recuſantibus officia Communis. car. 8
quod abſcẽtes & nõ poſſidẽtes in Ciuit. publicis dignitatibus Reip. minime gaudeãt. idẽ
De debitoribus cõis, ſeu litẽ cũ eo hñtibus nõ admittendis ad officia, & dignitates, niſi liti ceſſerint, & actualr perſoluerint. idem
De uociferãtibus in cõſiliis, & uerbis uel facto impedimẽtibus Cõſultores uel illos iniuria, quolibet uerbis, uel facto afficiẽtib9, uel ſuaſionibus, ſeu ſignis inducẽtib9 ad dãda ſuffragia magis in uno loco q̃ in alio. idem
De ciuibus exiſtẽtibus in Cõſiliis ſupradictis, & inde recedentibus nondum completis & uenire uocati recuſantibus. idem
De forma tenẽda a' porrigẽtibus preces in dictis conſiliis a' M.D.P & Cancellario. ide
Q' d nõ poſſit peti cõpoſitio ſup maleficio. c. 9
Quod preces ſuper exemptione ab oneribus bis in Anno proponi poſſint. idem
De pœna opponentis contra iura Cõis. idem
Quod emens Gabellam magnam nõ poſſit inire ſocietatem cum Campiono. idem
quod officiales Cõmunis non requirant aliquem ut ſibi cõmodet animalia. idem
quod Ciuitas Mac. diuiſa ſit per quarteria. idẽ

Rub. Secundi Libri.

DE modo pcedēdi in cauſis Ciuilibus nō excedentibus centum ſolid. Car. 11
De citationibus in cauſis Ciuilibus. idem
Q d' in cauſis Ciuilib. a' 5o.lib.citra pcedat ſūmarie,& a' x.li.citra decidāt extra bācū. idē
De Libelli oblatione. 12
De mō et forma terminā lites,poſt litē cōteſt. idē
De cauſis miſerabilū pſonarū ſūmarie termī. id.
De executione Inſtrumentorum. 13
De ſcriptura Mercatorum. idem
De impediente de facto tenutam captam auctoritate iudicis. idem
Q d' debitū nō ſoluat,niſi iſtrūm reſtituat. id.
Quod teſtes abſente parte & non citata, non producantur. idem
Quod dicta teſtium ſcribantur extenſe. idem
Quod in oibus cāis ſufficiāt duo teſtes legi. 14
De cōfitentibus debitum corā Poteſtate. idem
Quod iudex condemnationibus expenſarum non poſſit facere gratiam. idem
De Feriis & diebus feriatis. idem
De Tutelis. idem
De rōne reddēda per tutores,ſeu curatores. 15
Quod oibus liceat Tut.ſe curat accuſare. idē
Quod iudex teneatur prouidere de Tutore, & curatore pupillis. idem
De Procuratore cōſtiuen. per Tut.& Cur. idē
Q d' deputēt Ciues ad uidēdū negotia pupil.
De cedentibus Bonis. idem
Quod famulus uel famula durante ſeruitio non poſſit recedere a' domino. 16
De emancipatione Liberorum. idem
De forma ſeruanda in alienationibus & contractibus Minorum. idem
De modo contrahendi cum furioſo,mentecapto,& eo cui bonis interdictum eſt. idem
De contract.& ultimis uolūtatib.mulierū 17
De uenditionibus factis a'Scindico Cōis. idem
De filio fam. qui alienauit bona patris ſui ſine licentia. idem
Quod mulier non cogatur ire ad palatium ad teſtimonium periben. idem
De Mulieribus dotatis. idem
De Reſtitutione dotis. idem
De Venditione rerum dotalium. 18
De Lucro dotis deferendo uiro per mortem uxoris,& uxori per mortem uiri, idem
De donationibus. idem
De Teſtamentis,& ultimis uolūtatibus, idem
De inuētario per heredē bñficiatū cōficien. 19
Quod liceat Fideicōmiſſariis uēdere bona defuncti pro executione inſtrumenti. idem
De Succeſſione ab inteſtato. idem
De cōpromiſſis inter coniūctos & uicinos,ac alias perſonas faciendis. 20
De forma & ſolēnitatibus adhibēdi in cōtractibus celebran. cū hebræis,& aliis pmiſſ. idē
De præſcriptionibus. idem
De exec.inſtrm.annotati in lib.ueritatis. 21
De Noui operis nuntiatione. idem
De adeunda,uel repudianda hereditate,& de tempore dato ad repudiandum. 22
De Solutionibus ſcripturarum. idem

Rub. Tertii Libri.

DE quibus Maleficiis & delictis per inquiſitionem procedi poſſit. 23
De fora ſeruāda & qualr pcedat i malefi idem
De citationibus Forenſium. idem
De Fideiuſſoribus dandis in Maleficiis. 24
De Edificiis non deſtruendis. idem
De Straminibus intra Ciuitatē inuectis. ibid.
De petente debitum iam ſolutum. idem
De plus debito petente. idem
De renuentibus ſubire onera Cōis. idem
De īferētib' uim expulſiuā uel turbatiuā. idem
De uolente accuſatorem accuſare. idem
De opponentibus ſe Bayulis. idem
De aīalibus expellendis a' poſſeſſionibus. idem
De uecturalibus non cogendis. idem
De apreciatis & deſcriptis in cataſto Cōis. 25
Nulli licere apprehendere poſſeſſionē rei immobilis ſine licentia Curiæ. idem
De Rerum Cōmunium diuiſione. idem
De tranſeunte per poſſeſſionem alienā. idem
De Terminis motis. idem
De Re pluribus uendita. idem
De ementi ius,uel ſeruitutem rei. 26
De Ceſſionibus non recipiendis. idem
De paſcente ſuper quota litis. idem
De Caſtigatoribus familiarum ſuarum. idem
De ferentibus Arma. idem
De Rixarum diuiſoribus. idem
De percuſſorib' & occiſorib' irrōnabiliū. idem
De proiiciente lapidē,baculū,uel ſimile. idem
De proiiciente letamen,uel aliud turpe. idem
De confinium terminatione. idem
De exprobātibus ſeu improperantibus. ibid.
De incendiariis. idem
De filiorum familias,& minorum idoneitate in Criminalibus. 27
De verbis iniurioſis. idem
De faciētibus ſectā,uel concitantibus rumorē

uel partis

uel participantibus in prædictis. idem
De inuocantibus partem aliquam. idem
De inculp. Priores, & ornameta Ciuit. idem
De prohibitis tempore Rumoris. 28
De delatoribus Maleficiorum. idem
De Receptatoribus. idem
De Falſis. idem
De corrumpente officiale Cõmunis. 29
De Homicidiis. idem
De Aſſaſinis. idem
De pœna Adminantium. idem
De inſultantibus. idem
De pœna percutiẽtiũ cum Armis, uel ſine. 30
De pœna ſpuentis, uel proicientis aliquid tur pe in faciem. 31
De pœna percutientis prægnantem. idem
De inſultatis. idem
De miniſtrãtibus poculũ, ſeu eſcam nociuã. idẽ
De faciẽte uindicta cõtra aliũ ꝙ ſuũ offeñ. idẽ
De ponentibus cornua, uel aliud turpe. idem
De pœna offendentis officiales. idem
De pœna impedientiũ offic. in executione. idẽ
De retinẽte perſonã de qua ſit ſuſpitio aliq̃. 32
De Fideiuſſoribus non offendendis. idem
De offendẽte Ciuẽ uel habitatorẽ Ciuit. idem
De receptatorib bãditorũ, & hoſtiũ Cõis. idem
In quibus caſibus poſſit accuſari per Procu ratorem in Maleficiis. idem
De depoſito faciendo pro Condemnatis. idẽ
De Forioſis & mentecaptis. 33
De bonis malefactoris. idem
De percutientibus, & uerberantibus patrẽ, matrem, ſeu aſcendentem. idem
De retinentibus aliquẽ in priuato carcere. idẽ
De intrantibus, uel exeũtibus aliter ꝙ per portam Ciuitatis. idem
De caſibus in qbus nõ ẽ ſpecificata pœna. idẽ
De Stationibus claudendis. idem
De cõponẽtibus aliqd in iniuriã alicuius. idẽ
De impedientibus diuinum Officium. idem
De Raptoribus. idem
De Furtis. 34
De accipiẽte iugũ, aratrũ, uel alia inſtrm̃. idem
De receptantibus Fures uel latrones. idem
De offendentibus Lenones. 35
De contraheñ. matrimoniũ cũ filia fam. idem
De pace, & per quos fieri poſſit. idem
De Frangentibus pacem. idem
De minante contra Officialem. idem
De capientibus, & offendentibus latrones, & homicidas. idem
De intrante in domum alterius. idem
De cogente aliquẽ ad fac, endũ aliqd. idem
De auferente per uim rem mobilem. idem
De Recuperatione conceſſa. idem
De bñficio cõfeſſionis pacis & ſolonis. 36
De nõ extrahendis cauſis extra Curiam. idem
De Mortuariis, & funeralibus. idem
De fractoribus Carcerum. idem
De intrante columbariam alienam. idem
De Piſcheriis. idem
De extrahẽtibus Craſſiam. idem
De negã te filiationẽ paternitatẽ, & alia. 37
De forma Ratificationum. idem
De cudentibus & expeñ. falſam moñ. idem
De colloquio nõ denegando Reis. idem
De Copiis proceſſuũ & actorum. idem
De adulterio, ſtupro, iceſtu, raptu, & iſraſc. idẽ
De fideiuſſoribus in Maleficiis. 38
De duplicatione pœnarum. idem
De perſonis exceptis a' pœna. idem
De quæſtionibus, & tormentis. 39
De exactionibus condemnationum. idem
De Medicis & aromatariis. idem
De Mulieribus impudice uiueñ. idem
De carceratione prohibita. idem
De proceſſibus expediendis. idem
De Verborum ſignificatione. idem
De delinquentibus extra territorium. idem
De abolitione non concedenda. idem
De reuelantibus credita per Regimen. idem
De arbitrio Poteſtatis, & aliorũ offi. idem
De teſtibus in Criminalibus. idem
De Amaſiis. idem

Rub. quarti Lib.

QVod officiales Poteſtatis inquirant con tra nõ cuſtodientes feſtiuitates. 40
De facieñ. ſeu pioieñ. imũdiciã ſeu turpitudinẽ aliquã in Eccleſiis ſeu cimiteriis, plateis, pu teis, fontibus, & aliis locis uſui publico de ſignatis intus & extra Ciuitatem. idem
De palatiis publicis, plateis, foueis, ſtratis, & aliis rebus conſeruandis illæſis. idem
Vt faber nõ poſſit habere ſtationẽ ſiue apo tecã in platea Cõis ſeu ꝑpe Eccl'iam. 41
De viis mundandis in die ſabbati. idem
Vt nullus uadat de nocte illis quatuor diebus ultimis edomadis Sanctæ. idem
De hñtibus foueas in uiis pub Cõis. idem
De proicientibus aquam uel aliud turpe a' fe neſtris hoſtiis ſeu alio loco. idem
De fece non cõburẽda in Ciuit. uel ꝑpe. idem
De non cõponẽdo fimũ ſeu letamẽ in foro

cõis,uel alibi intus & extra Ciuit. idem
D: gradibus habẽdis ante domũ ſuam. 42
Vt nemini liceat appodiare ſuper murũ alterius ſine legitima cauſa. idem
De Angiportu ſiue Gabba inter uicinos tenenda clauſa. idem
Vt nullus audeat edificare ultra med. uie. idem
De cloacis & conductis nõ habendis. idem
De non habendo feneſtrã uerſus uicinũ. idem
De caminis furnorũ in altũ eleuandis. car. 43
Quod nullus faciat cooperire equam uel aſinam in platea foro & ſtratis. idem
De mulieribus citatis pro teſtim. ferẽdo. idem
De uenditoribus qui debeãt exceptuare portionẽ Colonũ & res uẽdita tradat emptori pro certo pretio. idem
De appretio uenditoris non diminuẽdo. idem
Quod hi qui nõ ſunt appretiati apprecietur. idẽ
De uenditionibus bonorum de Lornano. idem
De excutione nõ facienda in rebus cõis. idem
De hoſtio domus non extrahendo p executione aliqua. car. 44
De collecta ſoluenda de poſſeſſionibus. idem
De datiua ſoluenda a ciuibus non habitantibus continuo in Ciuit. Mac. idem
De piſtoribus & fornariis. idem
De Lanionibus, ſiue macellariis. car. 45
De proxeneta ſeu mediatore animalium. idem
De molendinis oleariis, ſiue fiſculis & metris habendis. idem
De Lanariis idem
De Cerdonib9 ſiue calzolariis, & de mõ tenẽdo p eos in eorũ arte & de manutẽtione fontis maioris & fouei p eos fiẽdi, & calcinatis & coriis uel pellibus cũ pilis non expandendis in Ciuit. Macer. car. 51
De põderibus & mẽſuris adiuſtãdis & bullãdis per ordinatos a cõi, & de pœna utentium aliis ponderibus & menſuris. idem
De ture cereis & cãdelis malitioſe cõfectis. idẽ
quod uendẽtes ſal, bladũ ad minutũ uendãt ad mẽſurã bullatã ad bullam cõis & pariter uinum cum uaſis bullatis. idem
De panno lini uendendo ad brachiũ. car. 52
De ementibus aliquam rem uenalem. idem
Q' officialibus & famulis D. Ptãtis nõ liceat bibere in aliqua taberna uel domo. idẽ
Quod Ptãs uel eius offic. & familiares non recipiãt aliqd ab aliquo detempro. idem
Q' Ptãs & alii offic. cõis debeãt ius & iuſtitiã miniſtrare ſm formam pñtium ſtatutorũ. idẽ
Quod deputatus ad aliquod officium Cõis non ſubroget alium locum ſuũ idem
quod habens aliquod officiũ conteſtabiliæ uel cuſtodie non cogat ipſe uel aliquis de domo ſua ad aliud officium Cõis. idem
De obſequio pſonali nõ pſtãdo p famulos. idẽ
quod cauſa amiſſa culpa Scindici emendetur per ipſum. idem
quod uicini teneãtur currere ad rumorẽ. idem
Vt liceat hoſpitatori & cauponi detinere forenſem nõ ſoluẽtẽ qd bibit, uel comedit. 53
De impedientibus ſtratas publicas. idem
De ementibus uinum extra Ciuitatem cauſa reuendendi in Ciuitate Maceratæ. idem
Vt nullus retineat pecudes, capras, porcos ſiue alia animalia iuxta eccleſias. idem
Vt debitor Cõis, ſi etiam eſt Creditor nõ exigat niſi ipſe prius ſoluat. idem
Quod porci nõ uadant per Ciuitatem, ſed teneantur in domo reclauſi. idem
De penſionibus domorum uegetum & aliarum ſupelectilium. idem
De uecturis Equorum. idem
De pœna portañ. arma & nõ pmitteñ. ſcrutari.
De pœna ludentium & ludẽtes receptantiũ & mutuantium ſcãna & pecunias & aſſiſtentium ad uidendum. car. 54
De pœna euntium poſt ſonũ campanæ. idem
De cupedinariis ſeu tricholis, uel pizzicarolis, cauponibus, & hoſpitatoribus. idem
Quod nullus faciat ſe ſcribere in arte de qua non eſt. car. 55
De ſepe ſiue fracta pendente ſuper poſſeſſionem ſui conuicini. idem
De tenentibus iuxta carbonariam Cõis et habẽtibus feneſtras in muris carbonariæ. idem
quod Nullus laboret iuxta terminos. idem
quod tenentes a parte inferiori uiæ non laborent iuxta eam. idem
De foueis Cõis conſeruandis illæſis, & lino non macerando in illis. idem
quod Nulli liceat ſiccare uallatũ molẽdinorum Cõis, nec aquam diminuere, nec trabes, & ligna per eũ ducere, nec fiat ſedile. idẽ
De pœna auertẽtiũ aquã ab uno loco, & ad aliũ in flumine clentis, ſeu Potẽtiæ. car. 56
De conſeruatione putei Mercati, & aliorum puteorum, & fontium Cõis. idem
De iuribus Murorum, & Recinæ, & pontis potentiæ requirendis & manutendis. idem
De extrahendis lapidibus, & aliis rebus ad muros Recinæ. idem
De quartis, Butinellis, & menſuris habendis
per gabellã

per gabellarium gabellæ magnæ. idem
De pedagio exigendo a' tranſeũtibus per Ciuitatem ſeu territoriũ Mac. de aĩalibus ſeu' aliis rebus quibuſcũq;. car. 56
De uenditionibus gabellæ Magnæ, & aliorũ prouentuum et bonorum cõis. 57.
De piſcatoribus. idem
Quod Moduli lapidum, planellarũ, & cupporum ſint æquales. idem
De operariis cõductis ad laborandum. idem
De frangentibus linum ante feſtum Sanctæ Mariæ Auguſti. idem
Quod oẽs notarii ꝓtocolla facere teneant. idẽ
De fodientibus in Ripis et prope ripas & foueos Communis, car. 58
Quod Vnicuiq; liceat cõducere aquam ſine impedimento ſui conuicini. idem
Quod nullus ad culturã recipiat terras foreſium, uel exulũ, ſiue banditorum. idem
De differentiis terminandis inter conductorem, & locatorem. idem
Quod Famuli, & alii ſeruiẽtes non habeant poteſtatem & capitaneum. idem
De non impediendo primum uenientem ꝑ aurienda aqua a fonte Agliani. idem
De talleola, uel laqueis nõ ponẽdis nec ſuat cũ in poſſeſſione alicuius, & pœna capieñ. colũbos de colũbaria alteri⁹ & tend. retia. idẽ
De nõ colligeñ. ſpicas in aliena poſſeſſiõe. idẽ
De colonis uinearum. idem
De ſcalis cum piris reponendis. idem
De facientibus foueũ in pede limitis. car. 59
De Aquis pluuialibus conducendis. idem
De condemnationibus exigendis. idem
De bãnimentis, q̃ fieri debẽt a' preconib⁹. idẽ
Quod liceat in tpe pluuiæ cõfugere in domũ ſeu cappanã alienã. uel aliũ locũ alienũ. idẽ
De alienantibus bona omnia. idem
De nõ imitteñ. ignẽ de mẽſibus iulii et Aug. 60
De locis prohibitis Mulieribus tripudiare, & ire pro aqua. idem
Quod Hebræi non poſſint accipere pignora a' filiis familias. idem
De agnis non extrahendis de territorio Maceratæ abſq; licentia. idem
Quod uicini teneantur uendere uiciniorib us domos prædia urbana & Ruſtica. idem
De Appellatione. car. 61
De appellatione uiua uoce facta. idem
Quomodo ꝓcedat in cauſis appellõnum idẽ
Quãto tpe inſtãtia appellõnum duret. idem
quod appellantibus nõ currat aliquis terminus per ſtatutũ ordinatũ ad ſolueñ. car. 62
De foma renuntiandi appellationi. idem
Quod Prætor et alii offic. teneãt deferre appellõni, & pœna inouantiũ appel. pẽdẽte. idem
In quibus caſibus nõ liceat appellare idem
Quod officiales Ciuit. teneant infra terminum ut acta edantur. idem
Quod iudex appellõnum teneatur per ſuum Notarium regiſtrari facere in actis Curiæ omnia inſtrumenta & acta. idem
De ſalario iudicis appellationum. idem

Rub. quinti Libri.

DE officio & ꝑtãte maioris officialis. d. d. et diligẽtia circa dictũ offm̃ adhibeñ. 63
Quibus liceat per inuẽtiones ꝓcedere & inquiſitionem uel accuſare, & infra quãtũ tempus, & cõtra quos fieri poſſint, qbus ue liceat beſtias recõducere, & de pœna impedientium reconductiones. idem
De ordine procedẽdi ſuper accuſantibus denuntiationibus, & inquiſitionibus d. d. & ipſarum expeditionibus. car. 64
In quibus caſibus non liceat ꝓcedere per inuentionem, & contra minores. car. 65
De probationibus fiendis in d. d. idem
Quaſr pr̃ ꝑ filio, et dñs ꝑ famulo teneãt. 66
De portionib⁹ pœnarũ tãgẽtib⁹ officialib idẽ
De licẽtiis dãdis, & abolitiõe ꝓcedẽda ĩ d. d. idẽ
De extimationibus dam. dat. & de portionibus tangentibus damnum paſſis. car. 67
De cuſtodiis dam. datorum. idem
De duplicatione & augmẽtatione pœnarũ. idẽ
De beneficiis cõfeſſionis pacis, ſolonis infra tẽpus habendis in d. d. ab aialibus. idem
In quibus caſibus dam. dantes non teneant niſi ad emendam & extimationẽ dãni. c. 68
De fauore officiali dam. dat. faciẽdo per Poteſtatem, Priores & officiales. idem
Quod officialis d. d. poſſit inquirere contra laborantes diebus feſtiuis. idem
De pœna denegãtis nomẽ ſuum officiali, ac poſſeſſionẽ in qua dicit feciſſe dãnũ. idem
Quod officialis poſſit de ſimilibus ad ſimilia procedere, & condẽnare in d. d. idem
De fontibus, põtibus, uiis, foſſatis faciẽdis & aptandis, & diligẽtia officialis d. d. idem
Quod mandãtes fieri dãna eadem teneant pœna ſicut illa faciẽtes & cõmittẽtes. 69
De beſtiis equinis, mulinis, bouinis, & bubalinis d. d. in prima & ſecũda ſenata, & quæ beſtiæ infra dictas ſenatas retineri non

poſſint noctis tempore. idem
De pœna conducentium ſues, aut porcos infra primam, & ſecundam ſenatam, ac pro illis debattentium arbores, idem
De d.d. ab aialibus in arboribus fructiferis. idē
De pœna cuſtodis cuſtodientis aialia dam. dantia in locis prohibitis. car. 70
De pœnis dam. dantium in uinea, canneto, horto, bladis, leguminibus, ac lino. idem
De pœnis animalium dam dantiū in pratis & herbis giſſatis, fœno & palea. idem
De d.d. ab animalibus per diſcurſum. car. 71
De pœna animalium paſcētium inter plantones oliuarum. idem
De animalibus forenſium paſcentium in territorio Maceratenſe. idem
De cuſtodientibus, ſeu geſtantibus herbas in eorum poſſeſſionibus. idem
De pœnis dam. dantium perſonaliter, ſine remiſſione ſoluendis. idem
De pœna incidentium ſtirpes, & paſcētium aialia uaccina, & caprina inter eos. car. 72
De pœna forēſiū d.d. cū beſtiis uel pſonalr idē
De pœna incidētiū ramos ulmorū, & filium arborū, & oliuarū, ob depaſcēda aialia. idem
De dam. dato perſonaliter in hortis. idem
De damnis datis perſonaliter in uinea. idem
De pœna incidentium uites. car. 73
De pœna nō retinentiū Canes ligatos, & de damnis ab eis inferendis in uineis. idem
De pœna portantiū & cōburentiū cānas, & intromittētiū faſcios cānarū ſiue fraſcarū per menia Ciuitatis & alia loca. idem
De d.d. perſonaliter in cāneto, & aucupatione prohibita in cannetis & uineis. idem
De damno dato perſonaliter in bladis, leguminibus, linis, & ſimilibus. car. 74
De pœnis d. d. perſonaliter in pratis, & herbis giſſatis, ſiue exītibus in prima ſenata idē
De d.d perſonaliter in fœno & palea. idem
De euntibus per poſſeſſiones alienas, poſt prohibitionē, uel proteſtationē eis factā. idem
De facientibus canſarolas. idem
De d.d. perſonalr in arboribus fructiferis. 75
De pœna incidentium arbores fructiferas, ſiue infructiferas. idem
De pœna exportantū ligna aliena. car. 76
De pœna portātiū de lignis quercuū, & aliarum arborū glādiferarū ſine bulletta. idem
Quod nō liceat laboratoribus, ſeu coptumatariis, ſeu aliis pretio conductis incidere, & expoare ramos oliuarum, & aliorum arborum, etiam cōductarum ad colligendū oliuas ad partem. idem
Quod ſtatuta loquentia de inciſoribus & ex portatoribus quercuum, habeāt locum in oliuis & ſalicibus, & ſimilibus. idem
De pœna incidentium in rotis Clentis. idem
De manutētione rotæ cupæ, & damnis datis in dicta Rota. idem

Rub. Sexti Libri.

DE iuriſdictione officialiū, ſeu cōductorū gabellarū, ſeu puentuū Ciuit. Mac. 78
De forma ſeruanda ab officialibus pedagiorum contra non ſoluentes congruis tēporibus & fraudem cōmittentes. idem
De Gabellis & prouentibus Cōis locandis, & incantādis, & fideiuſſoribus dandis per emptores ſeu conductores. idem
De non admittendo aliquem in ſociū gabellarum ſeu prouentuum Cōmunis. car. 79
De monitione facienda per publicanos. idem
De loco duhanæ, & gabella immiſſionis mercium quarūcunq;. idem
De ſolutione Gabellæ extra rerum a' Ciuitate & territorio Maceratæ. car. 80
De cōducētibus res in Ciuit. aío extrahēdi. idē
De Gabella ſoluenda a' deferentibus carbonem, gipſum, & ſimilia. idem
De gabella cōtractuū emptionis, uēditionis & pmutationis rerū quarūcūq; ſtabiliū. idē
De gabella emptionis ſeu permutatiōis rerū mobilium, & de quibus ſolui nō debet. 81
De ſolutione gabellæ animalium. idem
De animalibus forenſium. idem
De pœna prohibentium retinētes animalia ne paſcuis libere utantur. car. 82
De gabella carniū uēdendarū minutatim. idē
De gabella Vini. idem
De gabella mēſurarū cuiuſcūq; generis bladorū, leguminū, olei, pānoru, & pōderū, ac menſurarum quarūcunq; rerum. car. 83
De gabella portantium frumentum & alia ad molenū. idem
De gabella rerū ſpecialiter nō expreſſarū. idem
De pœna incurſa a' fraudantibus pedagia, & cui applicetur. idem
De pœna Gabellariorum exigentiū plus debito & fraudem cōmittentium. car. 84
De beneficio confeſſionis & ſolutionis. idem
De libertate fori ſeu emporii. idem

FINIS.

IN DEI NOMINE

STATVTORVM REGIMINIS CIVITATIS MACERATAE LIBER PRIMVS FOELICITER INCIPIT.

¶ *De veneratione feſtiuitatum.* **Rubrica.** I.

Mvnicipale hoc ius Magnificæ Ciuitatis Maceratæ, illiuſq; totius populi
in præſenti uolumine tractaturi, exemplo maiorum noſtrorũ qui decem
præcepta legis ex tabulis Moyſis perceperunt, eaq; a, ueneratione omni/
potentis exorditi ſunt. Nõ immerito in compilatione eius, a, celebratione
feſtiuitatum, & cultu diuino duximus inchoandum. Ab ipſo enim omni
potenti Deo, qui cuncta regit, & gubernat tamq̃ ualidiſſimo, & fortiſſi/
mo ſundamento, ac rerum omniũ principio, nõ ambigimus opus omne
initiatum perfici poſſe, & illius auxilio ab omnibus obſeruandũ eſſe. ¶ Vt igitur indiuiduæ tri
nitatis numini aliquod extrinſecum tribuatur, hac præſenti lege perpetuo in poſterum uali/
tura Statuimus, decernimus, & ordinamus, quoſcunq; homines incolas, & habitatores huius
noſtræ Ciuitatis, & territorii ab omni ſeruili negocio, uel actione maxime ad lucrandum pu/
blice directe per ſe, uel alios diebus, & feſtiuitatibus infra notãdis debere abſtinere, ut terrena
deſerentes, Deo optimo, maximoq; receptorum tot innumerorum beneficiorũ gratias agant.
¶ Die igit̃ illo leticiæ pleno. In quo pientiſſimus Dñs noſter Ieſus Chriſtus naſci uoluit, cum
duobus ſequentibus, ita ab omni ſeruili opere patrando quiſq; ſe abſtineat, ut nihil penitus
cauſa lucri facere audeat, pariterq; Die prima Ianuarii in honorem Sanctiſſimæ circũciſionis,
Die Paſchatis Epiphaniæ, omnibus diebus ueneris mẽſis Martii (propter incertitudinem ue/
neris, in quo benigniſſimus Dñs noſter Ieſus Chriſtus propter noſtra demerita acerbiſſimam
Crucis mortem ſubſtinuit) quo pariter die primus homo a, mandatis declinauit, ac idem Re
demptor in utero glorioſiſſimæ Virginis conceptus extitit, Die ueneris Sancti, Die illa paſcha
li, Reſurrectionis, cum duobus ſequentibus, Die Penthecoſtes, & Aſcenſionis, in qua tamen
quia in hac ciuitate nundinæ fiunt, uolumus publice quaſcunq; res poſſe uenundari, & deferri
a quocũq;, & quomodocũq;, mercatoreſq;, & artifices, tam noſtræ Ciuitatis, q̃ aliunde, Apo/
thecas retinere apertas, & quaſcunq; res, & merces, ac animalia uendere, & emere libere, & li
cite poſſe, omnibus diebus Dominicis, & Die ſollemnitatis Corporis Chriſti. ¶ Verum cũ de
his quæ Deum reſpiciunt tractauimus. Ad Sanctorum Beatorumq; ſpirituum ordines ſermo
nem dirigemus: Quibus quanto Beatiſſima uirgo Maria præſtantior, glorioſiorq; exiſtit, tãto
illis merito præponendam cenſuimus, hii itaq; Dies Natiuitatis, ſcilicet Annunciationis Pu/
rificationis, Aſſumptionis, & Conceptionis ab omnibus cuſtodiantur, & uenerentur, pariq;
modo dies Natiuitatis, & decollationis Diui Ioan. Baptiſtæ feſtiuitates omnium duodecim
Apoſtolorum, & quattuor euangeliſtarum, Dies ſanctiſſimæ Crucis, tam exaltationis, q̃ inuẽ
tionis Sancti Saluatoris, Sancti Georgii, Sancti Laurẽtii, Sancti Venantii, Sancti Auguſtini
Sancti Franciſci, Cõmemorationis omnium Sanctorum, Sanctæ Catharinæ, Sancti Nicolai,

Sanctæ Luciæ, Sancti Iuliani huius noſtræ Ciuitatis Aduocatū. Sancti Antoni, Sancti Sebaſtiani, Sancti Martini, Sancti Michaelis archangeli, Sancti Blaſii, & Sancti Leonardi: ob cuius merita omnipotens Deus Ciuitatē hanc noſtram a' Comite Lucido Theutonico, & Raynaldo de viridi immaniſsimo firmi Tyranno obſeſſam, poſtq̄ pluries oppugnare tentaſſet, ab omni periculo et anguſtia die illo eripuit. ℭ Quibus diebus ſupra annotatis, cum omnibus diebus ſabbati poſt ueſperas ad ſonum campanæ (cōmunis dūtaxat, & non ante) nulli hominum, liceat per ſe, uel alium aliquod ſeruile opus, & alia, ut ſupra facere: apothecas reclauſas tenere: niſi in minima earum parte: ſub pena. xx. ſolidorū. Si in opere beſtiis utantur pro quolibet & qualibet uice. Si uero ſine. x. ſolidorum. Cuius quarta pars ſit officialis exequentis: & reliquum amore Dei erogetur: ſeu Monti pietatis arbitrio Dominorum Priorum applicetur, de qua gratiam facere minime ualeant, niſi ex urgentiſsima cauſa in errorem hunc incidiſſe compererint. ℭ Excipimus autē a', prefatis, Aromatarios, & qui comeſtibilia uendunt, quibus liceat apothecas retinere apertas, & pariter barbitonſoribus, non tamen occaſione radendi, fabris ferrariis animalia ferrantibus, piſtoribus, & macellariis, panes, & carnes incidētibus, & coquentibus, uenatoribus retia, & alia ad uenationem ſpectantia, ac animalia mortua portantibus, & omnibus illis qui granum, uinum, oleum, ordeum, legumina, & omnia alia comeſtibilia portabunt, & deferent, exceptis die primo Paſchatis, Reſurrectionis, & die primo Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quibus nil penitus ſeruile fiat. ℭ Penam inſuper aliquā non incurrant ſi contigerit aliquam exprenarratis feſtiuitatibus in die mercurii cadere, quo die emporium in hac Ciuitate fit, ideo omnibus conceſſa intelligatur eo die licentia, emendi, & uendendi quaſcunq; res, & merces, & eundi, & redeundi, aſportando res cum animalibus uel ſine apothecas apertas retinendi, libere, & impune ℭ Vbi uero dies feſti eſſent geminati, eorūq; alter o die Dominico ueniat, tunc eo caſu liceat die feſto anteriori, aut poſteriori ipſi dominico, aquam, & herbas cum beſtiis, uel ſine portare, pariterq; omnibus ſupra memoratis diebus quilibet ſuis humeris aquam portare ualeat, ad uictum neceſſariam. ℭ Si autem ultra hos caſus exceptos aliquis fuerit compertus cum beſtiis ſalmas deferre, cum clitella, ſeu baſto ultra pœnam ſupra impoſitam, comburatur clitella, ſeu baſtus in platea communis: & Dn̄s ad pœnam pecuniariam pro famulo teneatur. ℭ Quam legem ita mādamus ad unguem ſeruari, ut ſi Poteſtas uel eius officiales in illius exequutione negligētes fuerint, incurrant ipſo facto pœnam. x librarum denariorum, pro quolibet & qualibet uice, de ſalario Dn̄i Poteſtatis retinenda. Nolumus tamen hanc legem comprehendere forenſes, ad hanc noſtrā Ciuitatem uenientes, ſeu tranſeuntes, ſiue per ciuitatem, ſeu territorium dictis diebus.

ℭ *De Cereis dandis eccleſÿs tempore feſtiuitatum earum.* Rubrica. II.

SVadet nobis religionis cultus, ut nomine publico ex cōmuni ærario, in diuini numinis, ſanctorumq; eius honore aliquid erogetur Idcirco hac ſalubri lege ſancimus, Priores qui pro tempore erūt, una cum Poteſtate huius noſtræ ciuitatis teneri & obligatos eſſe, ſub pœna priuationis officii eorum, tempore quo diuina officia celebrātur accedere, uel ſaltim nomine publico tranſmittere, omnibus diebus feſtiuis Beatiſsime Virgini dicatis ad infra notatas eccleſias, & ibi cereum ualoris. xl. ſolidorum offerre. Item in diebus feſtiuitatū Apoſtolorum, ſeu Euāgeliſtarum, & aliorum ſanctorum ad eccleſias ipſis ſpecialiter dicatas, uel alio ubi eorum ſolēnitas magis decantari ſolet, ut inferius patet cereus in quolibet feſto, infra annotādo, ualoris. xx. ſolidorum, ab eiſdem Dominis Poteſtatibus offeratur.

Ad eccleſiam Sanctæ Mariæ de Fonte, in feſto Annunciationis.

Sanctæ Mariæ de Porta aſumptionis.	Sanctiſsime Trinitatis.
Sanctæ Mariæ Turiſiane natiuitatis.	Sancti Pauli in die Conuerſionis, & in feſto Petri & Pauli.
Sanctæ Mariæ de Pace conceptionis.	Sancti Thomæ.
Sanctæ Mariæ rotundæ.	Sancti Saluatoris.
Sanctæ Mariæ incoronatæ.	Sancti Georgii.
Sanctæ Mariæ uirginum.	Sancti Iohannis.
Ad eccleſiam Sancti Io. Baptiſtæ.	

Sancti

Sancti Michaelis de menſe Septembris.
Sãcti Antoni de uiẽna de mercato & de platea.
Sanctæ Catherinæ.
Sancti Venantii.
Sancti Laurentii.
Sancti Franciſci.
Sancti Auguſtini.
Sanctæ Luciæ.

De ueneratione feſti Sancti Iuliani. Rubrica. III.

OMnes Chriſti fideles, qui legibus, aut moribus reguntur permiſſu omnipotẽtis Dei (qui in ſanctis ſuis ſanctificatur) actiones, leges, & quaſcũq; operationes ſuas, ſub protectione alicuius Sancti dirigunt, eaq; quanta poſſunt ueneratione extollũt, ut illius meritis, & precibus a' peccatis, & iniquitatibus ſint liberi, & ab omni perturbatione ſecuri, proſperaq;, & læta omnia ſuccedant, Ciuitatem noſtram Maceratenſem nemo ambigit, ante multo℞ noſtrorum maiorum tempora caſtrum Diui Iuliani nuncupatam fuiſſe, eiuſq; precibus omnipotenti Deo annuente, ita eam ab omni incurſu hoſtium, oibusq; aduerſis, & malis eripuit, ut quanta ſit uſq; ad hæc tempora ſemper, & in dies auctam reperiamus, gratias Deo, diuoq; Iuliano continue agentes, ergo factum eſt, ut ab Immemorabili tempore citra, in honorẽ Dei uenerationem Diui Iuliani in illius feſto iſthæc noſtra Reſpu. aſſumpſerit, eamq; ſumma cum ſollẽnitate quotãnis celebrandã ſtatuerit. ¶ Impenſis igitur publicis, die feſto Diui Iuliani de menſe Ianuarii, duo Brauia ualoris. x. lib. pro quolibet. Item duo cerei in ſcutis ligneis inſigniis cõmunitatis depictis, ponderis. xi. lib. pro quolibet, emantur. Item tot, cerei, quot erunt Poteſtas, Priores, & alii officiales communis, In quibus ducati tres tm̃, erogentur. Item chirotecæ dentur nomine publico Poteſtati, Prioribus, & aliis officialibus, Pretori, Collegii, Aduocato, & Scindico communis, ad cauſas, familiares Dñorum Priorum induantur de more, & bayuli cõmunis ſibi ipſis faciant caputia panni rubei, cum inſigniis cõitatis iuxta morem antiquũ, & Prioribus antedictis, liceat ex ære publico erogare uſq; ad lib. xx. den. & plus & minus, moderate tamen, iuxta temporum conuenientiam, prout ipſis uidebitur. ¶ Vniuerſo etiam populo huius noſtræ Ciuitatis comitante, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & uenerationem protectoris noſtri Diui Iuliani fiãt rogationes, in quibus pura, & ſimplici mente de innumeris beneficiis, a' diuina Maieſtate receptis, Dño noſtro Ieſu Chriſto gratiæ agantur, ut mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigat, & imminens ſuppliciũ quod ꝑ peccatis meremur auertat. ¶ Et ad obuiandum ne rixæ, & contentiones in eundo oriãtur, hunc ordinem in eis inuiolabiliter ſeruari mandamus, confraternitates omnes iuxta antiquam conſuetudinem in rogationibus ipſis ꝑcæteris uadant, Religioſi ſuo loco, eas ſequantur, & clerici ſeculares cum ornatu, & ꝑcioſioribus paramentis (omiſſis cæteris reliquis) brachium diui Iuliani portãtes ſubſequantur. Poſt quos ordine ſucceſſiuo, ac poſt ciuitatis Magiſtratũ, ciueſq; de Regimine ſubinde ſubſequendos, cum eorum oblationibus, quiſq; deperſe Collegiati, Mercatores, aromatarii, merciarii, cerdones, ſutores, barbitonſores, fabriferrarii, magiſtri carpentarii, & lignaminum, fabricementarii, macellatores, molendinarii, hoſpitatores, tabernarii, magiſtri olearii, in Rogationibus ꝑdictis procedentes, ad altare Sancti Iuliani adminus cereũ pro qualibet arte quẽ portabunt, dimittant, ſub pœna arbitrio Poteſtatis, & Dñorum Priorum imponenda, & de facto exigenda. ¶ Deinde ꝑmiſſo ſono tuba℞, Ciues. & populares ſequãtur Poteſtatem, & Priores dictæ Ciuitatis. Qui oẽs ſupranominati artifices, in rogationibus, ut ſupra euntes, teneantᷓ in eorum arte, unum eligere, & creare in Poteſtatem, & faciat quælibet ſupra enarratarũ artiũ de perſe matriculam. In qua ſingulariter nomina illam exercentium deſcribantur. Illi aũt qui aliquam ex dictis artibus per duos annos continuos exercuerint, de illa arte uocentᷓ, & illã ſe qui teneantᷓ, licet illã minime exerceant, dũmodo aliqua ciuilitate donati nõ fuerint, ſub pœna. x. lib. deñ. ꝑ quolibet cõtrafaciente. ¶ Qui quidẽ pĩtates, congregatis oĩbus de illa arte in loco, ubi eis placebit, ante feſtũ Paſchatis Epiphaniæ eligantᷓ, & creentur noui pĩtates, & qui fuerit electus officiũ nullo pacto renuere ualeat, ſub pœna. L. lib. eccleſiæ Diui Iuliani ꝑ parte, & pro alia Cõitati, & exequutori. ¶ Bubulci uero, quos inter dictos artifices cõnumerari, & accedere uolumus, ita in creandis pĩtatibus ſe habeant, ut quolibet anno ante feſtũ Epiphaniæ facta de ipſis congregatione tres pĩtates eligant, unum. ſ. de quarteriis Sancti Iuliani, &

Sanctæ Mariæ de Porta, aliū de quarterio Sancti Ioānis, aliū de quarterio Sancti Saluatoris. Quorum quiſq; bubulcis ſui quarterii in prādio, uel cena ſaltē carnes, uinum, & panes a' pſbiteris Epiſcopatus eis dādos pbere teneant in domibus eo℞. Prohibemus tñ illos in pōtatē eligi, qui aliis famulent. ¶ Qui qdem pōtates bubulco℞, more ſolito in Platea magna cōis cum oibus bubulcis coadunent, & inde poteſtas quarterii S. Iuliani mediū locū ſemp retinēs, poteſtas quarterii Sancti Saluatoris dextrū latus, & Sancti Ioānis ſiniſtrū deſcēdentes ad ecclīam Sancti Iuliani accedant. Redeuntes poſtmodū a' dicta ecclīa Sancti Iuliani uerſus plateā poteſtas S. Saluatoris retineat latus ſiniſtrum, & ſic in eūdo ab ecclīa S. Iuliani cū rogationibus ad ecclīam S. Saluatoris. In redeūdo uero ad ecclīam S. Iuliani pōtas S. Saluatoris poteſtati Sancti Ioannis locum quem retinet cedat, & qui contrafecerit pœnam. L. lib. de facto mulctetur. ¶ Et ut facilius præmiſſa exequi poſſint in honorem omnipotentis Dei, & uenerationem Diui Iuliani, uolumus, & mandamus onera a' dictis artificibus impoſita, & eorum poteſtatibus debere exigi, & Poteſtatem, ac alios officiales huius noſtræ Ciuitatis teneri pro illorum exactione. Ita quod ſi negligentes fuerint, circa premiſſa, & eorum pœnas, ipſo facto. x. librarum pœnam incurrant.

¶ *De abolitione prauæ conſuetudinis in feſto S. Iuliani.* Rubrica. IIII.

VIdimus (ſicut deprauati mores docuerūt) multos retroactis tporibus, dū Deo gratias agere, & illi pura mēte ſeruire, in rogationibus plibatis, q̄ ad hoc inuēte fuere tenemur, Diabolo inſeruiuiſſe, & de pñti inſeruire. Nōnulli etenim dū rogationes fiūt, & pceſſio p hāc noſtram Ciuitatē progredit, oculos carnali deſiderio ad intuēdū mulieres ad feneſtrā exiſtētes, adeo dirigunt, ut in amorē illicitū plapſos, ſignis qbus poſſunt, oſtēdere conent, illis poſthabito Chriſtiani nois affectu, ac Dei reuerētia, publice munera eiiciētes ſolū placere ſtudēt. Nos uolentes huic morbo congruā adhibere medelā, nedum nobis oipotentem Deum ppitiū facere curemus, ad iram & ſuppliciū peccato℞ nřorum puocemus, & quod fauore nřo induximus in odium retorqueat. Cum tanto grauiora ſint peccata quāto diutius in fœlicem aiam detinēt alligatā. ¶ Hac pñti ſalubri lege ſancimus, Mulieribus quibuſcūq; cuiuſcūq; dignitatis exiſtāt in uigilia, neq; die feſto Diui Iuliani non licere aliquo mō, ſeu quo uis queſito colore in feneſtris alicuius domus (etiam ppriæ pſertim in ſtratis per quas pgreditur pceſſio) ſtare, uel morari, ita q ab aliquo uideri, ſeu conſpici poſſint, ſub pœna unius ducati p qualibet, & uice qualibet, & credat accuſatori cū iuramento, cui adhibeat plena fides, & teneat ſecretus. Ad quam pœnam teneant mariti p uxoribus, parentes p filiabus, & nepotibus, & patrui p nepotibus, ſi ſecum habitauerint. ¶ Quam legē ſeruari etiā mandamus ad unguem quo ad pœnā, ſi contingat aliquē hoiem cuiuſcūq; gradus exiſtentē, in dictis duobus diebus piicere aliqua poma, ſeu quaſcunq; alias res in uenereis huiuſmodi paratas, ac correſpectiuas ad feneſtras ſeu hoſtia domorum exiſtentibus uel non exiſtentibus mulieribus huius noſtræ Ciuitatis.

¶ *De electione Conſiliariorum & de Autoritate conſilij generalis.* Rubrica. V.

CVm difficillimum eſſe uideat ubi res graues ad Rempub. pertinentes pertractari contigerit, Patritios, plebē, uniuerſumq; populū in unū conuenire, ob idq; ſæpe Reſpub. detrimētum pati poſſit, & ſi aliqñ inſimul oēs congregentur, ob multitudinem rixæ, diſſenſiones, maximeq; confuſiones oriri poſſint, adeo q ob tumultuoſam conſultationē nō admodū uiris prudentibus facile cōmodis ciuitatis puidere conceſſum ſit, has ob cauſas. ¶ Volentes ſaluti, bonoq; Ciuitatis ſtatui egregie conſulere, pñti ſtatuto perpetuam uim ſeruaturo decernimus. Tēpore quo nouū Regimen Ciuitatis fieri debet, hoies ad illius confectionē electi, & autoritatē habentes, conſiderata qualitate incola℞ huius noſtræ Ciuitatis, eorūq; exercitio cōditione, & in rebus agendis experientia (dūmodo in hac nřa Ciuitate per annos triginta familiariter habitauerint & poſſideant tot bona ſtabilia quæ ſint ualoris 5 o o. floreno℞) & quos idoneos iudicauerint, ſeruato ordine a' dictis Reformatoribus ſtatuto, eos ad aſſiſtendū publicis cōſiliis dictæ ciuitatis eligere poſſint, & qui ſemel electi, & canonice fuerint approbati, ulterius reprobari

bari nequeant, officiuq; ad eorum uitã duret, niſi ob eorum demerita iuſte aboleri mereant̃, & ultra ꝑratos, ut ſupra electos, in eodem Cõſilio intereſſe debeât oẽs, qui ſunt de numero Prioratus. ℂ Qui qdem Conſiliarii audita monitione die ꝑcedenti a' publicis tubicinis, & ſono cãpanæ magnæ dictæ Ciuitatis, incontinenti ſe ꝓſentare debeant coram M. D. Prioribus, & Poteſtate, in Palatio ſolitæ reſidentiæ dictorum M. D. Priorum, & inde donec oĩa negocia publica eo tempore neceſſaria pertractata non fuerint, minime ſine expreſſa licentia dictoꝝ M. D. Priorum recedere audeant. ℂ Qui uero negligens fuerit in cõparendo, uel illicentiatus receſſerit, pœni, x. ſolidoꝝ de facto exigendam incurrat, atq; in eo Conſilio gñali dũtaxat a' M. D. Prioribus ꝓponi poſſint, quæ die ꝑcedenti ſaltem in conſilio Credentiæ ordinata forent, ut in dicto Conſilio diſcuterent̃, & ſi aliud ordinatũ eſſet in dicto Conſilio gñali, nulla preambula diſcuſſione in dicto conſilio Credentiæ. Id oẽ ſit irritũ, & inane nulliuſq; roboris, & momenti. ℂ Hoc ordine ſeruato ad unguẽ in eo pertractari poſſint oĩa, & ſingula concernentia pacificũ ſtatum nr̃æ Ciuitatis, officiales eligendi, onera imponendi, ꝓcuratores ad cãs conſtituẽdi, uectigalia alienandi, leges condẽdi, ueteres ampliandi, reſtringendi, & corrigẽdi, ꝓut temporũ qualitas, & neceſſitas expoſtulabit. ℂ Dictaq; congregatio legitima nõ intelligat̃, nec geſta in ea ualeant, niſi interfuerint ad minus ſexaginta hoĩes, cõputatis M. D. Prioribus, & in eo etiã ſit neceſſaria Pretoris ꝓſentia. ℂ Quibus coadunatis, & factis ꝓpoſitis a' M. D. Prioribus, cuilibet accepto iuramento de bene, & fideliter conſulendo, ſniam ſuam dicere liceat. Et ſi uariæ, & diuerſæ ſunt illæ diſcutiant̃ inter M. D. Priores, & Pretorem, & quæ eis, ſeu eoꝝ maiori parti uiſa erit utilior Reipub. ſubiiciatur, & ſi uotis maioris partis Conſiliariorum roborata fuerit, illam executioni demandare teneant̃. Idq; totius populi cõſenſu factũ intelligetur. ℂ Et ſi aliquis, ut ſupra electus, tãtæ fuerit temeritatis q̃ in dicto Conſilio accedere, & aſſiſtere, & ſuffragia reddere ꝓſumpſerit, pœnam xxv. ſcutoꝝ & exilii unius anni, ſine aliqua gratia, & diminutione, Cõmuni dictæ Ciuitatis applicãdam, ipſo facto incurrat, ad quã etiam teneant̃ M. D. Priores, & Cancellarius, ſi eum nõ amouerint, contumax uero in comparẽdo, ut ſupra mulctetur, niſi legitima cauſa docuerit fuiſſe impeditũ, uel eo tempore a' Ciuitate, & territorio abſens extitiſſet, quibuſcuq; contrariis non obſtantibus.

ℂ *De autoritate Conſilij Credentiæ.* *Rubrica.* V I.

EXperientia quæ rerum eſt Magiſtra docet, q̃ ubi multitudini cura Reipublicæ cõmittitur interim ob negligentiam, interim ob diſſenſionem Reipub. multa inſtant incõmoda, unde hac ratione motus populus Maceratenſis, omnem curam regẽdi, ac de Rebus publicis diſponendi, tranſtulit in nonnullos Patritios, & nobiles uiros, prudentia, etate, doctrina, ac rerum experientia cæteris merito' anteponendos. Hii igitur tempore noui Regiminis eligi debeant, & ſemel electus amplius reprobari nequeat, eorũq; officiũ cum uita deficiat, dũmodo tamen de una ꝓgenie non deputentur niſi duo, ad plus. Hii ergo ſic electi conſilium Credentiæ repreſentent, & ad ſonum campanæ coram M. D. P. ſe preſentare teneantur, ut dictum eſt, de Conſiliariis generalis Conſilii. Et ſi fuerint cõtumaces, eadem pœna mulctentur. Quod Conſiliũ perfectum intelligatur, ſi una cum M. D. Prioribus uiginti ei interfuerint. In eoſq; tranſlata ſit uirtute præſentis legis totius populi poteſtas, & autoritas diſponẽdi de Rebus publicis, ut dictum eſt, de Conſilio generali, ac officiales omnes eligendi, confirmandi, leges edendi, editas ſeu antiquas reſtringendi, ampliandi (prout neceſſitas id facere eos impulerit) & tandẽ omnia alia ad publicam utilitatem tendentia faciendi Dũmodo nouis oneribus, & uectigalibus populus non grauetur, uel res, & bona publica non diſtrahantur, nec procurator extra Prouinciam ad cauſas peragendas conſtituatur. In quibus caſibus oĩno ſit neceſſarius, aſſenſus Conſilii generalis, ſeruato tamen ordine, ut in precedenti dictum fuit. In quo Credentiæ Conſilio Poteſtatis præſentia nequaquam requiratur, ordoq; precedens ſeruetur, in reddendis conſultationibus, in hoc tamen differat, quod in hoc Conſilio id non dicatur obtemptum, quod ſuffragio duarum partium comprobatum non ſit, alias ſit irritum & inane. ℂ Et ſi quis, ut ſupra canonice non deputatus illi intereſſe uoluerit, uolumus duplicem pœnã in ſimili caſu in præcedenti lege ſtatutam incurrere, quibuſcũq; non obſtantibus.

¶ *De modo conficiendi nouum Regimen.* Rubrica. VII.

NE in futurum impediatur noui Regiminis reſtauratio, nec aliquo pacto retardetur, ordinamus, ꝙ M. D. Priores ultimo loco extracti teneant, & obligati ſint congregare conſiliũ credẽtiæ, & in eo ꝓponere qd agendũ ſit, ꝓ nouo regimine cõficiẽdo, & facta matura diſcuſſione de forma tenẽda, & in eodẽ cõſilio firmata, ut ſtabilior ſit, a' cõſilio gñali confirmet. Quæ poſtmodũ executioni demandet, quibuſcũq; in contrariũ facientibus minime refragãtibus.

¶ *De electione Dominorum Priorum.* Rubrica. VIII.

NAturalis ratio ſuadet, ut ad publicaꝝ rerum curam Decuriones optimi rerum experiẽtia & nobilitate generis inſigniti eligant, qui aliis merito anteponẽdi ſint. In quoꝝ electione ſeruetur ordo, ꝙ ab illis qui a' conſilio credentiæ, & gñali fuerint electi, & deputati ad refectionem noui regiminis, illi qui ad officiũ ꝑdictum ſunt ordinati conſeruent, quia illoꝝ officium debet cum morte finiri, & ſi aliqui deficerent, eligãtur in loco defunctoꝝ alii, qui eorum officium gerant, dũmodo deſcendentibus iniuria non fiat, & imbuſſulent, & de duobus menſibus in duos menſes extrahãtur, & eorũ officiũ duobus mẽſibus duret. ¶ Teneanturq; in principio eorum officii iurare diligenter, & fideliter officium exercere, & durante dicto tẽpore reſidere in Palatio publico, & ibidẽ concorditer uiuere, prout hactenus conſuetũ fuit, & ꝓ ipſorũ & familiæ alimentis habere unuſquiſq; eorum debeat, prout eis fuerit a' conſilio reformatoꝝ ſancitum, & ordinatũ, & ſi aliquis extractus fuerit abſens, uel defunctus, non poſſit alius ſubrogari uſq; ad confectionem noui Regiminis, & durante tẽpore ſui officii, ſi a' palatio receſſerint ſine publicis familiaribus, incurrant qualibet uice pœnam. x. lib. qui familiares in dicta aſſociatione teneãtur enſem portare pro defenſione dictorum D. Priorum ſub iam dicta pœna, pro quolibet, & uice qualibet de eorum ſalario retinenda.

¶ *De autoritate Dominorum Priorum.* Rubrica. IX.

VT occaſio auferatur delinquendi omnibus habitatoribus Ciuitatis Maceratæ, ſtatuimus, Quod domini Priores pro tẽpore, (iuxta tenorẽ priuilegiorum, a' ſede Apoſtolica dictæ Cõmunitati conceſſoꝝ) habeãt plenã, liberã, & gñalem põtatẽ, merũ, & mixtũ imperiũ, ac etiã gladii põtatẽ, ingrendi, ꝓcedendi, puniẽdi, cõdẽnãdi in ære & ꝑſona, cõtra oẽs & ſingulas perſonas cuiuſcunq; cõditionis, ſtatus, ſeu ꝑheminentiæ exiſtant, quæ dicerẽt, loquerent, facerẽt, ordinarẽt, ſeu feciſſent, aut ordinaſſent, tractarẽt uel tractaſſent, cõtra honorẽ, & pacificũ ſtatũ ſupradictæ Romanæ eccleſiæ, Rectoris ꝓuinciæ, & Ciuitatis ꝑdictæ, uel quæ tenderẽt ad ſubuerſionem ſtatus populi ꝑdicti. In quibus caſibus procedere poſſint defacto, oĩbus ſollẽnitatibus omiſſis, dũmodo de delicto eis legitime conſtet. Poteſtasq; teneatur ad ipſorum Priorum inſtantiã exequi, quibuſcũq; non obſtantibus. ¶ Decernimus etiã ꝙ debeant durante tpe eorum officii uti omni diligẽtia, in exigendo, & recuperando pecunias, & res dicto cõmuni qũolibet ſpectantes, & in manibus conſeruatorum, conſignare actualiter, tam de prouentibus, q̃ꝫ de malleficiis, ſeu aliis rebus dicti Cõmunis, & de illis dilationem facere non ualeãt, ſine licentia conſilii credentiæ, ſub pœna. xxv. lib. pro quolibet Priore, & qualibet uice. In quã pœnam pariter incidat Cancellarius, ſi de mandato dictoꝝ Priorum, ſeu alicuius eorũ bullectinum faceret Põtati de licentiãdo debitorẽ Cõmunis, ante ſolutionẽ per eum factã. Et ſi Rector prouinciæ reſcriberet in fauorem alicuius, ſiue per bullectinũ ſeu reſcriptum, uel aliam ſcripturã per uiam gratiæ, ſeu quauis alia cauſa, & occaſione teneatur copiã accipere, & congregato cõſilio credentiæ ꝓponere, in quo debeat deliberari ꝙ expenſis cõmunis,
reuocetur talis gratia, ſeu conceſſio in preiudiciũ dicti cõmunis facta, & ſi negligentes fuerint, incidant in pœnã. x. lib. pro quolibet dictoꝝ Priorum contrafaciẽte, & qualibet uice, & ſemp debeant in cõſilio credentiæ res utiles Reipub. & neceſſarias, & id qđ obtẽptum fuerit debeat exequutioni demãdari, & in qualibet deputatione intelligant principalr̃ cõprehenſi, & ſemper ornatũ Ciuitatis (quãdo Ciuitas ære alieno oppreſſa nõ eſſet) ualeant erogare de pecunia cõis, prout eis uidebit durante eoꝝ officio. In aliis uero caſibus non liceat eis impẽdere, ſine licẽtia cõſilii credẽtiæ ultra florenos. IIII. neq; obligare introitus cõis ultra tp̃s ſui Prioratus, & oĩs oblatio quo ad cõmune ſit nulla, et inefficax, neq; exigere in preiudicium ſucceſſorum, niſi

aliter

alter fuiſſet a' Conſilio credentiæ ordinatum, ſub pœna.x.lib neq; eis ſit licitũ facere perſol-uere aliquod debitum alicui a' cõe quod eſſet antiquum ultra duos annos, ſine licentia cõſilii credentiæ, ſub pœna.x.lib. ℂ Volumus tñ, & decernimus ꝙ Dñi Priores eadem die qua depo nere officium tenentur, anteꝗ alii ſucceſſores Priores admittant, illis ac aliis cõſiliariis pñti-bus, obligati ſint ſub pœna.x.ſcutoꝝ. pro quolibet ipſo facto in caſu contrauẽtionis dicto cõ muni applicandoꝝ, publice & palã dicto cõmuni legi facere per Cancellariũ oẽs & ſingulas expenſas, & erogationes factas ꝑ ipſos, durante eoꝝ magiſtratu de bonis cõis & hoc ſe obſer uaturos ſub eadem pœna teneantur ꝓmittere dum ad dictum magiſtratum admittuntur.

ℂ De Sollẽnitatibus in introitu. M. D. Priorum obſeruandis. Rubrica. X.

HAc noſtra municipali lege ſancimus, ꝙ oẽs ciues de regimine eo mane quo M. D. Prio-res Magiſtratum aſſumere debent, teneant & obligati ſint ſe in palatio reſidentiæ dicto-rum M.D.Priorum congregare, preſentiamq; preſtare, donec iuramentum eis preſtitum fue-rit Et quia in primis Deum uenerari debemus, ut eius auxilio cũcta recta peragant. Ideo Prio res ueteres & noui accedere debeãt ad eccleſiam epiſcopatus, aſſociati ab omnibus ciuibus de numero prioratus, accedentes bini bini, togati prout & ipſi M D. Priores, & anteꝗ ad dictam eccleſiam accedant, debeat fieri diligens requiſitio per cãcellarium cõmunis, & pariter poſtꝗ ab eccleſia redierint, & qui nõ uenerint ſi in ciuitate & territorio preſentes ſint, incurrant pœ nam.x ſolidorum qualibet uice, & annotẽtur in libro rubeo, & nullatenus excuſari poſsint, niſi ex cauſa infirmitatis, & poſt reditum ab eccleſia habita oratione a' Cãcellario communis eiſdem preſtetur iuramentum, de bene, & fideliter ſe exercendo in eorum officio, & ꝙ oẽm fi-delitatem, & obedientiam ſubiectionem, & reuerentiã exhibebunt S.D N. Papæ in terris Chri ſti Vicario, Sac. Sanctæ Ro. eccleſiæ eorũq; Rectoribus, & officialibus, illorũq; ꝑcepta & mo nita in temporalibus, & ſpiritualibus ad unguem (iuxta eorum uires) adimplere, in memoriã Beati Petri, & maxime de exhibendo reuerentiam, & obedientiam Reuerẽdiſsimo pro tempo re rectori huius prouinciæ, & de conſeruãdo omni cura, & diligentia ciuitatem quietam, & pa cificam, & in eo ſtatu in quo in pñti reperitur. Quo iuramento exhibito ueteres cedant locum nouis, & ciues licentientur. ℂ Pro habẽda tñ uera informatione rerum publicarum, noui ob-ligati ſint retinere ueteres eo mane ad prandium, & eorum officio durante, debeant omni ſtu dio & diligentia curare, ut nullus in dicta ciuitate iniuſte lædat, & indebite moleſtetur ab offi cialibus publicis, a' quibus pauperes ſæpe opprimi ſolent. Quibus oppreſsis, opem & auxilium dare teneãtur, adeo ꝙ eoꝝ indẽnitati conſulat, reducendo oia ad uiam iuſtitiæ, & cũ conſilio ſapientis, maxime pẽdente appellatione corã Cancellario cõis, quibuſcũq; nõ obſtãtibus.

ℂ De uita & ordine M. D. Priorum. Rubrica. XI.

NVlli dubium eſt inferiores a' maioribus exemplum ſummere, & quia res unita magis for-tis redditur, hoc ſtatuto ordinamus, ꝙ M. D. Priores inter ſe pacifice, & quiete uiuere de-beant, & eſſe unanimes in rebus publicis benegerendis, & ſi aliquis eorum tantæ fuerit auda-ciæ, ꝙ uerbo uel facto conſocium offendere præſumpſerit, ipſo iure ſit officio priuatus, & ultra pœnam ſtatutariam incurrat pœnam.xxv. lib.de facto exigẽdam per poteſtatem, & offenſio probetur per Cancellariũ, & ſocios, qui ſub eadem pœna teneant denuntiare poteſtati, & po teſtas ſi fuerit negligens in exigendo incurrat eandem pœnam, retinendam de eius ſalario, ac etiam teneantur uiuere cõmunibus expenſis, & a' calendis Nouembris uſq; ad calend. Aprilis facere honoratum ignem ultra ignem coquinæ, & iidem Priores per ciuitatẽ nullatenus du-rante officio accedere ualeant, ſine palliis longis ſub genu de panno nigri coloris, & ſini, ſine ſcapulariis. ſub pœna decem lib. pro quolibet, nec poſsint deferre calligas ſeu ueſtes, ut di-citur ad diuiſam, & durante officio non poſsint ſe abſentare ſine licentia Conſilii credentiæ, non poſsit tamen dictum Conſilium eiſdem licentia dare ultra quatuor dies, alias durante abſentia non currat ſibi ſalarium illius menſis, & applicetur collegis, excepta cauſa infir-mitatis, nec durante eorum Officio debeant accedere ad aliquod conuiuium in domo

alicuius ciuis. ſeu alterius habitatoris dictæ Ciuitatis, neq; ex aliqua cauſa tam mœſticiæ, q̃ lætitiæ, niſi ad domos cōſanguineorum. Honeſto tamen modo, & cum famulis publicis aſſociati, ſub eadem pœna, in quam pœnam incurrant etiam q; irent ad palatium Reuerendiſ. ſeu ad domum. M D. Theſaurarii ſine famulis publicis, nec ualeant durante eorum officio procurationis, & aduocationis exercitium facere, etiam in curia generali, ſub pœna priuationis officii, dum tamen exiſtunt in Palatio eorum ſolitæ reſidentiæ poſſint ſcribere acta producenda in cauſis in quauis curia, ipſe tamen non poſſit procurator accedere pro aliqua cauſa tuenda ut dictum eſt, nec etiam durante eorum officio liceat eis ſemet ipſos deputare ad aliquod officium, & ſi fuerit deputatus non debeat acceptare, uel exercere, niſi de conſenſu Conſilii Credẽtiæ, ſeu generalis, ſub dicta pœna, & geſta per eum non ualeant, nec etiam liceat eis aliquo pacto ſcribere litteras nomine publico, tam extra prouinciam, q̃ in prouincia, in fauorem alicuius eorum, ſeu alterius, pro officio obtinendo, ſeu ex cauſa delictorum cōmiſſorum in Ciuitate in fauorem alicuius, & contra alium, niſi prius fuerit in Conſilio Credentiæ diſcuſſum, & legitime obtentum, & pariter alicui officiali perhibendo teſtimonium q; bene ſe geſſerit ſine licentia Cōſilii Credentiæ, ſub pœna priuationis officii, &. x. lib. pro quolibet, & qualibet uice. In quam pœnã etiã Cancellarius incurrat, ℂ Prohibemus inſuper ne ipſi ludant, nec permittant alios ludere ad ludos prohibitos, ſecundũ formam Statuti ſub pœna in ſtatutis, & reformationibus contenta ℂ Nolumus inſuper q; durante eorũ officio poſſint aliquid petere, nec perſolui ſibi facere aliquam quantitatem pecuniarum, ſeu rerum ſibi debitarum, a Communi, niſi dum eſſent in dicto officio mutuum feciſſent, uel ante, & per prius eſſet ordinatum, ut id ex aliquo introitu Cōmunis rehaberent, nec etiam intelligatur de ſalario ſibi debito uti Priori, ſeu officiali uel ex alia cauſa, a Cōmuni debito, & contrafaciens incurrat pœnam. x. lib. pro qualibet uice contrafaciente, in quam pœnam pariter incurrant illi, qui durante eorũ officio uendiderint aliquid de ſuis bonis, directe, uel indirecte, & participantes cum aliqua perſona ſine licentia Conſilii credentiæ, & contrafacientes ultra dictam pœnam amittant prætium dictæ rei uenditæ, nec eis liceat ire pro oratoribus ſub eadem pœna, in quam incurrant etiam ſocii qui elegerint, ac etiam ille qui arrẽgauerit. ℂ Nolumus etiã q; poſſit aliquem in iudicio ex qua uis cauſa uocare, nec ipſi ab alio uocari, ſub pœna. x. ducatorum auri de facto exigendorum, de qua officialis exigens lucretur quartam partem, & durante eorum officio ſint immunes ab omnibus gabellis, pro emptione grani, uini, & aliarum quarũcũq; rerũ pro uſu ipſoꝶ, & familiarium ſuorum aliquo incontrarium non obſtante.

ℂ *De reuerentia exhibenda. M. D. Prioribus & pœnis imponendis illis qui eis maledixerint.* Rubrica. XII.

MAxima equidem ratio nos impellit, ut præſenti ordinatione firmemus, q; Prioratus officium, ex quo Reſpublica ſuſtinet', præceteris in hac noſtra ciuitate uenerentur pro honore, ſtatu & reuerentia S. R. E. Sanctiſſimi D. N. Papæ, ac Rectoris Prouinciæ ſecundum formam Statutoꝶ, & reformationũ dictæ Ciuitatis, & formã hactenus obſeruatam. Et ſi aliquis de dicta Ciuitate cuiuſcunq; ſtatus, & cōditionis tante fuiſſet temeritatis, q̃ publice, uel occulte loqui auderet in optobrium, & uilipendium honoris Dñoꝶ Priorum in officio exiſtentium directe, uel indirecte incurrat pœnam decem ducatoꝶ auri, ſine aliqua diminutione ab eo exigendam de facto pro quolibet & qualibet uice. & ſi aliquis ex dictis. D. Prioribus aliquem factis offendere, & iniuriam inferre conatus fuerint, uel intulerit, durante officio, ſeu etiam poſt (occaſione tamen geſtorũ in officio) quadruplum eius quod ex forma ſtatuti puniri deberet, ſi offenſio facta foret contra alium incurrat contrariis non obſtantibus.

ℂ *De electione Poteſtatis.* Rubrica. XIII.

PArum eſſet in ciuitate iura eſſe, niſi adeſſet magiſtratus, qui ea obſeruari faceret. Propterea ut ſtatuta hec Maceratenſia, & conſuetudines hactenus obſeruatæ ab omnibus inuiolabiſe

custodiantur

cuſtodiantur hoc ſtatuto diſponimus ꝙ Priores qui erunt pro tempore,uidelicet,poſt tres mē,
ſes poſt introitum Poteſtatis,omni cura,& diligētia debeāt perquirere uiros doctrina,& pro,
bitate,ac uitæ integritate,excellentes & rerum experientia,in gubernandis rebus publicis ap,
probatos legum Doctores,& coadunato conſilio Credentiæ ille qui obtentus fuerit per duas
partes ex tribus,per ſex menſes officium prædictum exerceat.Inchoandos de menſe Maii, ſeu
Nouembris cum conditionibus,& capitulis,prout dicto conſilio Credentiæ uidebitur,& pla,
cebit.Quæ omnia inuiolabiliter obſeruare teneat,cui anteq̃ officium exercere poſſit,inuoca,
to diuino præſidio per Cancellarium coram M.D.Prioribus iuramentum deferatur,officium
ſuum omni cura,& diligētia adminiſtrare,ad decus,laudem,& honorem Sac. Sanctæ Rom.
Eccleſiæ,Sanctiſſimi Domini nr̃i Papę,Sacratiſſimi Collegii Reuerēdiſſimorū Cardinalium,
& preſertim Rectoris huius noſtræ Prouinciæ,& in augumentum & confirmationem præſen
tis ſtatus popularis pacifici noſtræ Ciuitatis, eiuſq; Eccleſiaſticæ libertatis,& ad laudē,& gra,
tiam M.D.Priorum,Conſilii Credentiæ & Generalis, & ad extirpationem omnium uolentiū
præoccupare libertatem dictæ Ciuitatis,& ꝙ dicto officio durāte cum officialibus, & familia
toto tempore ſui Regiminis non recedat,ex hac noſtra Ciuitate, ſine licentia Dñorum Prio,
rum,& ꝙ diebus iuridicis perſonaliter accedat ad banchum iuris, & ſine acceptatione perſo,
narum unicuiq; ius & iuſtitiam reddat,ſtatuta edita, & edenda inuiolabiliter obſeruabit, ſub
pœnis in illis contentis,eccleſiarum,hoſpitalium,pupillarum,uiduarum, & aliarum miſera,
bilium perſonarum iura tueri,nemini tamen iniuriam inferendo, ſecreta dictæ Ciuitatis non
manifeſtare,priuilegia & immunitates dictæ Ciuitatis omni ſtudio defendere conabitur. Im,
probos debitis pœnis ſecūdum formam ſtatutorum puniri, & pœnas pecuniarias ad manus
Camerarii,ſeu Conſeruatoris peruenire faciet,& erit tacitus,& contētus ſalario ſibi deputato,
familiamq; retinebit ut ſibi in capitulis ordinatum erit,quæ capitula ad unguem obſeruabit,
& ab xeniis,& donis abſtinebit,& in fine ſui officii ſe ſubmitet iudicio ſcindicatorum a Com,
munitate deputandorū,redde tq; rationem ſuæ adminiſtrationis,promittens ſoluere omnem
condemnationem contra eum,ſeu aliquem ex eius familia latam,omni appellatione reiecta,
Et generaliter ꝙ exercebit officium ſuum legaliter,& fideliter,ſine aliqua fraude,ſecundū for
mam Iuris Statutorum,& ordinamentorum dictæ Ciuitatis,& continētiam ſuorum capitulo,
rum,remotis amore,odio,& omni alia humana gratia. ¶Et pariter ꝑcurabit ꝙ ſotius miles,
& notarius maleficiorum,& extraordinariorum,bene & fideliter eorum officia exercebunt,
Statuta,reformationes, & conſuetudines, hactenus obſeruatas, nullatenus excedent, & in fi,
ne officii adminiſtrationis rationem reddent, quibuſcunque non obſtantibus, & omnia alia
demum facient.Ad quæ de iure,& ex forma Statutorum, & reformationum,etiam in poſterū
& durante eorum officio edendarum,ac capitulorum in electione Poteſtati tranſmiſſorum,te
nebuntur & obligati erunt,& in ſcindicatu ſi ob contrauentionem condēnatus aliquis eorum
foret,nullam querimoniam facere ualeat,quibuſcūq; non obſtantibus officialesq; ſui quili,
bet deperſe idem iuramētum de bene & fideliter ſe gerendo in exertitio ſui officii,& de obſer,
uatione Statutorum reformationum editorum,& edendorum & cōſuetudinum hactenus ob,
ſeruatarum in hac noſtra Ciuitate,& omnia exequi, ad quæ quomodolibet, ut ſupra obligati
forent aliquo non obſtante.

¶ *De Salario Poteſtatis,& officialium,& eorum ſcindicatu.* Rubrica. XIII.

STatuimus ꝙ ſalarium M.Domini Poteſtatis,pro ſe,& tota ſua familia ſit, & eſſe debeat per
menſes ſex centum ſcutorum.De quo ipſi ante introitum teneantur concordare exactores
Taxæ officiorum,ut conſuetum fuit a pluribus annis retroactis,quod quidem ſalarium ei ſol
ui debeat per Camerarium Communis de duobus menſibus in duos menſes,ſolutis prius per
eundem Camerarium officiali montis Pietatis de eodem ſalario boleneno uno, pro quoli,
bet floreno, de quo nulla gratia fieri poſſit, ultra uero ſolutionem dictus Camerarius pro ſe
retineat uſq; ad diffinitiuam ſententiam ſcindicatus prædictorum officialium. Et ſi ante dictū
tempus ſoluiſſet,cenſeatur de ſuo proprio Camerarium ſoluiſſe, & non de pecunia cōmunis,

etiam ꝙ Priores illius temporis, & Scindicatores a' Poteſtate & familia, immo dicti M. P. & Scindicatores, ex hac cauſa fideiuſſores accipientes incurrat pœnam. xxv. lib. denariorum, teneantur bene dicti officiales cauere de reddenda ratione adminiſtrationis, & durante ſcindicatu ſtare in hoſpitio, & non alibi, ſub iam dicta pœna. xxv. lib. & etiam dictus Camerarius teneatur de dicto ſalario retinere florenos quatuor, pro archibuſiis emendis. Item libras decem pro brauio offerendo altari Sancti Iuliani, familiā, & officiales quos ducere, & retinere debet uidelicet ſocium militem, notarium idoneum, ac duos notarios, unum ad officium Maleficiorum. Alterum uero ad officium extraordinariorum, unum puerum ſaltem. x. annorum ueſtitum (ut dicitur) alla diuiſa, ſex famulos aptos ad arma portanda.

ℭ *De electione Cancellarij, & Iudicis appellationum, ac ipſius officio.* Rubrica. XV.

PReſenti lege ordinamus, quod pari modo a' Conſilio Credentiæ, ſeu generali eligatur aliquis bonus, & fidelis Notarius probitate morum, & literis ornatus, & in ſcribendo ualde expertus, cuius officium ſit in ſcribendo propoſitas, cōſultationes, redditas, & omnes, & quaſcunq; ſcripturas, inſtrumenta quomodocūq;, & qualitercunq; ad Rempublicā ſpectantia, ſeu pertinentia ex quauis cauſa, & occaſione ſine aliqua mercede, & quotieſcunq; conſilia ſeu Credentiæ, ſeu generalis celebrantur, prius ſcribere debeat propoſitas, & ſucceſiue cōſultationes, & poſtmodum illas (prout M. D. Prioribus uidebitur ponere in diſcuſſione), & id quod obtēptum fuerit in libro reformationum annotare, bullectas facere, de ſolutionibus factis creditoribus cōmunis, de mandato D. Priorum, & introitus, & exitus dicti Cōmunis, de omnibus pecuniis, rebus, ex quauis cauſa curam omnem habere, ut aliquis res poblicas minime occultare poſſit, & tandem obſeruare omnia ad quæ uirtute Statutorum, ſeu conſuetudinis hactenus obſeruatæ, ſeu capitulorum teneretur & obligatus eſſet. ℭ Illum inſuper uolumus eſſe Iudicem appellationū interponendaꝝ a' ſententiis quomodolibet latis, tam in ciuilibus ꝙ in criminalibus a' Poteſtate, ſeu quouis alio officiale dictæ Ciuitatis. ℭ Et etiam intelligatur eſſe Notarius conſeruatorum dicti Cōmunis, annotando eorum exitus, & introitus, & eorum libros, & ſententias ſcribere, & publicare, & facere librum Reformationum, & ubi occaſio uenerit proficiſcatur Orator dicti Communis ſine aliquo ſalario. Verum tantum pecuniæ habere debeat pro expenſis, quantum pro ſe, famulo, & equo, & uectura dicti equi ſatis ſit. ℭ Et pro ſalario ei dari debeant floreni octo quolibet menſe. Et M. D. Priores teneantur eidem exhibere alimenta retinendo eum ad eorum menſam. ℭ Poſſit inſuper petere pro electione tranſmittenda Poteſtati florenos duos, & florenum unum pro qualibet electione Medici Chirurgici, ſeu Magiſtri humanarum litterarum, & nil aliud habere poſſit, ab aliquo occaſione ſuarum ſcripturarū, in quibus uerſaretur intereſſe publicum, niſi tm̄ pro ſecundis ſcripturis, pro quibus mercedem petat, ſecundum taxam in Cancellaria ordinatam, tempore Ser Franciſci de Turre olim Cancellarii noſtri. ℭ Inſuper teneatur adeſſe omnibus reſponſionibus in Maleficiis, quæ fierent corām Poteſtate, & etiā teſtibus, ſeu ad offenſam, ſeu defenſam recipiendis, & ſi eſſet abſens officialis damnorum datorum ſuppleat eius locū. ℭ Nil etiā poſſit recipere pro litteris quas ſcriberet ad beneficium alicuius Ciuis. ℭ Teneatur etiam reducere ad memoriam M. D. Prioribus omnia, & ſingula ſtatuta, & reformationes quæ obſtarēt præpoſitis ab eis faciendis, & ad requiſitionem D. P. teneatur notificare conſanguineis, & affinibus uſq; in tertium gradum, ut a' Conſiliis recedant, quando in eis tractatur de aliquo, de quo conſanguineus prætenderet quoquo modo intereſſe, ut ſupra in ſtatutis de facultatibus D. P. ordinatū fuit. ℭ Et in introitu ſui officii iurare coram D. P. officium ſuum fideliter exercere, & omnia adimplere, ad quæ de iure & ex forma ſtatutorum, & reformationum, & capitulorū teneretur, & obligatus eſſet, remotis ab eo prece, pretio timore, uel amore, ſeu quauis alia humana gratia, & officium per annum duret. ℭ Et ſi Conſilio Credentiæ uidebitur poſſit denuo prædictum Cancellariū confirmare, dummodo anno quolibet de eius refirma fiat ſcrutinium, alias electio intelligatur ipſo iure expirata. ℭ Et ſi aliquando per Conſilium Credentiæ contingat facere electionem ad beneplacitum, illud beneplacitum intelligatur quod per præfatum Conſilium poſſit durante

anno

anno electio annullari, elapſo uero anno beneplacitum uirtute præſentis Statuti, extinctum omnino intelligatur, quacunq; diſpoſitione in contrarium non obſtante. Et in fine officii teneatur reddere exactiſſimam ratione͂ ſuæ adminiſtrationis, & officii, & oſtendere q̄ ſui culpa, dolo, ſeu negligentia, durante eius officio Reſpub. nullatenus læſa fuit.

De officio Scindicatorum Poteſtatis, & aliorum officialium. **Rubrica. XVI.**

SAEpenumero officiales locorum Ciuitatumq; Rectores auaritiæ, intemperatæq; cupiditati ſeruientes, dum iuſtitiæ, æquitatiq; proponuntur, iniuſti, iniqui, alienorumq; bonorum ereptores efficiuntur. Vt igitur huic auaritiæ, & iniquitati prouideatur, & boni, iuſtiq; ſint omnes iudices, omnesq; noſtræ Ciuitatis officiales, ordinamus quod tempore confectionis noui Regiminis a' Reformatoribus eligantur plures Ciues, tam de numero Conſilii Credentiæ, quam etiam de numero Conſilii Generalis. Quorum nomina in cartula deſcribantur, uidelicet in qualibet unus de Conſilio Credentiæ, & alter de Conſilio Generali, & ponantur in quadam buſſula, & in quolibet ſemeſtri extrahatur, una ex dictis cartulis, & illi ſcindicare debea͂t officiales, & cum eis etiam deſcribatur unus Notarius de dicta Ciuitate, qui ſe rogare poſſit de ſcripturis ad dictu͂ ſcindicatum pertinentibus. ℂ Qui quide͂ homines habeant autoritatem inquirendi accuſationes & querelas, recipie͂di petitiones, ſeu libellos a' quibuſcu͂q; Ciuibus, ſeu habitatoribus Ciuitatis prædictæ, ſeu etiam forenſibus conquerentibus de prædictis officialibus in adminiſtratione eorum officii, ſeu de rebus habitis, & debitis contractis durante eorum officio, per ſe, ſeu eorum familiares. ℂ Quorum ſcindicatorum co͂ſultores in rebus dubiis ſint & eſſe debea͂t Aduocati Communitatis illius anni. Et dictum ſcindicatum durare debeat per ſex dies hoc ordine, uidelicet q̄ infra tres primos quilibet poſſit comparere ad porrigendum querelas, quibus elapſis nullus ulterius audiatur. In aliis tribus diebus expediantur omnes & ſinguli ꝓceſſus, quocu͂q; modo, uel cauſa, adeo quod ſexto die de ſero per dictos ſcindicatores abſoluantur, uel condemnentur, prout iuſtitia ſuadebit. ℂ Si uero infra tres dies nulla querela porrecta foret, quarta die abſoluantur, coram quibus Scindicatoribus officiales ſtare debeant, & petitionibus, & querelis reſpondere, eorumq; ſententiis, mandatis & præceptis parere, omni appellatione poſtpoſita. ℂ Super quibus quidem querelis præfati Scindicatores procedere, inquirere, illasq; terminare debeant, ſumarie, de plano, mera, ac ſola facti ueritate inſpecta, pro quibus officialibus nullus Ciuis de Regimine comparere, & pro eis fideiubere poſſit ℂ Qui Scindicatores, Notarius, & conſultores debeant pro quolibet habere pro eorum ſalario florenum unum, & non ultra.

ℂ *De electione Aduocati, & Scindici ad cauſas.* **Rubrica. XVII.**

NE iura huius Reipublicæ conculcentur diſponimus præſenti Statuto, q̄ omnes Doctores, & Procuratores de Ciuitate, & Regimine, uidelicet, q̄ ipſi, ſeu eorum parentes de numero Priorum, & ipſi ſint aggregati in Collegio Aduocatorum, & Procuratorum Curiæ generalis Prouinciæ Marchiæ debea͂t imbuſſulari, & quolibet anno extrahi duo Doctores, uidelicet, unus ſenex, & alter iuuenis, & etiam extrahi unus Procurator, & hii intelligantur uirtute huius legis electi in Aduocatos & Scindicum, ad cauſas noſtræ Reipublicæ, qui omni ſtudio, & conatu tueri, & defendere iura Communitatis habeant, & ad requiſitionem M. D. Priorum conſulere, in his omnibus de quibus opportuerit eos habere conſilium. ℂ Qui nullatenus poſſint præſtare conſenſum alicui interlocutoriæ, quod tempora no͂ labantur in cauſis ab eis pertractandis in quauis curia, & coram quouis aſſeſſore extiterit, niſi accedente legitimo conſenſu, & expreſſa uoluntate M. Dominorum Priorum, & ſi ſecus factum fuerit in preiudicium dicti Communis nullius ſit roboris, & momenti, eorumq; officium per annum duret, & quo elapſo, alii ſimiliter exttrahantur. ℂ Cui Scindico ſic extracto, debeat a' Cancelario fieri mandatum in publicam, & autenticam formam, ſi opus eſſet eum oſtendere, ac ſi a' generali, ſeu Cre-

dentiæ conſilio electus fuiſſet, & libere in quacunq; Curia etiam generali Prouinciæ compa- rere ualeat, in quacunq; cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, ſeu appellationum, ubi uerteretur in- tereſſe dicti Communis, illis autem ſingulis annis Priores perſolui ſalarium faciat, prout eis & eorum cuilibet ordinatum fuerit.

¶ *De electione Scindici ad negocia.* *Rubrica.* XVIII.

NAturale quippe uitium eſt, id quod communiter poſſidetur negligi, niſi aliquis occaſione officii, & præmii alliciatur, ad ſummendam publicarum rerum curam. Ideo uirtute huius noſtri Decreti decernimus, q; Priores quolibet anno proponere debeant in Conſilio Creden- tiæ de electione, quæ fieri neceſſe eſt generalis Scindici ad negocia, & in eo deputetur unus ex habitatoribus dictæ Ciuitatis, qui ſaltem ſit de numero Conſilii generalis legalis, diligens, & fidelis, illeq; ſic electus, & per ſuffragia duarum partium ex tribus dicti Conſilii approbatus, ſollertem curam adhibere teneatur, ne bona, poſſeſſiones, & iuriſdictiones, ac iura, & quæ- cunq; res ad publicum ſpectantia ab aliquo occupentur, & occupata recuperare totis uiribus ſtuedat, tam ratione poſſeſſionis, quam proprietatis, de conſuetudine, ſeu de iure, ne pontes, fontes, uiæ publicæ corruant, molendinumq; ſæpe reſpicere, ne negligentia damnum patia- tur, & omnia alia quæ ſibi iniunctum fuerit a' M. Dominis Prioribus executioni demandare. ¶ Nil tamen poſſit diſponere, emēdo, uendēdo, locādo, ſeu cōducendo, de bonis mobilibus, ſeu immobilibus, ſine licentia Magnificorum Dominorum Priorum, ſeu Conſilii Creden- tiæ, prout materiæ expoſtularet magnitudo & grauitas intelligatur habere, & ex nunc dictus Scindicus habeat in omnibus rebus gerendis ad utilitatem dicti Cōmunis, plenum, liberum, & generale mandatum, cum plena, & libera adminiſtratione, pro quo Commune totum ex nunc fideiuſſiſſe intelligatur, in omnem cauſam caſum, & euentum, nec non approbaſſe, & ra- tificaſſe firma, & rata habere, promiſiſſe omnia per eum gerenda, & exercenda. ¶ Idemq; ſic electus in manibus D. P. iurabit & cautionem idoneam præſtabit omnia ſe acturum, & exe- cuturum diligenter, ſine fraude, & bona fide, & nil facere ad ſuam ſimplicem uoluntatem, aut reſpectu ſui proprii lucri, uel damni, ſed pro bono Communis tantum, bonaq; omnia Com- munis conſeruabit, & in fine officii integraliter reſtituet per inuentarium manu Cancellarii, ipſiusq; ſalarium eſſe debeat pro labore, ut a' Conſilio Credentiæ ex qualitate temporum fue- rit ei ordinatum.

¶ *De electione Camerariorum, ſeu Conſeruatorum.* *Rubrica.* XIX.

HAc noſtra municipali lege decernimus, ad hoc, ut bona ad Rempublicam ſpectantia, be- ne, & fideliter diſpenſentur, q; eligantur illi Ciues, qui ſunt de Conſilio generali, nōdum tamen ad officium Prioratus uocati fuere. ¶ Quorum nomina annotentur in parua cartha, uidelicet, bini, bini, & imbuſſulentur, & eodem die quo Priores extrahuntur, pariter & ipſi ex- trahantur, & officium eorum duret duobus menſibus, ad quorum manus omnes introitus noſtri Communis peruenire debeant, & eorum Notarius ſit Cancelarius pro tempore, qui ſcribat, & ſcribere obligatus ſit omnes, & ſingulos introitus, & exitus noſtræ Ciuitatis, & in pu blicam formam redigat, abſq; pretio & mercede. ¶ De pecunia autem ad eorum manus per uenta nullam ſolutionem facere poſſint, niſi eis mandatum fuerit per bullectinum ſigillatum ſigillo publico, & in eo non fuerit appoſita manus unius ex Prioribus, & in fine cuiuſlibet mē ſis mandato Priorum, qui erunt pro tempore faciat legere in Conſilio Credentiæ introitus, & exitus dicti Camerarii per præfatum Cancelarium eius notarium, quæ expenſæ debeant ap probari, uel reprobari per præfatos Dominos Priores, & Conſilium Credentiæ. ¶ Nec non teneantur facere inuentarium de omnibus, & ſingulis, Maſſantiis & rebus exiſtentibus in Pa- latiis, tam M. Dominorum Priorum, quam Poteſtatis. Quas ſi contigerit aliquibus conſigna ri, aſſignet cum inuentario, & rogatione dicti Notarii, & in fine dicti officii faciat reconſigna

re,

re, & ſi aliquid deerit, utatur diligentia, ꝙ officialis de ſuo proprio reſtauret. ſub pœna.xxv. librarum, ei de facto auferenda. ¶ Finito autem officio teneatur præſentare eorum librum, introitus & exitus Dominis Prioribus, qui facto diligenti calculo, eos abſoluant, uel condemnent, ſecũdum ꝙ inuenerint, uel eis cõuenire uidebitur, pœna decem librarum, pro quolibet. ¶ Volumus inſuper ꝙ unus eorum, ſaltem bis in die, ſe præſentet coram M.D.P. & plus ſi fuerint requiſiti, & omnes pecuniæ deuenire debeant ad manus eorum, exceptis ſalariis M.D.P. Cancelarii, & famulorum, & aliorum ſalariatorum Communis. Quæ ſalaria ſoluantur prout hactenus fuit conſuetum, eorumq; ſalarium pro dicto bimeſtri, ſint floreni duo, pro quolibet, ad quę omnia obſeruanda uinculo iuramenti ſe pariter ligent.

¶ *De electione officialis damnorum datorum Gabellarum, Pontium, Viarum, & Fontium.* *Rubrica.* XX.

SAEpenumero in hac Ciuitate, rixæ, diſſenſiones ortæ ſunt, ob id ꝙ aliqui temere audent aliorum agros, uineas, prata, ingredi, damnaq; inferre perſonaliter, ſeu cum animalibus in uilipendium, & iacturam Dominorum. ¶ Volentes igitur eorum comprimere audaciam, hac noſtra ordinatione decernimus, ꝙ in Conſilio Credentiæ, ſeu generali deputetur unus fidelis Notarius timoratæ conſcientiæ, ſiue forenſis, ſiue de Ciuitate, prout ciuibus magis expedire uidebitur, cui liceat alios officiales nominare, dummodo tamen approbentur a' Conſilio generali, ſeu Credentiæ, cum ſalario, ſeu ſine, & per uiam uenditionis, prout a' Conſilio determinatum fuerit. ¶ Huiq; autoritatem habeant diligentiſſime perquirere inferentes damnum, ſiue de die, ſiue de nocte, condemnandi, pœnas exigendi, & omnia alia faciendi, ſecundum formam ſtatutorum, & reformationum etiam in poſterum edendarum, & etiam perquirendi fraudes Gabellarum, illorumque curæ ſit, ne Pontes, Fontes, Viæ, tam intus quam extra Ciuitatem diruantur, ſed ad illorum conſeruationem præpoſiti intelligantur, quibuſcunq; non obſtantibus.

¶ *De electione Pennoneriorum, & eorum officio.* *Rubrica.* XXI.

VT paci, & quieti conſulatur, hac ſalubri lege diſponimus, quod a' generali Conſilio eligantur, & eligi debeant nouem optimi fideles Ciues, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deuotiſſimi Pennonerii, ſeu conſeruatores pennoneriorum Duo uidelicet de quarterio Sancti Iuliani. Duo de quarterio Sanctæ Mariæ. Duo de quarterio Sancti Ioannis. Et tres de quarterio Sancti Saluatoris, & eorum cuilibet deputentur. xxv. homines, qui eos in omni turbatione Ciuitatis ſequi teneantur, ad reprimendum audaciam illorum qui pacem, & quietem noſtræ Reipublicæ, quouis modo perturbare tentarent, & eorum officium ſit, ꝙ orto rumore, (a' quo Deus, eius immenſa bonitate nos ſemper liberet) unus eorum de quolibet quarterio currat in plateam Communis, alter uero ad defenſionem portæ ſui quarterii, quilibet cum ſua cohorte bene armata, & omni cura & diligentia tueri, ne Reſpublica cõculcetur. Eorum officium duret quantum uiſum fuerit Conſilio, & finito tempore, Noui de buſſula extrahantur more hactenus conſueto.

¶ *De electione* Notariorum *ſuper cataſtis.* *Rubrica.* XXII.

AD obuiãdum fraudibus in exactione libræ, & collectarum, quæ ex qualitate temporum ob principum neceſſitates imponi contigerint, & ne quis pro alio indebite onera ſubire cogatur, diſponimus, ut in confectione noui Regiminis omnes Notarii, qui ſint de Regimine, ſiue filii Decurionum, uel fratres deſcribi debeant in parua cartula, bini, bini, & reponantur dictæ Cædulæ in buſſulo, ex quo quolibet anno una extrahatur, illiſq; cataſtum aſſignetur. Quorum officium ſit deſcribere & abolere poſſeſſiones, ut ſibi a' partibus ordinatum eſſet, officiũq;

per annum duret,& pro eorum mercede conſequi poſſint,a' qualibet parte,pro prima partita unum bolenenum, ſi plures fuerint habere debeant duodecim den. pro qualibet partita, uſq; ad unum Anchonitanum,quam quantitatem ſolum exigere poſſint,etiam ſi totum appretium unius amoueretur. ¶ Et ſi in dicto catasto alius manum apponeret,pœnam decem librarum uice qualibet incurrat,& id quod ſcriptum eſſet,ſit irritum & inane. ¶ Volumus tamen q; prædicti Notarii in fine ſcripturæ,quãdo aliquid aboleretur uel deſcriberetur alteri teneantur nomen ipſorum ſcribere,ſub pœna.xl.ſolidorum,pro qualibet partita;

¶ *De electione Notariorum Iudicis appellationum.* *Rubrica.* XXIII.

EVndem ordinem ſeruandum eſſe ſancimus in deputatione Notariorum Iudicis appellationum,ut in præcedenti ſtatuto ordinatum reperitur, eorumq; officium ſex menſibus duret, & pro eorum ſcripturis mercedem recipere poſſint, ut per ſtatuta diſpoſitum eſt, & ubi ſtatuta non loquerentur, ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam,exceptis cauſis communis de quibus nullam penitus mercedẽ petere poſſint, niſi M. D. Priores ob nimium laborem aliquid exhibere uoluerint, quocunq; contrario non obſtante.

¶ *De electione Cultoris, & eius officio.* *Rubrica.* XXIIII.

STatuimus, & ordinamus,q; ad exigendum onera,& collectas,quæ quotidie ſubire compellimur,deputetur unus legalis Notarius,qui ſit Ciuis de Regimine,qui omni cura,& diligẽtia exigere debeat omnia onera,tam realia,quam mixta,& perſonis pro rebus impoſita, & imponenda, ex quauis cauſa, & occaſione, ſiue per Principem, ſeu alium eius nomine, ſiue per Communitatem,& illa ſic exacta diſpenſentur in illam cauſam, ex qua impoſita fuere, eiuſq; officium duret per annum,cum eo ſalario,prout cum eo conuentum fuerit. ¶ Illeq; electus & deputatus teneatur conficere librum, in quo notentur nomina omnium ſoluere debentium, onera prædicta, & collectas, & cuilibet ſoluenti, facere apocham de ſolutis, ut hactenus fuit ſeruatum ſine ulla mercede,& ne dum in fine temporis,ſed quotiens a' M. D. P. fuerit requiſitus teneatur reddere rationem. ¶ Etſi fraudem committet non aſſignando illum,a' quo pecuniam recepit, pœnam.xxv. librarum, pro quolibet omiſſo, & uice qualibet ſoluere de facto compellatur.

¶ *De Capſa Prioratus Regiminis, & officiorum retinenda in Cancellaria.* *Rubrica.* XXV.

HAc lege decernimus Capſettam Prioratus Regiminis officiorum Ciuitatis Maceratæ ſtare,& conſeruari in Cancellaria,in alia capſa,quæ claudatur quatuor clauibus,diſpenſandi & retinendi per Ciues,prout eſt de more,ſi aliter per reformatores non fuerit ſancitum.

¶ *De pœna extrahentium librum Reformationum de Cancellaria Ciuitatis.* *Rubrica.* XXVI.

VT hominum malignitati obuietur, qui perpendentes aliquid reformatum in publicis Conſiliis,huius Ciuitatis eis eſſe nocumento quererent, Reformationum librum illumq; occultarent, uel aliquid in eo delerent, ſeu laniarent. ¶ Ex ſtatuto ordinamus, nulli licere librum prædictum extrahere,nec quouis modo amouere a' Cancellaria Palatii M. Dominorũ Priorum,ſine licentia expreſſa præfatorum M. D. P. non concedenda abſq; legitima cauſa, ſub pœna.x. lib. deñ. Cameræ dicti Communis applicanda,& pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet incurrenda, & incontinenti contrauenies de mandato M. D. P. annotetur in

libro

libro rubeo debitorum dicti Communis pro debitore Communis.

De recuſantibus Officia Communis. Rubrica. XXVII.

EXpedit, ut Reſpublica, a' prudentibus uiris gubernetur, & ideo congruum eſt, ut Patritii etiam inuiti ad aſſumendos honores, & officia publica compelli poſſint. Propterea hac perpetua lege ſancimus, ꝙ cum aliquis Ciuis electus, ſeu ſorte extractus ad aliquod officium, illud exercere recuſauerit, nec tempore debito cum Collegis aſſumpſerit, ipſo iure uti ingratus cenſeatur priuatus omnibus & ſingulis emolumẽtis, dignitatibus, & honoribus dicti Communis. Et incidat in pœnam. xl. ducat. auri, applicanda pro parte Cameræ Communis, pro alia Mõti Pietatis, & in poſterũ amplius ad exercenda dicta officia non admittatur, ſine expreſſa licentia Conſilii Credentiæ, exceptis cauſis infirmitatis, & abſentiæ legitimæ, non affectate, ad cuitandam diſpoſitionem huius noſtri ſtatuti.

Quòd abſentes, & non poſſidentes in Ciuitate, publicis dignitatibus Reipub. minime gaudeant. Rubrica. XXVIII.

NIhil tam decens eſt, ꝗ̃ ut honores apud eos ſint, penes quos onera reperiunt. idcirco hac noſtra inuiolabili lege ſancimus, ut illi qui licet ex hac noſtra Ciuitate originẽ traxerint, nihilominus proprios lares deferentes alio incolatum contraxerunt, uel eorum ſeu parẽtum incuria bona dilapidarunt, adeo ꝙ ualorem. 500. florenorum non poſſident nullatenus ad honores, dignitates, & officia, ad Regimen Reipub. pertinentia, quoquo pacto a' Reformatoribus admitti poſſint, niſi aliter a' Conſilio Credentiæ diſpoſitum fuerit. Et ſi contra huius noſtræ legis tenorem facere ꝑſumpſerint, omnia geſta irrita, & inania ſint, & ipſi Reformatores pœnam decem librarum, pro quolibet incurrant, ab eis de facto exigendam quibuſcunq; in contrarium non obſtantibus.

De debitoribus communis, ſeu litem cum eo habentibus non admittendis ad officia, et dignitates, niſi liti ceſſerint, & actualiter perſoluerint. Rubrica. XXIX.

QVoniam ſæpe euenit, ꝙ Decuriones Rempublicam pecuniariam adminiſtrant, vectigalia emunt, & poſtmodum cauillationibus, & ſubterfugiis ſolutiones differũt, & alii aliquando ratione cognationis, & alii humanis reſpectibus Rempublicam indefenſam relinquunt, uolentes huic morbo debitam adhibere medelam, præſenti noſtro decreto ordinamus, ꝙ ſi aliquis de numero Priorum, ſeu de eius familia, cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, haberet litem cum Communitate, uel eſſet debitor clarus, etiam pro ſolutione pedagiorum, quæ prius perſoluere recuſaſſet ſub pretextu priuilegiorum, & qui extraheretur ad officium Prioratus, Priores in officio exiſtentes, ei iuramentum nullatenus deferãt, niſi facta ceſſione litis, & actuali ſolutione in manibus Camerarii Communis, de omni eo quod Communitas pretenderet, & ſi detulerint incidant in pœnam. xxv. ducat. auri Cameræ Communis applicandorum, pro quolibet quibuſcunq; non obſtantibus.

De vociferantibus in Conſilijs, & verbis vel facto impedimentibus Conſultores vel illos iniuria, quomodolibet verbis, vel facto afficientibus, vel ſuaſionibus, ſeu ſignis inducentibus ad danda ſuffragia magis in vno loco quam in alio. Rubrica. XXX.

NVlli protinus dubium eſt, iram omnem animi bonum affectum impedire, & inde plurima mala naſci, & propterea prorſus ab ea Rempublicam adminiſtrantes uacui eſſe debent, &

ad conſilia proficiſcẽtes animum liberum ab omni humana paſſione habere, & omne ſtudiũ ponere, ut recte publicæ res agantur, ideo patienter omnes audire debent, & quod obtentum fuerit canonice id ſuæ opinioni proponere. Sed quia aliqui tantæ ſunt temeritatis, qui omnia ſuo nutu geri deſiderant, & aliorum cõſilia ſpernunt, & ſi aliter fit, alios iniuria efficiũt. ¶ Volentes igitur eorum audaciam compeſcere, decernimus ꝙ ſi aliquis uociferare in conſiliis prædictis auſus fuerit, etiam ꝙ neminem offendat, uolumus incurrere in pœnam.x. librarum. ſi uero ob eius uociferationem, ſeu aliter uerbis, uel facto conſultores impediuerit, uolumus in pœnam.xx. librarum incurrere. ¶ Et ſi tantæ fuerit temeritatis, ꝙ uerba iniurioſa protulerit, ſeu inſultum facere tẽtauerit in aliquem ex cõſiliariis, eo caſu incurrat pœnam.xxx. librarum. ¶ Si uero percuſſerit manu uacua, ſiue cum armis, ſine ſanguine, in lib. 50. Et intelligatur priuatus ab omni officio, per annos quinque. ¶ Si uero cum ſanguine, tripliciter pœna ſtatuaria, & ulterius ſit in perpetuum priuatus ab omni officio. ¶ Illos uero qui ſuaſionibus, ſeu ſignis, uel alio modo induxerint aliquem ex Conſiliariis illis ad reddendum uotum, ſeu immittendum fabas, magis in uno loco ꝙ̃ in alio, pœnam.x. librarũ, incurrere declaramus. ¶ Quas pœnas ſine aliqua diminutione exigendas eſſe uolumus, non obſtante ſtatuto, de admittendis beneficiis, quod hoc caſu ſibi locum uendicare nolumus, & eos unicuiꝗ tanquam iniuria illata Reipublicæ accuſare liceat, & accuſator quartam partem lucretur. ¶ Et ſi officialis fuerit negligens in exigendo eandem pœnam, incurrat retinendam de eius ſalario. In quibus caſibus de facto procedatur ſummarie, & abſꝗ aliquo proceſſu, cognita ſolum ueritate, exceptionibus, & appellationibus friuolis non obſtantibus. ¶ Et nihilominus dictis pœnis præfixis, & determinatis non obſtantibus, liceat iuxta qualitates caſuum Conſilio Credentiæ prefatas omnes, & ſingulas pœnas augere, prout magis opportunum uidebitur.

¶ De Ciuibus *exiſtentibus in Conſilijs ſupradictis, & inde recedentibus nondum completis, & venire vocati recuſantibus.* *Rubrica.* XXXI.

VT Ciues modeſtia, dum conſilia ſupradicta congregantur (ut expedit) utantur, hac noſtra ſanctione decernimus, nemini licere preſumptuoſe, & irreuerenter conſilio nondum reſoluto recedere, ſine expreſſa licentia M. Dominorum Priorum, & Poteſtatis, ſub pœna.xl. ſolidorum, quæ duplicetur ſi ei inhibitum fuiſſet, ne recederet, & nihilominus in cõtemptum abire uoluerit. ¶ Qui uero impedimento fuerit, ne Conſilium congregetur, pœna.xx. librarum teneatur ſine aliqua diminutione. ¶ Si uero aliquis pro rebus publicis de mandato Dominorum Priorum uocatus fuerit, & perſonaliter apprehenſus & parere renuerit, eandem pœnam xl. ſolidorum incurrat, de facto ab eo exigendam, declarantes famulis atteſtantibus cum iuramento perſonaliter eum apprehendiſſe & citaſſe, plenam fidem dandam uirtute preſentis legis, quibuſcunꝗ non obſtantibus.

¶ *De forma tenenda à porrigentibus preces in dictis Conſilijs à* M. D. P. & *Cancellario.* *Rubrica.* XXXII.

NE fauore priuatorum aliquando iura Ciuitatis noſtræ lædantur, & ut conſultationes liberæ ſint, preſenti ſtatuto ordinamus, M. D. Priores, non poſſe ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ proponere, in dictis Conſiliis, preces pro aliqua gratia obtinenda, ne dum in Criminali, uerumetiam in Ciuili, ſiue in eis uertatur intereſſe publicum, ſeu priuatum, niſi dictæ preces porrectæ fuerint in ſcriptis, in Conſilio Credentiæ, & niſi prius fuerit obtẽta pax ab offenſis, de qua debeat fieri fides in dictis precibus, & niſi ſoluto uno boleneno pro quolibet floreno condemnationis Monti Pietatis, de qua pariter in dictis precibus exhiberi debeat fides, & priuſquam legantur M. D. P. mediante Cancellario teneantur licentiare principales ſi ibidem præſentes ſint, ac omnes attinentes, uſꝗ in tertium gradum, oratorum etiam ex latere

tere

tere uxoris, ſub pœna xxv. librarum, & licet illi qui remanſerint non facerent numerum perfectum, tamen iſto caſu pro perfecto habeatur. ¶ Et ſi habentes intereſſe moniti parere noluerint, eadem pœna, a' quolibet monito incurratur. ¶ Præces uero ſiue in ciuili ſiue in criminali ab aliquo nullo modo proponi poſſint niſi a' tergo, apparuerit fides officialis Montis Pietatis, oratores ſoluiſſe bolenenos duos, pro qualibet ſupplicatione, exceptis ubi a' locis piis, ſeu miſerabilibus perſonis porrigerentur, pro elemoſinis, ſeu ex alia cauſa Ciuili, & inſuper in cauſa criminali, niſi fuerit ab Oratore ſolutus, dicto officiali bolenenus unus, pro quolibet floreno, pœnæ quæ ueniret imponenda, ſiue fuiſſet condemnatus, ſiue non. ¶ Et etiam comprehendantur pœnæ extraordinariorum, & conuentionales, & ex quacunque alia cauſa, & ſi ſecus factum fuerit, omnis gratia obtenta ſit nullius roboris, & momenti, & Priores, ut ſupra dictam pœnam incurrant, quibuſcunque non obſtantibus.

¶ *Quòd non poſſit peti compoſitio ſuper maleficio.* Rubrica. XXXIII.

VT delicta impunita minime remaneant, & fauore delinquentes alliciantur ad ſcelera pertractanda, hoc noſtro Statuto diſponimus D. P. nec alicui officiali noſtræ Ciuitatis non licere proponere, nec proponi facere in aliquo Conſilio generali, ſeu Credentiæ præces alicuius condemnati, pro Maleficio durante tempore Prætoris, a' quo lata fuiſſet ſententia condemnatoria, ſeu maleficium eſſet commiſſum, uel donec de eo damnatus non eſſet, & ſi ſecus factum foret, gratia omnis obtenta ſit nullius roboris, & momenti, & quilibet ex Prioribus proponentibus, & Cancelarius mulctari debeant eadem pœna, qua delinquens teneretur, quibuſcunque non obſtantibus.

¶ *Quòd præces ſuper exemptione ab oneribus, bis in Anno proponi poſſint.* Rubrica. XXXIIII.

HOc noſtro Statuto decernimus, quod præces quæ porriguntur ab his qui uellent de oneribus quæ ſubeunt, ſiue fumantiæ, ſiue chataſtorum, aut ſalarii Poteſtatis, uel cuſtodum portarum, uel ex quauis alia cauſa eximi, in totum, uel in partem, admicti non poſſint, nec recipi in Conſilio Credentiæ, ſeu Generali, niſi bis in Anno, uidelicet, de menſe Maii, & Decembris, ſub pœna, decem librarum, pro quolibet ex Prioribus, & Conſiliariorum conſentientium ſuper dictis præcibus. ¶ Et ſi tempore congruo ſemel propoſitæ fuerint, & reiectæ, non poſſint ulterius proponi, niſi elapſo anno. Et ſi ſecus factum fuerit pro infecto habeatur, & nullius ſit roboris & momenti.

¶ *De Pœna opponentis contra Iura Communis.* Rubrica. XXXV.

NAtura nos aprime impellit, ut patriam cæteris anteponamus, publicamque utilitatem priuatæ præferamus. His igitur rationibus, præſenti Decreto ordinamus, quod nullus Ciuis, & incola huius noſtræ Ciuitatis preſumat publice, uel occulte, directe, uel indirecte, quouis quæſito colore, per ſe, uel alium cum ſcriptura, uel ſine, opponere excipere, uel allegare, contra Priuilegia, indulta, gratias, & beneficia noſtræ Reipublicæ conceſſa a' Summis Pontificibus, ſeu Legatis, ſeu aliis Officialibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. ¶ Et quod ſtatuta, & Reformationes, uel aliquod eorum capitulum, in iudicio, uel extra, inualida eſſe firmiter aſſerere, & quauis occaſione ratione priuatæ, utilitatis publicam lædere preſumpſerit, quomodocunque, uel qualitercunque priuatus, ipſo iure ſit, & eſſe intelligatur omnibus bonis, & beneficiis, honoribus, & dignitatibus, ab ipſa Republica quomodolibet prouenientibus, & relegetur per Annos decem, & libras centum, de facto ſoluat. Reſeruata ſemper uoluntate S. D. N. Papæ, ac Rectoris prouinciæ.

Quòd emens Gabellam magnam non poſſit inire ſocietatem cum Campiono. Rubrica. XXXVI.

HAc lege expreſſe prohibemus, q emptor Gabellæ magnæ noſtræ Ciuitatis nullam ſocietatem tacite, uel occulte, ſeu expreſſe inire ualeat, quoquo modo nec aliquo quæſito colore, cum eo qui ſe obligauit toto anno de carnibus populo prouidere, qui Campionus dicitur, ſeu cum illis qui ab eo dependentiam haberent, pœna. 50. librarum, de facto ſine diminutione ab eo exigenda uice qualibet. Cuius pœnæ quarta pars ſit officialis exequentis, quarta denuntiatoris, reliquum uero Fiſco Communis applicetur. Et ſi Poteſtas fuerit negligens in exigendo, retineatur in fine officii, de eius ſalario, per Cultorem, ſub pœna. xxv. lib. & intelligatur de omni Campiono, quibus Cãpionis, ſeu cum eo participãtibus, non liceat emere Gabellam magnam, aliquo ſtatuto non obſtante.

Quòd Officiales Communis non requirant aliquem, ut ſibi commodet animalia. Rubrica. XXXVII.

ITem ordinamus q Poteſtas, ſeu alii officiales dicti Communis, ex quauis cauſa, nõ debeat quærere ab aliquo ex incolis huius noſtræ Ciuitatis, ut ſibi animalia cõmodet, pro faciendo aliquod opus ſeruile diebus feſtiuis. Qui ab omnibus cuſtodiri debet, ſub pœna. x. lib. de ſuo ſalario, ſi Poteſtas fuerit, ſi uero Cancelarius, uel alius officialis, in hũc errorem inciderit, pœna centum ſolidorum, quos ad petitionem cuiuſcunq; dicentis Camerarius pro tempore retinere debeat, alias rationatores dicti Camerarii ponant ad eius rationem. Ita q commune dictas pœnas omnino conſequatur, & accommodans Poteſtati, ſeu alii officiali, uel Prelatis, & presbiteris, aut fratribus, uel monacis incurrant.

Quòd Ciuitas Maceratæ diuiſa ſit per quarteria. Rubrica. XXXVIII.

HOc noſtro Statuto diſponimus, q hæc noſtra Ciuitas per quarteria diuidatur, in quatuor partes, uidelicet, in quarterio Sancti Iuliani In quarterio Sanctæ Mariæ. In quarterio Sancti Ioannis, Et in quarterio Sancti Saluatoris, uidelicet, q ſtrata quæ incipit a' porta caſtellani, & pretendit ad portam Sanctæ Mariæ Magdalenæ per medium Ciuitatem ſit una linea, & ſtrata quæ incipit a' Sportello macelli, & per directum pretendit per plateam, & ſubtus plateam uſq; ad murum Carbonariæ pergendo per tranſuerſum ſit alia linea. Et ſic per quarteria ſit diuiſa, & aliter nec alio modo diuidi poſſit.

FINIS PRIMI LIBRI.

IN DEI NOMINE

LEGVM MVNICIPALIVM CIVITATIS MACERATAE LIBER SECVNDVS, FOELICITER INCIPIT.

Eſt liber hic Ioannis Petri [illegible]

PRAEFATIO.

SVPERIORI Libro de Magiſtratibus Rempublicam gubernantibus & quibus omnis Poteſtas a' populo tributa fuit, & quibus omnis facultas conceſſa ius unicuiq; ſuum reddere, & ut omni ſtudio, & diligentia curarent, ne humiliores a' potentioribus opprimerentur. Modo congruum eſſe uidetur, decernere de modo, forma, & ordine, quas Rectores ſeruare debeant, in adminiſtrando iuſtitiam, ne dum Ciuibus, & incolis, ac habitatoribus, uerũetiam forenſibus, qui ex aliquo capite ad eos qui præſunt, recurrere compelluntur. Et primo præſenti lege ordinamus, huius noſtræ Ciuitatis Prætorem, cui omnis iuriſdictio conceſſa eſt, decidendi oẽs & ſingulas cauſas, lites, & quæſtiones, quæ ex quauis cauſa oriri poſſent inter habitatores huius Ciuitatis ſubiectos, ſeu forenſes, qui ratione contractus, ſeu quaſi iuriſdictioni ſe ſubiacerent, bonorum quæ haberẽt, ſeu quouis titulo, uel colore teneret in Ciuitate, uel territorio, dummodo citentur, more forenſium, ut infra ſub Rubrica de Citationibus, hora ſolita, quolibet die non feriato, pulſata Campana, teneri & obligatum eſſe, ſe conferre ad locum deputatum ad ius reddendum, & ibidem per duas horas ſedere, & lites audire, & ſeruatis ſeruandis, pro ut ſibi iuri conſonum eſſe uidebitur, finem imponere, omniaq; in ſcriptis redigere curet, a' Notario actuario per cõmune ſpecialiter deputato, & ſi negligens fuerit, incidat in pœnam .xl. ſolid. qualibet uice, & teneatur ad intereſſe Notario præfato, quibuſcunq; non obſtantibus.

De modo procedendi in cauſis Ciuilibus non excedentibus ſummam Centum ſolidorum. *Rubrica.* I.

AEQVVM eſſe uidetur, ut cauſæ Ciuiles, non excedentes ſummam centum ſolidorum, regia manu ſummariæ, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſine libello, litis conteſtatione, iuramento de calũnia, & aliis ſolemnitatibus, & ordinibus iudiciorum, a' Prætore expediantur, præ uia citatione, & ſi reus contumax fuerit, poſſit iudex per iuramentum actori deferendũ, dũmodo habeat ſemiplenam probationẽ, decidere. Et in dictis cauſis, ſi aliqua pars detulerit, alteri parti iuramentum, teneatur ad ſimplicem & ſolam petitionem unius partis, altera pars iurare, uel deferre. Et ille cui defertur, nõ poſſit recuſare, alias in quolibet caſuum prædictorum, iurare recuſans fingatur habere malam cauſam, & cadat in totũ a' cauſa. Sotius uero miles ſummarie, ut ſupra cognoſcere poſſit uſq; ad ſolidos decem, aliquo non obſtante. Et ſi ab aduerſario liquide demõſtrabitur deieraſſe infra octo dies, a' die delati iuramenti, teneatur periurus in duplum quãtitatis petitæ, ipſi parti, & incurrat pœnam cẽtum ſolidorum, quam ſi non ſoluerit infra decem dies, fuſtigetur per

Sanctæ Mariæ de Porta, aliū de quarterio Sancti Ioānis, aliū de quarterio Sancti Saluatoris. Quorum qſq; bubulcis ſui quarterii in prādio, uel cena ſaltē carnes, uinum, & panes a' ꝑſbiteris Epiſcopatus eis dādos ꝓbere teneanť in domibus eoꝝ. Prohibemus tñ illos in pōtatē eligi, qui aliis famulenť. ¶ Qui qdem pōtates bubulcoꝝ, more ſolito in Platea magna cōis cum oibus bubulcis coadunenť, & inde poteſtas quarterii S. Iuliani mediū locū ſemp retinēs, poteſtas quarterii Sancti Saluatoris dextrū latus, & Sancti Ioānis ſiniſtrū deſcēdentes ad eccl'iam Sancti Iuliani accedant. Redeuntes poſtmodū a' dicta eccl'ia Sancti Iuliani uerſus plateā poteſtas S. Saluatoris retineat latus ſiniſtrum, & ſic in eūdo ab eccl'ia S Iuliani cū rogationibus ad eccl'iam S. Saluatoris. In redeūdo uero ad eccl'iam S. Iuliani pōtas S. Saluatoris poteſtati Sancti Ioannis locum quem retinet cedat, & qui contrafecerit pœnam. L. lib. de facto mulctetur. ¶ Et ut facilius præmiſſa exequi poſſint in honorem omnipotentis Dei, & uenerationem Diui Iuliani, uolumus, & mandamus onera a' dictis artificibus impoſita, & eorum poteſtatibus debere exigi, & Poteſtatem, ac alios officiales huius noſtræ Ciuitatis teneri pro illorum exactione. Ita quod ſi negligentes fuerint, circa premiſſa, & eorum pœnas, ipſo facto. x. librarum pœnam incurrant.

¶ *De abolitione prauæ conſuetudinis in feſto S. Iuliani.* Rubrica. IIII.

VIdimus (ſicut deprauati mores docuerūt) multos retroactis tporibus, dū Deo gratias agere, & illi pura mēte ſeruire, in rogationibus ꝑlibatis, q̄ ad hoc inuēte fuere tenemur, Diabolo inſeruiuiſſe, & de pñti inſeruire. Nōnulli etenim dū rogationes fiūt, & ꝓceſſio p hāc noſtram Ciuitatē progrediť, oculos carnali deſiderio ad intuēdū mulieres ad feneſtrā exiſtētes, adeo dirigunt, ut in amorē illicitū ꝓlapſos, ſignis qbus poſſunt, oſtēdere conenť, illis poſthabito Chriſtiani nois affectu, ac Dei reuerētia, publice munera eiiciētes ſolū placere ſtudēt. Nos uolentes huic morbo congruā adhibere medelā, nedum nobis oipotentem Deum ꝓpitiū facere curemus, ad iram & ſuppliciū peccatoꝝ nr̄orum ꝓuocemus, & quod fauore nr̄o induximus in odium retorqueať. Cum tanto grauiora ſint peccata quāto diutius infœlicem aīam detinēt alligatā. ¶ Hac pñti ſalubri lege ſancimus, Mulieribus quibuſcūq; cuiuſcūq; dignitatis exiſtāt in uigilia, neq; die feſto Diui Iuliani non licere aliquo mō, ſeu quo uis queſito colore in feneſtris alicuius domus (etiam ꝓpriſ ꝓſertim in ſtratis per quas ꝓgreditur ꝓceſſio) ſtare, uel morari, ita q̄ ab aliquo uideri, ſeu conſpici poſſint, ſub pœna unius ducati p qualibet, & uice qualibet, & credať accuſatori cū iuramento, cui adhibeať plena fides, & teneať ſecretus. Ad quam pœnam teneanť mariti ꝓ uxoribus, parentes ꝓ filiabus, & nepotibus, & patrui ꝓ nepotibus, ſi ſecum habitauerint ¶ Quam legē ſeruari etiā mandamus ad unguem quo ad pœnā, ſi contingat aliquē hoīem cuiuſcūq; gradus exiſtentē, in dictis duobus diebus ꝓiicere aliqua poma, ſeu quaſcunq; alias res in uenereis huiuſmodi paratas, ac correſpectiuas ad feneſtras ſeu hoſtia domorum exiſtentibus uel non exiſtentibus mulieribus huius noſtræ Ciuitatis.

¶ *De electione Conſiliariorum & de Autoritate conſilij generalis.* Rubrica. V.

CVm difficillimum eſſe uideať ubi res graues ad Rempub. pertinentes pertractari contigerit, Patritios, plebē, uniuerſumq; populū in unū conuenire, ob idq; ſæpe Reſpub. detrimētum pati poſſit, & ſi aliqñ inſimul oēs congregentur, ob multitudinem rixæ, diſſenſiones, maximeq; confuſiones oriri poſſint, adeo q̄ ob tumultuoſam conſultationē nō admodū uiris prudentibus facile cōmodis ciuitatis ꝓuidere conceſſum ſit, has ob cauſas. ¶ Volentes ſaluti, bonoq; Ciuitatis ſtatui egregie conſulere, pñti ſtatuto perpetuam uim ſeruaturo decernimus. Tēpore quo nouū Regimen Ciuitatis fieri debet, hoīes ad illius confectionē electi, & autoritatē habentes, conſiderata qualitate incolaꝝ huius noſtræ Ciuitatis, eorūq; exercitio cōditione, & in rebus agendis experientia (dūmodo in hac nr̄a Ciuitate per annos triginta familiariter habitauerint & poſſideant tot bona ſtabilia quæ ſint ualoris 500. florenoꝝ) & quos idoneos iudicauerint, ſeruato ordine a' dictis Reformatoribus ſtatuto, eos ad aſſiſtendū publicis cōſiliis dictæ ciuitatis eligere poſſint, & qui ſemel electi, & canonice fuerint approbati, ulterius repro-

bati

bari nequeant,officiũq; ad eorum uitã duret,niſi ob eorum demerita iuſte aboleri mereant̃,& ultra p̃ratos,ut ſupra electos,in eodem Cõſilio intereſſe debeât oẽs,qui ſunt de numero Prioratus. ¶ Qui qdem Conſiliarii audita monitione die p̃cedenti a' publicis tubicinis,& ſono cãpanæ magnæ dictæ Ciuitatis,incontinenti ſe p̃ſentare debeant coram M.D.Prioribus,& Poteſtate,in Palatio ſolitæ reſidentiæ dictorum M.D.Priorum,& inde donec oĩa negocia publica eo tempore neceſſaria pertractata non fuerint, minime ſine expreſſa licentia dictoꝝ M.D. Priorum recedere audeant. ¶ Qui uero negligens fuerit in cõparendo,uel illicentiatus receſſerit,pœnã,x.ſolidoꝝ de facto exigendam incurrat,atq; in eo Conſilio gñali dũtaxat a' M.D. Prioribus p̃poni poſſint,quæ die p̃cedenti ſaltem in conſilio Credentiæ ordinata forent,ut in dicto Conſilio diſcuterent̃,& ſi aliud ordinatũ eſſet in dicto Conſilio gñali,nulla preambula diſcuſſione in dicto conſilio Credentiæ.Id oẽ ſit irritũ,& inane nulliuſq; roboris,& momenti. ¶ Hoc ordine ſeruato ad,unguẽ in eo pertractari poſſint oĩa,& ſingula concernentia pacificũ ſtatum nr̃æ Ciuitatis,officiales eligendi,onera imponendi,p̃curatores ad cãs conſtituẽdi, uectigalia alienandi,leges condẽdi,ueteres ampliandi,reſtringendi,& corrigẽdi, p̃ut temporũ qualitas,& neceſſitas expoſtulabit. ¶ Dictaq; congregatio legitima nõ intelligat̃, nec geſta in ea ualeant,niſi interfuerint ad minus ſexaginta hoĩes,cõputatus M. D.Prioribus,& in eo etiã ſit neceſſaria Pretoris p̃ſentia. ¶ Quibus coadunatis,& factis p̃poſitis a' M.D.Prioribus,cuilibet accepto iuramento de bene,& fideliter conſulendo,ſnĩam ſuam dicere liceat. Et ſi uariæ, & diuerſæ ſunt illæ diſcutiant̃ inter M.D.Priores,& Pretorem,& quæ eis,ſeu eoꝝ maiori parti uiſa erit utilior Reipub. ſubiiciatur, & ſi uotis maioris partis Conſiliariorum roborata fuerit,illam executioni demandare teneant̃.Idq; totius populi cõſenſu factũ intelligetur. ¶ Et ſi aliquis,ut ſupra electus,tãtæ fuerit temeritatis q; in dicto Conſilio accedere,& aſſiſtere,& ſuffragia reddere p̃ſumpſerit,pœnam xxv. ſcutoꝝ & exilii unius anni,ſine aliqua gratia,& diminutione,Cõmuni dictæ Ciuitatis applicãdam, ipſo facto incurrat, ad quã etiam teneant̃ M. D.Priores,& Cancellarius,ſi eum nõ amouerint,contumax uero in compare͂do,ut ſupra mulctetur,niſi legitima cauſa docuerit fuiſſe impeditũ,uel eo tempore a' Ciuitate,& territorio abſens extitiſſet,quibuſcunq; contrariis non obſtantibus.

¶ *De autoritate Conſilij Credentiæ.* *Rubrica.* VI.

EXperientia quæ rerum eſt Magiſtra docet,q; ubi multitudini cura Reipublicæ cõmittitur interim ob negligentiam,interim ob diſſenſionem Reipub. multa inſtant incõmoda, unde hac ratione motus populus Maceratenſis,omnem curam regẽdi,ac de Rebus publicis diſponendi,tranſtulit in nonnullos Patritios,& nobiles uiros,prudentia,etate,doctrina, ac rerum experientia cæteris merito' anteponendos. Hii igitur tempore noui Regiminis eligi debeant, & ſemel electus amplius reprobari nequeat, eorũq; officiũ cum uita deficiat, dũmodo tamen de una p̃genie non deputentur niſi duo,ad plus. Hii ergo ſic electi conſilium Credentiæ repreſentent,& ad ſonum campanæ coram M.D.P. ſe preſentare teneantur,ut dictum eſt, de Conſiliariis generalis Conſilii,Et ſi fuerint cõtumaces,eadem pœna mulctentur. Quod Conſiliũ perfectum intelligatur,ſi una cum M.D.Prioribus uiginti ei interfuerint. In eoſq; tranſlata ſit uirtute præſentis legis totius populi poteſtas,& autoritas diſponẽdi de Rebus publicis,ut dictum eſt,de Conſilio generali,ac officiales omnes eligendi,confirmandi,leges edendi, editas ſeu antiquas reſtringendi,ampliandi(prout neceſſitas id facere eos impulerit)& tandẽ omnia alia ad publicam utilitatem tendentia faciendi Dũmodo nouis oneribus, & uectigalibus populus non grauetur,uel res,& bona publica non diſtrahantur, nec procurator extra Prouinciam ad cauſas peragendas conſtituatur.In quibus caſibus oĩno ſit neceſſarius, aſſenſus Conſilii generalis,ſeruato tamen ordine,ut in precedenti dictum fuit.In quo Credentiæ Conſilio Poteſtatis præſentia nequaquam requiratur,ordoq; precedens ſeruetur,in reddendis conſultationibus,in hoc tamen differat,quod in hoc Conſilio id non dicatur obtemptum, quod ſuffragio duarum partium comprobatum non ſit,alias ſit irritum & inane. ¶ Et ſi quis,ut ſupra canonice non deputatus illi intereſſe uoluerit,uolumus duplicem pœnã in ſimili caſu in præcedenti lege ſtatutam incurrere,quibuſcũq; non obſtantibus.

De modo conficiendi nouum Regimen. Rubrica. VII.

NE in futurum impediatur noui Regiminis reſtauratio, nec aliquo pacto retardetur, ordinamus, q̃ M. D. Priores ultimo loco extracti teneantur, & obligati ſint congregare conſiliũ credẽtię, & in eo ꝓponere qd agendũ ſit, ꝑ nouo regimine cõficiẽdo, & facta matura diſcuſſione de forma tenẽda, & in eodẽ cõſilio firmata, ut ſtabilior ſit, a' cõſilio gñali confirmetur. Quæ poſtmodũ executioni demandetur, quibuſcũq; in contrariũ facientibus minime refragãtibus.

De electione Dominorum Priorum. Rubrica. VIII.

NAturalis ratio ſuadet, ut ad publicarum rerum curam Decuriones optimi rerum experiẽtia & nobilitate generis inſigniti eligantur, qui aliis merito anteponẽdi ſint. In quorum electione ſeruetur ordo, q̃ ab illis qui a' conſilio credentiæ, & gñali fuerint electi, & deputati ad refectionem noui regiminis, illi qui ad officiũ ꝑdictum ſunt ordinati conſeruentur, quia illorum officium debet cum morte finiri, & ſi aliqui deficerent, eligãtur in loco defunctorum alii, qui eorum officium gerant, dũmodo deſcendentibus iniuria non fiat, & imbuſſulentur, & de duobus menſibus in duos menſes extrahãtur, & eorũ officiũ duobus mẽſibus duret. ¶ Teneanturq; in principio eorum officii iurare diligenter, & fideliter officium exercere, & durante dicto tẽpore reſidere in Palatio publico, & ibidẽ concorditer uiuere, prout hactenus conſuetũ fuit, & ꝓ ipſorũ & familiæ alimentis habere unuſquiſq; eorum debeat, prout eis fuerit a' conſilio reformatorum ſancitum, & ordinatũ, & ſi aliquis extractus fuerit abſens, uel defunctus, non poſſit alius ſubrogari uſq; ad confectionem noui Regiminis, & durante tẽpore ſui officii, ſi a' palatio receſſerint ſine publicis familiaribus, incurrant qualibet uice pœnam. x. lib. qui familiares in dicta aſſociatione teneãtur enſem portare pro defenſione dictorum D. Priorum ſub iam dicta pœna, pro quolibet, & uice qualibet de eorum ſalario retinenda.

De autoritate Dominorum Priorum. Rubrica. IX.

VT occaſio auferatur delinquendi omnibus habitatoribus Ciuitatis Maceratæ, ſtatuimus, Quod domini Priores pro tẽpore, (iuxta tenorẽ priuilegiorum, a' ſede Apoſtolica dictæ Cõmunitati conceſſorum) habeãt plenã, liberã, & gñalem põtatẽ, merũ, & mixtũ imperiũ, ac etiã gladii põtatẽ, ingrendi, ꝓcedendi, puniẽdi, cõdẽnãdi in ære & pſona, cõtra oẽs & ſingulas perſonas cuiuſcunq; cõditionis, ſtatus, ſeu ꝓheminentiæ exiſtant, quæ dicerẽt, loquerentur, facerẽt, ordinarẽt, ſeu feciſſent, aut ordinaſſent, tractarẽt uel tractaſſent, cõtra honorẽ, & pacificũ ſtatũ ſupradictæ Romanæ eccleſiæ, Rectoris ꝓuinciæ, & Ciuitatis ꝑdictæ, uel quæ tenderẽt ad ſubuerſionem ſtatus populi ꝑdicti. In quibus caſibus procedere poſſint defacto, oĩbus ſollẽnitatibus omiſſis, dũmodo de delicto eis legitime conſtet. Poteſtasq; teneatur ad ipſorum Priorum inſtantiã exequi, quibuſcũq; non obſtantibus. ¶ Decernimus etiã q̃ debeant durante tpe eorum officii uti omni diligẽtia, in exigendo, & recuperando pecunias, & res dicto cõmuni qũolibet ſpectantes, & in manibus conſeruatorum conſignare actualiter, tam de prouentibus, q̃ de malleficiis, ſeu aliis rebus dicti Cõmunis, & de illis dilationem facere non ualeãt, ſine licentia conſilii credentiæ, ſub pœna. xxv. lib. pro quolibet Priore, & qualibet uice. In quã pœnam pariter incidat Cancellarius, ſi de mandato dictorum Priorum, ſeu alicuius eorũ bullectinum faceret Põtati de licentiãdo debitorẽ Cõmunis, ante ſolutionẽ per eum factã. Et ſi Rector prouinciæ reſcriberet in fauorem alicuius, ſiue per bullectinũ ſeu reſcriptum, uel aliam ſcripturã per uiam gratiæ, ſeu quauis alia cauſa, & occaſione teneatur copiã accipere, & congregato cõſilio credentiæ ꝓponere, in quo debeat deliberari q̃ expenſis cõmunis,
reuocetur talis gratia, ſeu conceſſio in preiudiciũ dicti cõmunis facta, & ſi negligentes fuerint, incidant in pœnã. x. lib. pro quolibet dictorum Priorum contrafaciẽte, & qualibet uice, & ſemp debeant in cõſilio credentiæ res utiles Reipub. & neceſſarias, & id qd obtẽptum fuerit debeat exequutioni demãdari, & in qualibet deputatione intelligantur principalr̃ cõprehenſi, & ſemper ornatũ Ciuitatis (quãdo Ciuitas ære alieno oppreſſa nõ eſſet) ualeant erogare de pecunia cõis, prout eis uidebitur durante eorum officio. In aliis uero caſibus non liceat eis impẽdere, ſine licẽtia cõſilii credẽtiæ ultra florenos. IIII. neq; obligare introitus cõis ultra tp̃s ſui Prioratus, & oĩs oblatio quo ad cõmune ſit nulla, et inefficax, neq; exigere in preiudicium ſucceſſorum, niſi

aliter

aliter fuiſſet a' Conſilio credentiæ ordinatum, ſub pœna.x.lib. neq; eis ſit licitũ facere perſol-uere aliquod debitum alicui a' cõe quod eſſet antiquum ultra duos annos, ſine licentia cõſilii credentiæ, ſub pœna.x.lib. ¶ Volumus tñ, & decernimus q Dñi Priores eadem die qua depo nere officium tenentur, anteq̃ alii ſucceſſores Priores admittant̃, illis ac aliis cõſiliariis pñti-bus, obligati ſint ſub pœna.x.ſcutoꝝ. pro quolibet ipſo facto in caſu contrauẽtionis dicto cõ muni applicandoꝝ, publice & palã dicto cõmuni legi facere per Cancellariũ oẽs & ſingulas expenſas, & erogationes factas p ipſos, durante eoꝝ magiſtratu de bonis cõis & hoc ſe obſer uaturos ſub eadem pœna teneantur pmittere dum ad dictum magiſtratum admittuntur.

¶ *De Sollẽnitatibus in introitu.* M. D. *Priorum obſeruandis.* *Rubrica.* X.

HAc noſtra municipali lege ſancimus, q oẽs ciues de regimine eo mane quo M. D. Prio-res Magiſtratum aſſumere debent, teneant̃ & obligati ſint ſe in palatio reſidentiæ dicto-rum M. D. Priorum congregare, preſentiamq; preſtare, donec iuramentum eis preſtitum fue-rit Et quia in primis Deum uenerari debemus, ut eius auxilio cũcta recta peragant̃. Ideo Prio res ueteres & noui accedere debeãt ad eccleſiam epiſcopatus, aſſociati ab omnibus ciuibus de numero prioratus, accedentes bini bini, togati prout & ipſi M. D. Priores, & anteq̃ ad dictam eccleſiam accedant, debeat fieri diligens requiſitio per cãcellarium cõmunis, & pariter poſtq̃ ab eccleſia redierint, & qui nõ uenerint ſi in ciuitate & territorio preſentes ſint, incurrant pœ nam.x ſolidorum qualibet uice, & annotẽtur in libro rubeo, & nullatenus excuſari poſsint, niſi ex cauſa infirmitatis, & poſt reditum ab eccleſia habita oratione a' Cãcellario communis eiſdem preſtetur iuramentum, de bene, & fideliter ſe exercendo in eorum officio, & q oẽm fi-delitatem, & obedientiam ſubiectionem, & reuerentiã exhibebunt S. D. N. Papæ in terris Chri ſti Vicario, Sac. Sanctæ Ro. eccleſiæ eorũq; Rectoribus, & officialibus, illorũq; pcepta & mo nita in temporalibus, & ſpiritualibus ad unguem (iuxta eorum uires) adimplere, in memoriã Beati Petri, & maxime de exhibendo reuerentiam, & obedientiam Reuerẽdiſsimo pro tempo re rectori huius prouinciæ, & de conſeruãdo omni cura, & diligentia ciuitatem quietam, & pa cificam, & in eo ſtatu in quo in pñti reperitur. Quo iuramento exhibito ueteres cedant locum nouis, & ciues licentientur. ¶ Pro habẽda tñ uera informatione rerum publicarum, noui ob-ligati ſint retinere ueteres eo mane ad prandium, & eorum officio durante, debeant omni ſtu dio & diligentia curare, ut nullus in dicta ciuitate iniuſte lædat̃, & indebite moleſtetur ab offi cialibus publicis, a' quibus pauperes ſæpe opprimi ſolent. Quibus oppreſsis, opem & auxilium dare teneãtur, adeo q eoꝝ indẽnitati conſulat̃, reducendo oĩa ad uiam iuſtitiæ, & cũ conſilio ſapientũs, maxime pẽdente appellatione corã Cancellario cõis, quibuſcũq; nõ obſtãtibus.

¶ *De vita & ordine* M. D. *Priorum.* *Rubrica.* XI.

NVlli dubium eſt inferiores a' maioribus exemplum ſummere, & quia res unita magis for-tis redditur, hoc ſtatuto ordinamus, q M. D. Priores inter ſe pacifice, & quiete uiuere de-beant, & eſſe unanimes in rebus publicis benegerendis, & ſi aliquis eorum tantæ fuerit auda-ciæ, q uerbo uel facto conſocium offendere præſumpſerit, ipſo iure ſit officio priuatus, & ultra pœnam ſtatutariam incurrat pœnam.xxv. lib. de facto exigẽdam per poteſtatem, & offenſio probetur per Cancellariũ, & ſocios, qui ſub eadem pœna teneant̃ denuntiare poteſtati, & po teſtas ſi fuerit negligens in exigendo incurrat eandem pœnam, retinendam de eius ſalario, ac etiam teneantur uiuere cõmunibus expenſis, & a' calendis Nouembris uſq; ad calend. Aprilis facere honoratum ignem ultra ignem coquinæ, & iidem Priores per ciuitatẽ nullatenus du-rante officio accedere ualeant, ſine palliis longis ſub genu de panno nigri coloris, & ſini, ſine ſcapulariis. ſub pœna decem lib. pro quolibet, nec poſsint deferre calligas ſeu ueſtes, ut di-citur ad diuiſam, & durante officio non poſsint ſe abſentare ſine licentia Conſilii credentiæ, non poſsit tamen dictum Conſilium eiſdem licentia dare ultra quatuor dies, alias durante abſentia non currat ſibi ſalarium illius menſis, & applicetur collegis, excepta cauſa infir-mitatis, nec durante eorum Officio debeant accedere ad aliquod conuiuium in domo

alicuius ciuis. ſeu alterius habitatoris dictæ Ciuitatis, neq; ex aliqua cauſa tam maleficiæ, quam lætitiæ, niſi ad domos cõſanguineorum. Honeſto tamen modo, & cum famulis publicis aſſociati, ſub eadem pœna, in quam pœnam incurrant etiam q irent ad palatium Reuerendiſ. ſeu ad domum. M D. Theſaurarii ſine famulis publicis, nec ualeant durante eorum officio procurationis, & aduocationis exercitium facere, etiam in curia generali, ſub pœna priuationis officii, dum tamen exiſtunt in Palatio eorum ſolitæ reſidentiæ poſſint ſcribere acta producenda in cauſis in quauis curia, ipſe tamen non poſſit procurator accedere pro aliqua cauſa tuenda ut dictum eſt, nec etiam durante eorum officio liceat eis ſemet ipſos deputare ad aliquod officium, & ſi fuerit deputatus non debeat acceptare, uel exercere, niſi de conſenſu Conſilii Credẽtiæ, ſeu generalis, ſub dicta pœna, & geſta per eum non ualeant, nec etiam liceat eis aliquo pacto ſcribere litteras nomine publico, tam extra prouinciam, quam in prouincia, in fauorem alicuius eorum, ſeu alterius, pro officio obtinendo, ſeu ex cauſa delictorum cõmiſſorum in Ciuitate in fauorem alicuius, & contra alium, niſi prius fuerit in Conſilio Credentiæ diſcuſſum, & legitime obtentum, & pariter alicui officiali perhibendo teſtimonium q bene ſe geſſerit ſine licentia Cõſilii Credentiæ, ſub pœna priuationis officii, &. x. lib. pro quolibet, & qualibet uice. In quam pœnã etiã Cancellarius incurrat, ¶ Prohibemus inſuper ne ipſi ludant, nec permittant alios ludere ad ludos prohibitos, ſecundũ formam Statuti ſub pœna in ſtatutis, & reformationibus contenta ¶ Nolumus inſuper q durante eorũ officio poſſint aliquid petere, nec perſolui ſibi facere aliquam quantitatem pecuniarum, ſeu rerum ſibi debitarum, a Communi, niſi dum eſſent in dicto officio mutuum feciſſent, uel ante, & per prius eſſet ordinatum, ut id ex aliquo introitu Cõmunis rehaberent, nec etiam intelligatur de ſalario ſibi debito uti Priori, ſeu officiali uel ex alia cauſa, a Cõmuni debito, & contrafaciens incurrat pœnam. x, lib. pro qualibet uice contrafaciente, in quam pœnam pariter incurrant illi, qui durante eorũ officio uendiderint aliquid de ſuis bonis, directe, uel indirecte, & participantes cum aliqua perſona ſine licentia Conſilii credentiæ, & contrafacientes ultra dictam pœnam amittant prætium dictæ rei uenditæ, nec eis liceat ire pro oratoribus ſub eadem pœna, in quam incurrant etiam ſocii qui elegerint, ac etiam ille qui arrẽgauerit. ¶ Nolumus etiã q poſſit aliquem in iudicio ex qua uis cauſa uocare, nec ipſi ab alio uocari, ſub pœna. x. ducatorum auri de facto exigendorum, de qua officialis exigens lucretur quartam partem, & durante eorum officio ſint immunes ab omnibus gabellis, pro emptione grani, uini, & aliarum quarũcũq; rerũ pro uſu ipſorum, & familiarium ſuorum aliquo incontrarium non obſtante.

¶ *De reuerentia exhibenda. M. D. Prioribus & pœnis imponendis illis qui eis maledixerint.* *Rubrica.* X II.

MAxima equidem ratio nos impellit, ut præſenti ordinatione firmemus, q Prioratus officium, ex quo Reſpublica ſuſtinet, præ ceteris in hac noſtra ciuitate ueneretur pro honore, ſtatu & reuerentia S. R. E. Sanctiſſimi D. N. Papæ, ac Rectoris Prouinciæ ſecundum formam Statutorum, & reformationũ dictæ Ciuitatis, & formã hactenus obſeruatam. Et ſi aliquis de dicta Ciuitate cuiuſcunq; ſtatus, & cõditionis tante fuiſſet temeritatis, quam publice, uel occulte loqui auderet in oprobrium, & uilipendium honoris Dñorum Priorum in officio exiſtentium directe, uel indirecte incurrat pœnam decem ducatorum auri, ſine aliqua diminutione ab eo exigendam de facto pro quolibet & qualibet uice. & ſi aliquis ex dictis. D. Prioribus aliquem factis offendere, & iniuriam inferre conatus fuerint, uel intulerit, durante officio, ſeu etiam poſt (occaſione tamen geſtorũ in officio) quadruplum eius quod ex forma ſtatuti puniri deberet, ſi offenſio facta foret contra alium incurrat contrariis non obſtantibus.

¶ *De electione Poteſtatis.* *Rubrica.* X III.

PArum eſſet in ciuitate iura eſſe, niſi adeſſet magiſtratus, qui ea obſeruari faceret. Propterea ut ſtatuta hec Maceratenſia, & conſuetudines hactenus obſeruatæ ab omnibus inuiolabiſe

custodiantur

cuſtodiantur hoc ſtatuto diſponimus ꝙ Priores qui erunt pro tempore, uidelicet, poſt tres mẽſes poſt introitum Poteſtatis, omni cura, & diligẽtia debeāt perquirere uiros doctrina, & probitate, ac uitæ integritate, excellentes & rerum experientia, in gubernandis rebus publicis approbatos legum Doctores, & coadunato conſilio Credentiæ ille qui obtentus fuerit per duas partes ex tribus, per ſex menſes officium prædictum exerceat. Inchoandos de menſe Maii, ſeu Nouembris cum conditionibus, & capitulis, prout dicto conſilio Credentiæ uidebitur, & placebit. Quæ omnia inuiolabiliter obſeruare teneať, cui anteꝙ officium exercere poſſit, inuocato diuino præſidio per Cancellarium coram M. D. Prioribus iuramentum deferatur, officium ſuum omni cura, & diligẽtia adminiſtrare, ad decus, laudem, & honorem Sac. Sanctæ Rom. Eccleſiæ, Sanctiſſimi Domini nr̄i Papę, Sacratiſſimi Collegii Reuerẽdiſſimorũ Cardinalium, & preſertim Rectoris huius noſtræ Prouinciæ, & in augumentum & confirmationem præſentis ſtatus popularis pacifici noſtræ Ciuitatis, eiuſq; Eccleſiaſticæ libertatis, & ad laudẽ, & gratiam M. D. Priorum, Conſilii Credentiæ & Generalis, & ad extirpationem omnium uolentiũ præoccupare libertatem dictæ Ciuitatis, & ꝙ dicto officio durãte cum officialibus, & familia toto tempore ſui Regiminis non recedat, ex hac noſtra Ciuitate, ſine licentia Dñorum Priorum, & ꝙ diebus iuridicis perſonaliter accedat ad banchum iuris, & ſine acceptatione perſonarum unicuiq; ius & iuſtitiam reddat, ſtatuta edita, & edenda inuiolabiliter obſeruabit, ſub pœnis in illis contentis, eccleſiarum, hoſpitalium, pupillarum, uiduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum iura tueri, nemini tamen iniuriam inferendo, ſecreta dictæ Ciuitatis non manifeſtare, priuilegia & immunitates dictæ Ciuitatis omni ſtudio defendere conabitur. Improbos debitis pœnis ſecũdum formam ſtatutorum puniri, & pœnas pecuniarias ad manus Camerarii, ſeu Conſeruatoris peruenire faciet, & erit tacitus, & contẽtus ſalario ſibi deputato, familiamq; retinebit ut ſibi in capitulis ordinatum erit, quæ capitula ad unguem obſeruabit, & ab xeniis, & donis abſtinebit, & in fine ſui officii ſe ſubmitet iudicio ſcindicatorum a Communitate deputandorũ, reddetq; rationem ſuæ adminiſtrationis, promittens ſoluere omnem condemnationem contra eum, ſeu aliquem ex eius familia latam, omni appellatione reiecta, Et generaliter ꝙ exercebit officium ſuum legaliter, & fideliter, ſine aliqua fraude, ſecundũ formam Iuris Statutorum, & ordinamentorum dictæ Ciuitatis, & continẽtiam ſuorum capitulorum, remotis amore, odio, & omni alia humana gratia. ¶ Et pariter ꝑcurabit ꝙ ſotius miles, & notarius maleficiorum, & extraordinariorum, bene & fideliter eorum officia exercebunt, Statuta, reformationes, & conſuetudines, hactenus obſeruatas, nullatenus excedent, & infine officii adminiſtrationis rationem reddent, quibuſcunque non obſtantibus, & omnia alia demum facient. Ad quæ de iure, & ex forma Statutorum, & reformationum, etiam in poſterũ & durante eorum officio edendarum, ac capitulorum in electione Poteſtati tranſmiſſorum, tenebuntur & obligati erunt, & in ſcindicatu ſi ob contrauentionem condẽnatus aliquis eorum foret, nullam querimoniam facere ualeat, quibuſcunq; non obſtantibus officialesq; ſui quilibet deperſe idem iuramẽtum de bene & fideliter ſe gerendo in exertitio ſui officii, & de obſeruatione Statutorum reformationum editorum, & edendorum & cóſuetudinum hactenus obſeruatarum in hac noſtra Ciuitate, & omnia exequi, ad quæ quomodolibet, ut ſupra obligati forent aliquo non obſtante.

¶ *De Salario Poteſtatis, & officialium, & eorum ſcindicatu.* Rubrica. XIII.

STatuimus ꝙ ſalarium M. Domini Poteſtatis, pro ſe, & tota ſua familia ſit, & eſſe debeat per menſes ſex centum ſcutorum. De quo ipſi ante introitum teneantur concordare exactores Taxæ officiorum, ut conſuetum fuit a pluribus annis retroactis, quod quidem ſalarium ei ſolui debeat per Camerarium Communis de duobus menſibus in duos menſes, ſolutis prius per eundem Camerarium officiali montis Pietatis de eodem ſalario boleneno uno, pro quolibet floreno, de quo nulla gratia fieri poſſit, ultra uero ſolutionem dictus Camerarius pro ſe retineat uſq; ad diffinitiuam ſententiam ſcindicatus prædictorum officialium. Et ſi ante dictũ tempus ſoluiſſet, cenſeatur de ſuo proprio Camerarium ſoluiſſe, & non de pecunia cõmunis,

etiam ꝙ Priores illius temporis, & Scindicatores a' Poteſtate & familia, immo dicti M. P. & Scindicatores, ex hac cauſa fideiuſſores accipientes incurrat pœnam. xxv. lib. denariorum, teneantur bene dicti officiales cauere de reddenda ratione adminiſtrationis, & durante ſcindicatu ſtare in hoſpitio, & non alibi, ſub iam dicta pœna. xxv. lib. & etiam dictus Camerarius teneatur de dicto ſalario retinere florenos quatuor, pro archibuſiis emendis. Item libras decem pro brauio offerendo altari Sancti Iuliani, familiã, & officiales quos ducere, & retinere debet uidelicet ſocium militem, notarium idoneum, ac duos notarios, unum ad officium Maleficiorum. Alterum uero ad officium extraordinariorum, unum puerum ſaltem. x. annorum ueſtitum (ut dicitur) alla diuiſa, ſex famulos aptos ad arma portanda.

¶ *De electione Cancellarij, & Iudicis appellationum, ac ipſius officio.* Rubrica. XV.

PReſenti lege ordinamus, quod pari modo a' Conſilio Credentiæ, ſeu generali eligatur aliquis bonus, & fidelis Notarius probitate morum, & literis ornatus, & in ſcribendo ualde expertus, cuius officium ſit in ſcribendo propoſitas, cõſultationes, redditas, & omnes, & quaſcunqꝫ ſcripturas, inſtrumenta quomodocũqꝫ, & qualitercunqꝫ ad Rempublicã ſpectantia, ſeu pertinentia ex quauis cauſa, & occaſione ſine aliqua mercede, & quotieſcunqꝫ conſilia ſeu Credentiæ, ſeu generalis celebrantur, prius ſcribere debeat propoſitas, & ſucceſiue cõſultationes, & poſtmodum illas (prout M. D. Prioribus uidebitur ponere in diſcuſſione), & id quod obtẽptum fuerit in libro reformationum annotare, bullectas facere, de ſolutionibus factis creditoribus cõmunis, de mandato D. Priorum, & introitus, & exitus dicti Cõmunis, de omnibus pecuniis, rebus, ex quauis cauſa curam omnem habere, ut aliquis res poblicas minime occultare poſſit, & tandem obſeruare omnia ad quæ uirtute Statutorum, ſeu conſuetudinis hactenus obſeruatæ, ſeu capitulorum teneret & obligatus eſſet. ¶ Illum inſuper uolumus eſſe Iudicem appellationũ interponendaꝝ a' ſententiis quomodolibet latis, tam in ciuilibus ꝙ in criminalibus a' Poteſtate, ſeu quouis alio officiale dictæ Ciuitatis. ¶ Et etiam intelligatur eſſe Notarius conſeruatorum dicti Cõmunis, annotando eorum exitus, & introitus, & eorum libros, & ſententias ſcribere, & publicare, & facere librum Reformationum, & ubi occaſio uenent proficiſcatur Orator dicti Communis ſine aliquo ſalario. Verum tantum pecuniæ habere debeat pro expenſis, quantum pro ſe, famulo, & equo, & uectura dicti equi ſatis ſit. ¶ Et pro ſalario ei dari debeant floreni octo quolibet menſe. Et M. D. Priores teneantur eidem exhibere alimenta retinendo eum ad eorum menſam. ¶ Poſſit inſuper petere pro electione tranſmittenda Poteſtati florenos duos, & florenum unum pro qualibet electione Medici Chirurgici, ſeu Magiſtri humanarum litterarum, & nil aliud habere poſſit, ab aliquo occaſione ſuarum ſcripturarũ, in quibus uerſaretur intereſſe publicum, niſi tñ pro ſecundis ſcripturis, pro quibus mercedem petat, ſecundum taxam in Cancellaria ordinatam, tempore Ser Franciſci de Turre olim Cancellarii noſtri. ¶ Inſuper teneatur adeſſe omnibus reſponſionibus in Maleficiis, quæ fierent coram Poteſtate, & etiã teſtibus, ſeu ad offenſam, ſeu defenſam recipiendis, & ſi eſſet abſens officialis damnorum datorum ſuppleat eius locũ. ¶ Nil etiã poſſit recipere pro litteris quas ſcriberet ad beneficium alicuius Ciuis. ¶ Teneatur etiam reducere ad memoriam M. D. Prioribus omnia, & ſingula ſtatuta, & reformationes quæ obſtarẽt præpoſitis ab eis faciendis, & ad requiſitionem D. P. teneatur notificare conſanguineis, & affinibus uſqꝫ in tertium gradum, ut a' Conſiliis recedant, quando in eis tractatur de aliquo, de quo conſanguineus prætenderet quoquo modo intereſſe, ut ſupra in ſtatutis de facultatibus D. P. ordinatũ fuit. ¶ Et in introitu ſui officii iurare coram D. P. officium ſuum fideliter exercere, & omnia adimplere, ad quæ de iure & ex forma ſtatutorum, & reformationum, & capitulorũ teneretur, & obligatus eſſet, remotis ab eo prece, pretio timore, uel amore, ſeu quauis alia humana gratia, & officium per annum duret. ¶ Et ſi Conſilio Credentiæ uidebitur poſſit denuo prædictum Cancellariũ confirmare, dummodo anno quolibet de eius refirma fiat ſcrutinium, alias electio intelligatur ipſo iure expirata. ¶ Et ſi aliquando per Conſilium Credentiæ coutingat facere electionem ad beneplacitum, illud beneplacitum intelligatur quod per præfatum Conſilium poſſit durante

anno

anno electio annullari, elapſo uero anno beneplacitum uirtute præſentis Statuti, extinctum omnino intelligatur, quacunq; diſpoſitione in contrarium non obſtante. Et in fine officii teneatur reddere exactiſſimam rationē ſuæ adminiſtrationis, & officii, & oſtendere ꝙ ſui culpa, dolo, ſeu negligentia, durante eius officio Reſpub. nullatenus læſa fuit.

De officio Scindicatorum Poteſtatis, & aliorum officialium. **Rubrica. XVI.**

SAEpenumero officiales locorum Ciuitatumq; Rectores auaritiæ, intemperatæq; cupiditati ſeruientes, dum iuſtitiæ, æquitatiq; proponuntur, iniuſti, iniqui, alienorumq; bonorum ereptores efficiuntur. Vt igitur huic auaritiæ, & iniquitati prouideatur, & boni, iuſtiq; ſint omnes iudices, omnesq; noſtræ Ciuitatis officiales, ordinamus quod tempore confectionis noui Regiminis a' Reformatoribus eligantur plures Ciues, tam de numero Conſilii Credentiæ, quam etiam de numero Conſilii Generalis. Quorum nomina in cartula deſcribantur, uidelicet in qualibet unus de Conſilio Credentiæ, & alter de Conſilio Generali, & ponantur in quadam buſſula, & in quolibet ſemeſtri extrahatur, una ex dictis cartulis, & illi ſcindicare debeāt officiales, & cum eis etiam deſcribatur unus Notarius de dicta Ciuitate, qui ſe rogare poſſit de ſcripturis ad dictū ſcindicatum pertinentibus. ℭ Qui quidē homines habeant autoritatem inquirendi accuſationes & querelas, recipiēdi petitiones, ſeu libellos a' quibuſcūq; Ciuibus, ſeu habitatoribus Ciuitatis prædictæ, ſeu etiam forenſibus conquerentibus de prædictis officialibus in adminiſtratione eorum officii, ſeu de rebus habitis, & debitis contractis durante eorum officio, per ſe, ſeu eorum familiares. ℭ Quorum ſcindicatorum cōſultores in rebus dubiis ſint & eſſe debeāt Aduocati Communitatis illius anni. Et dictum ſcindicatum durare debeat per ſex dies hoc ordine, uidelicet ꝙ infra tres primos quilibet poſſit comparere ad porrigendum querelas, quibus elapſis nullus ulterius audiatur. In aliis tribus diebus expediantur omnes & ſinguli ꝓceſſus, quocūq; modo, uel cauſa, adeo quod ſexto die de ſero per dictos ſcindicatores abſoluantur, uel condemnentur, prout iuſtitia ſuadebit. ℭ Si uero infra tres dies nulla querela porrecta foret, quarta die abſoluantur, coram quibus Scindicatoribus officiales ſtare debeant, & petitionibus, & querelis reſpondere, eorumq; ſententiis, mandatis & præceptis parere, omni appellatione poſtpoſita. ℭ Super quibus quidem querelis præfati Scindicatores procedere, inquirere, illasq; terminare debeant, ſumarie, de plano, mera, ac ſola facti ueritate inſpecta, pro quibus officialibus nullus Ciuis de Regimine comparere, & pro eis fideiubere poſſit ℭ Qui Scindicatores, Notarius, & conſultores debeant pro quolibet habere pro eorum ſalario florenum unum, & non ultra.

ℭ *De electione Aduocati, & Scindici ad cauſas.* **Rubrica. XVII.**

NE iura huius Reipublicæ conculcentur diſponimus præſenti Statuto, ꝙ omnes Doctores, & Procuratores de Ciuitate, & Regimine, uidelicet, ꝙ ipſi, ſeu eorum parentes de numero Priorum, & ipſi ſint aggregati in Collegio Aduocatorum, & Procuratorum Curiæ generalis Prouinciæ Marchiæ debeāt imbuſſulari, & quolibet anno extrahi duo Doctores, uidelicet, unus ſenex, & alter iuuenis, & etiam extrahi unus Procurator, & hii intelligantur uirtute huius legis electi in Aduocatos & Scindicum, ad cauſas noſtræ Reipublicæ, qui omni ſtudio, & conatu tueri, & defendere iura Communitatis habeant, & ad requiſitionem M. D. Priorum conſulere, in his omnibus de quibus opportuerit eos habere conſilium. ℭ Qui nullatenus poſſint præſtare conſenſum alicui interlocutoriæ, quod tempora nō labantur in cauſis ab eis pertractandis in quauis curia, & coram quouis aſſeſſore extiterit, niſi accedente legitimo conſenſu, & expreſſa uoluntate M. Dominorum Priorum, & ſi ſecus factum fuerit in preiudicium dicti Communis nullius ſit roboris, & momenti, eorumq; officium per annum duret, & quo elapſo, alii ſimiliter exttrahantur. ℭ Cui Scindico ſic extracto, debeat a' Cancelario fieri mandatum in publicam, & autenticam formam, ſi opus eſſet eum oſtendere, ac ſi a' generali, ſeu Cre-

dentiæ conſilio electus fuiſſet, & libere in quacunq; Curia etiam generali Prouinciæ compa rere ualeat, in quacunq; cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, ſeu appellationum, ubi uerteretur interesse dicti Communis, illis autem ſingulis annis Priores perſolui ſalarium faciāt, prout eis & eorum cuilibet ordinatum fuerit.

De electione Scindici ad negocia. Rubrica. XVIII.

NAturale quippe uitium eſt, id quod communiter poſſidetur negligi, niſi aliquis occaſione officii, & præmii alliciatur, ad ſummendam publicarum rerum curam. Ideo uirtute huius noſtri Decreti decernimus, q; Priores quolibet anno proponere debeant in Conſilio Credentiæ de electione, quæ fieri neceſſe eſt generalis Scindici ad negocia, & in eo deputetur unus ex habitatoribus dictæ Ciuitatis, qui ſaltem ſit de numero Conſilii generalis legalis, diligens, & fidelis, illeq; ſic electus, & per ſuffragia duarum partium ex tribus dicti Conſilii approbatus, ſollertem curam adhibere teneatur, ne bona, poſſeſſiones, & iuriſdictiones, ac iura, & quæcunq; res ad publicum ſpectantia ab aliquo occupentur, & occupata recuperare totis uiribus ſtuedat, tam ratione poſſeſſionis, quam proprietatis, de conſuetudine, ſeu de iure, ne pontes, fontes, uiæ publicæ corruant, molendinumq; ſæpe reſpicere, ne negligentia damnum patiatur, & omnia alia quæ ſibi iniunctum fuerit a' M. Dominis Prioribus executioni demandare. Nil tamen poſſit diſponere, emēdo, uendēdo, locādo, ſeu cōducendo, de bonis mobilibus, ſeu immobilibus, ſine licentia Magnificorum Dominorum Priorum, ſeu Conſilii Credentiæ, prout materiæ expoſtularet magnitudo & grauitas intelligatur habere, & ex nunc dictus Scindicus habeat in omnibus rebus gerendis ad utilitatem dicti Cōmunis, plenum, liberum, & generale mandatum, cum plena, & libera adminiſtratione, pro quo Commune totum ex nunc fideiuſſiſſe intelligatur, in omnem cauſam caſum, & euentum, nec non approbaſſe, & ratificaſſe firma, & rata habere, promiſiſſe omnia per eum gerenda, & exercenda. Idemq; ſic electus in manibus D. P. iurabit & cautionem idoneam præſtabit omnia ſe acturum, & exequuturum diligenter, ſine fraude, & bona fide, & nil facere ad ſuam ſimplicem uoluntatem, aut reſpectu ſui proprii lucri, uel damni, ſed pro bono Communis tantum, bonaq; omnia Communis conſeruabit, & in fine officii integraliter reſtituet per inuentarium manu Cancellarii, ipſiusq; ſalarium eſſe debeat pro labore, ut a' Conſilio Credentiæ ex qualitate temporum fuerit ei ordinatum.

De electione Camerariorum, ſeu Conſeruatorum. Rubrica. XIX.

HAc noſtra municipali lege decerbimus, ad hoc, ut bona ad Rempublicam ſpectantia, bene, & fideliter diſpenſentur, q; eligantur illi Ciues, qui ſunt de Conſilio generali, nōdum tamen ad officium Prioratus uocati fuere. Quorum nomina annotentur in parua cartha, uidelicet, bini, bini, & imbuſſulentur, & eodem die quo Priores extrahuntur, pariter & ipſi extrahantur, & officium eorum duret duobus menſibus, ad quorum manus omnes introitus noſtri Communis peruenire debeant, & eorum Notarius ſit Cancelarius pro tempore, qui ſcribat, & ſcribere obligatus ſit omnes, & ſingulos introitus, & exitus noſtræ Ciuitatis, & in publicam formam redigat, abſq; pretio & mercede. De pecunia autem ad eorum manus per uenta nullam ſolutionem facere poſſint, niſi eis mandatum fuerit per bullectinum ſigillatum ſigillo publico, & in eo non fuerit appoſita manus unius ex Prioribus, & in fine cuiuſlibet mēſis mandato Priorum, qui erunt pro tempore faciat legere in Conſilio Credentiæ introitus, & exitus dicti Camerarii per præfatum Cancelarium eius notarium, quæ expenſæ debeant approbari, uel reprobari per præfatos Dominos Priores, & Conſilium Credentiæ. Nec non teneantur facere inuentarium de omnibus, & ſingulis Maſſantiis & rebus exiſtentibus in Palatiis, tam M Dominorum Priorum, quam Poteſtatis. Quas ſi contigerit aliquibus conſignari, aſſignet cum inuentario, & rogatione dicti Notarii, & in fine dicti officii faciat reconſigna

re,

re, & ſi aliquid deerit, utatur diligentia, ꝙ officialis de ſuo proprio reſtauret. ſub pœna .xxv. librarum, ei de facto auferenda. ¶ Finito autem officio teneatur præſentare eorum librum, introitus & exitus Dominis Prioribus, qui facto diligenti calculo, eos abſoluant, uel condemnent, ſecũdum ꝙ inuenerint, uel eis cõuenire uidebitur, pœna decem librarum, pro quolibet. ¶ Volumus inſuper ꝙ unus eorum, ſaltem bis in die, ſe præſentet coram M.D.P. & plus ſi fuerint requiſiti, & omnes pecuniæ deuenire debeant ad manus eorum, exceptis ſalariis M.D.P. Cancelarii, & famulorum, & aliorum ſalariatorum Communis. Quæ ſalaria ſoluantur prout hactenus fuit conſuetum, eorumq; ſalarium pro dicto bimeſtri, ſint floreni duo, pro quolibet, ad quę omnia obſeruanda uinculo iuramenti ſe pariter ligent.

¶ *De electione officialis damnorum datorum Gabellarum, Pontium, Viarum, & Fontium.* *Rubrica.* XX.

SAEpenumero in hac Ciuitate, rixæ, diſſenſiones ortæ ſunt, ob id ꝙ aliqui temere audent aliorum agros, uineas, prata, ingredi, damnaq; inferre perſonaliter, ſeu cum animalibus in uilipendium, & iacturam Dominorum. ¶ Volentes igitur eorum comprimere audaciam, hac noſtra ordinatione decernimus, ꝙ in Conſilio Credentiæ, ſeu generali deputetur unus fidelis Notarius timoratæ conſcientiæ, ſiue forenſis, ſiue de Ciuitate, prout ciuibus magis expedire uidebitur, cui liceat alios officiales nominare, dummodo tamen approbentur á Conſilio generali, ſeu Credentiæ, cum ſalario, ſeu ſine, & per uiam uenditionis, prout á Conſilio determinatum fuerit. ¶ Hiiq; autoritatem habeant diligentiſſime perquirere inferentes damnum, ſiue de die, ſiue de nocte, condemnandi, pœnas exigendi, & omnia alia faciendi, ſecundum formam ſtatutorum, & reformationum etiam in poſterum edendarum, & etiam perquirendi fraudes Gabellarum, illorumque curæ ſit, ne Pontes, Fontes, Viæ, tam intus quam extra Ciuitatem diruantur, ſed ad illorum conſeruationem præpoſiti intelligantur, quibuſcunq; non obſtantibus.

¶ *De electione Pennoneriorum, & eorum officio.* *Rubrica.* XXI.

VT paci, & quieti conſulatur, hac ſalubri lege diſponimus, quod á generali Conſilio eligantur, & eligi debeant nouem optimi fideles Ciues, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deuotiſſimi Pennonerii, ſeu conſeruatores pennoneriorum Duo uidelicet de quarterio Sancti Iuliani. Duo de quarterio Sanctæ Mariæ. Duo de quarterio Sancti Ioannis. Et tres de quarterio Sancti Saluatoris, & eorum cuilibet deputentur. xxv. homines, qui eos in omni turbatione Ciuitatis ſequi teneantur, ad reprimendum audaciam illorum qui pacem, & quietem noſtræ Reipublicæ, quouis modo perturbare tentarent, & eorum officium ſit, ꝙ orto rumore, (á quo Deus, eius immenſa bonitate nos ſemper liberet) unus eorum de quolibet quarterio currat in plateam Communis, alter uero ad defenſionem portæ ſui quarterii, quilibet cum ſua cohorte bene armata, & omni cura & diligentia tueri, ne Reſpublica cõculcetur. Eorum officium duret quantum uiſum fuerit Conſilio, & finito tempore, Noui de buſſula extrahantur more hactenus conſueto.

¶ *De electione* Notariorum *ſuper cataſtis.* *Rubrica.* XXII.

AD obuiãdum fraudibus in exactione libræ, & collectarum, quæ ex qualitate temporum ob principum neceſſitates imponi contigerint, & ne quis pro alio indebite onera ſubire cogatur, diſponimus, ut in confectione noui Regiminis omnes Notarii, qui ſint de Regimine, ſiue filii Decurionum, uel fratres deſcribi debeant in parua cartula, bini, bini, & reponantur dictæ Cædulæ in buſſulo, ex quo quolibet anno una extrahatur, illisq; cataſtum aſſignetur. Quorum officium ſit deſcribere & abolere poſſeſſiones, ut ſibi á partibus ordinatum eſſet, officiũq;

per annum duret, & pro eorum mercede conſequi poſſint, a' qualibet parte, pro prima partita unum bolenenum, ſi plures fuerint habere debeant duodecim den. pro qualibet partita, uſq; ad unum Anchonitanum, quam quantitatem ſolum exigere poſſint, etiam ſi totum appretium unius amoueretur. ¶ Et ſi in dicto catasto alius manum apponeret, pœnam decem librarum uice qualibet incurrat, & id quod ſcriptum eſſet, ſit irritum & inane. ¶ Volumus tamen q; prædicti Notarii in fine ſcripturæ, quãdo aliquid aboleretur uel deſcriberetur alteri teneantur nomen ipſorum ſcribere, ſub pœna. xl. ſolidorum, pro qualibet partita;

¶ De electione Notariorum Iudicis appellationum. Rubrica. XXIII.

EVndem ordinem ſequandum eſſe ſancimus in deputatione Notariorum Iudicis appellationum, ut in præcedenti ſtatuto ordinatum reperitur, eorumq; officium ſex menſibus duret, & pro eorum ſcripturis mercedem recipere poſſint, ut per ſtatuta diſpoſitum eſt, & ubi ſtatuta non loquerentur, ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam, exceptis cauſis communis de quibus nullam penitus mercedẽ petere poſſint, niſi M. D. Priores ob nimium laborem aliquid exhibere uoluerint, quocunq; contrario non obſtante.

¶ De electione Cultoris, & eius officio. Rubrica. XXIIII.

STatuimus, & ordinamus, q; ad exigendum onera, & collectas, quæ quotidie ſubire compellimur, deputetur unus legalis Notarius, qui ſit Ciuis de Regimine, qui omni cura, & diligẽtia exigere debeat omnia onera, tam realia, quam mixta, & perſonis pro rebus impoſita, & imponenda, ex quauis cauſa, & occaſione, ſiue per Principem, ſeu alium eius nomine, ſiue per Communitatem, & illa ſic exacta diſpenſentur in illam cauſam, ex qua impoſita fuere, eiuſq; officium duret per annum, cum eo ſalario, prout cum eo conuentum fuerit. ¶ Illeq; electus & deputatus teneatur conficere librum, in quo notentur nomina omnium ſoluere debentium, onera prædicta, & collectas, & cuilibet ſoluenti, facere apocham de ſolutis, ut hactenus fuit ſeruatum ſine ulla mercede, & ne dum in fine temporis, ſed quotiens a' M. D. P. fuerit requiſitus teneatur reddere rationem. ¶ Etſi fraudem committet non aſſignando illum, a' quo pecuniam recepit, pœnam. xxv. librarum, pro quolibet omiſſo, & uice qualibet ſoluere de facto compellatur.

¶ De Capſa Prioratus Regiminis, & officiorum retinenda in Cancellaria. Rubrica. XXV.

HAc lege decernimus Capſettam Prioratus Regiminis officiorum Ciuitatis Maceratæ ſtare, & conſeruari in Cancellaria, in alia capſa, quæ claudatur quatuor clauibus, diſpenſandi & retinendi per Ciues, prout eſt de more, ſi aliter per reformatores non fuerit ſancitum.

¶ De pœna extrahentium librum Reformationum de Cancellaria Ciuitatis. Rubrica. XXVI.

VT hominum malignitati obuietur, qui perpendentes aliquid reformatum in publicis Conſiliis, huius Ciuitatis eis eſſe nocumento quererent, Reformationum librum illumq; occultarent, uel aliquid in eo delerent, ſeu laniarent. ¶ Ex ſtatuto ordinamus, nulli licere librum prædictum extrahere, nec quouis modo amouere a' Cancellaria Palatii M. Dominorũ Priorum, ſine licentia expreſſa præfatorum M. D. P. non concedenda abſq; legitima cauſa, ſub pœna. x. lib. deñ. Cameræ dicti Communis applicanda, & pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet incurrenda, & incontinenti contrauenies de mandato M. D. P. annotetur in

libro

libro rubeo debitorum dicti Communis pro debitore Communis.

¶ *De recuſantibus Officia Communis.* Rubrica. XXVII.

EXpedit, ut Reſpublica, a' prudentibus uiris gubernetur, & ideo congruum eſt, ut Patritii etiam inuiti ad aſſumendos honores, & officia publica compelli poſſint. Propterea hac perpetua lege ſancimus, q cum aliquis Ciuis electus, ſeu ſorte extractus ad aliquod officium, illud exercere recuſauerit, nec tempore debito cum Collegis aſſumpſerit, ipſo iure uti ingratus cenſeatur priuatus omnibus & ſingulis emolumẽtis, dignitatibus, & honoribus dicti Communis. Et incidat in pœnam. xl. ducat. auri, applicanda pro parte Cameræ Communis, pro alia Mõti Pietatis, & in poſterũ amplius ad exercenda dicta officia non admittatur, ſine expreſſa licentia Conſilii Credentiæ, exceptis cauſis infirmitatis, & abſentiæ legitime, non affectate, ad cuiuſdam diſpoſitionem huius noſtri ſtatuti.

¶ *Quòd abſentes, & non poſſidentes in Ciuitate, publicis dignitatibus Reipub. minime gaudeant.* Rubrica. XXVIII.

NIhil tam decens eſt, q̃ ut honores apud eos ſint, penes quos onera reperiunt. idcirco hac noſtra inuiolabili lege ſancimus, ut illi qui licet ex hac noſtra Ciuitate originẽ traxerint, nihilominus proprios lares deferentes alio incolatum contraxerunt, uel eorum ſeu parẽtum incuria bona dilapidarunt, adeo q ualorem. 500. florenorum non poſſident nullatenus ad honores, dignitates, & officia, ad Regimen Reipub. pertinentia, quoquo pacto a' Reformatoribus admitti poſſint, niſi aliter a' Conſilio Credentiæ diſpoſitum fuerit. Et ſi contra huius noſtræ legis tenorem facere pſumpſerint, omnia geſta irrita, & inania ſint, & ipſi Reformatores pœnam decem librarum, pro quolibet incurrant, ab eis de facto exigendam quibuſcunq; in contrarium non obſtantibus.

¶ *De debitoribus communis, ſeu litem cum eo habentibus non admittendis ad officia, et dignitates, niſi liti ceſſerint, & actualiter perſoluerint.* Rubrica. XXIX.

QVoniam ſæpe euenit, q Decuriones Rempublicam pecuniariam adminiſtrant, vectigalia emunt, & poſtmodum cauillationibus, & ſubterfugiis ſolutiones differũt, & alii aliquando ratione cognationis, & alii humanis reſpectibus Rempublicam indefenſam relinquunt, uolentes huic morbo debitam adhibere medelam, præſenti noſtro decreto ordinamus, q ſi aliquis de numero Priorum, ſeu de eius familia, cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, haberet litem cum Communitate, uel eſſet debitor clarus, etiam pro ſolutione pedagiorum, quæ prius perſoluere recuſaſſet ſub pretextu priuilegiorum, & qui extraheretur ad officium Prioratus, Priores in officio exiſtentes, ei iuramentum nullatenus deferãt, niſi facta ceſſione litis, & actuali ſolutione in manibus Camerarii Communis, de omni eo quod Communitas pretenderet, & ſi detulerint incidant in pœnam. xxv. ducat. auri Cameræ Communis applicandorum, pro quolibet quibuſcunq; non obſtantibus.

¶ *De vociferantibus in Conſiliis, & verbis vel facto impedimentibus Conſultores vel illos iniuria, quomodolibet verbis, vel facto afficientibus, vel ſuaſionibus, ſeu ſignis inducentibus ad danda ſuffragia magis in vno loco quam in alio.* Rubrica. XXX.

NVlli protinus dubium eſt, iram omnem animi bonum affectum impedire. & inde plurima mala naſci, & propterea prorſus ab ea Rempublicam adminiſtrantes uacui eſſe debent, &

ad conſilia proficiſcētes animum liberum ab omni humana paſſione habere, & omne ſtudiũ ponere, ut recte publicæ res agantur, ideo patienter omnes audire debent, & quod obtentum fuerit canonice id ſuæ opinioni proponere. Sed quia aliqui tantæ ſunt temeritatis, qui omnia ſuo nutu geri deſiderant, & aliorum cōſilia ſpernunt, & ſi aliter fit, alios iniuria efficiũt. ¶ Volentes igitur eorum audaciam compeſcere, decernimus q̃ ſi aliquis uociferare in conſiliis prædictis auſus fuerit, etiam q̃ neminem offendat, uolumus incurrere in pœnam. x. librarum. ſi uero ob eius uociferationem, ſeu aliter uerbis, uel facto conſultores impediuerit, uolumus in pœnam. xx. librarum incurrere. ¶ Et ſi tantæ fuerit temeritatis, q̃ uerba iniurioſa protulerit, ſeu inſultum facere tētauerit in aliquem ex cōſiliariis, eo caſu incurrat pœnam. xxx. librarum. ¶ Si uero percuſſerit manu uacua, ſiue cum armis, ſine ſanguine, in lib. 50. Et intelligatur priuatus ab omni officio, per annos quinque. ¶ Si uero cum ſanguine, tripliciter pœna ſtatuaria, & ulterius ſit in perpetuum priuatus ab omni officio. ¶ Illos uero qui ſuaſionibus, ſeu ſignis, uel alio modo induxerint aliquem ex Conſiliariis illis ad reddendum uotum, ſeu immittendum fabas, magis in uno loco q̃ in alio, pœnam. x. librarũ, incurrere declaramus. ¶ Quas pœnas ſine aliqua diminutione exigendas eſſe uolumus, non obſtante ſtatuto, de admittendis beneficiis, quod hoc caſu ſibi locum uendicare nolumus, & eos unicuiq; tanquam iniuria illata Reipublicæ accuſare liceat, & accuſator quartam partem lucretur. ¶ Et ſi officialis fuerit negligens in exigendo eandem pœnam, incurrat retinendam de eius ſalario. In quibus caſibus de facto procedatur ſummarie, & abſq; aliquo proceſſu, cognita ſolum ueritate, exceptionibus, & appellationibus friuolis non obſtantibus. ¶ Et nihilominus dictis pœnis præfixis, & determinatis non obſtantibus, liceat iuxta qualitates caſuum Conſilio Credentiæ prefatas omnes, & ſingulas pœnas augere, prout magis opportunum uidebitur.

¶ *De Ciuibus exiſtentibus in Conſilijs ſupradictis, & inde recedentibus nondum completis, & venire vocati recuſantibus.* Rubrica. XXXI.

VT Ciues modeſtia, dum conſilia ſupradicta congregantur (ut expedit) utantur. hac noſtra ſanctione decernimus, nemini licere preſumptuoſe, & irreuerenter conſilio nondum reſoluto recedere, ſine expreſſa licentia M. Dominorum Priorum, & Poteſtatis, ſub pœna. xl. ſolidorum, quæ duplicetur ſi ei inhibitum fuiſſet, ne recederet, & nihilominus in cōtemptum abire uoluerit. ¶ Qui uero impedimento fuerit, ne Conſilium congregetur, pœna. xx. librarum teneatur ſine aliqua diminutione. ¶ Si uero aliquis pro rebus publicis de mandato Dominorum Priorum uocatus fuerit, & perſonaliter apprehenſus & parere renuerit, eandem pœnam xl. ſolidorum incurrat, de facto ab eo exigendam, declarantes famulis atteſtantibus cum iuramento perſonaliter eum apprehendiſſe & citaſſe, plenam fidem dandam uirtute preſentis legis, quibuſcunq; non obſtantibus.

¶ *De forma tenenda à porrigentibus preces in dictis Conſilijs à* M. D. P. & *Cancellario.* Rubrica. XXXII.

NE fauore priuatorum aliquando iura Ciuitatis noſtræ lædantur, & ut conſultationes liberæ ſint. preſenti ſtatuto ordinamus, M. D. Priores, non poſſe ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ proponere, in dictis Conſiliis, preces pro aliqua gratia obtinenda, ne dum in Criminali, uerumetiam in Ciuili, ſiue in eis uertatur intereſſe publicum, ſeu priuatum, niſi dictæ preces porrectæ fuerint in ſcriptis, in Conſilio Credentiæ, & niſi prius fuerit obtēta pax ab offenſis, de qua debeat fieri fides in dictis precibus, & niſi ſoluto uno boleneno pro quolibet floreno condemnationis Monti Pietatis, de qua pariter in dictis precibus exhiberi debeat fides, & priuſquam legantur M. D. P. mediante Cancellario teneantur licentiare principales ſi ibidem præſentes ſint, ac omnes attinentes, uſq; in tertium gradum, oratorum etiam ex latere

tere

tere uxoris, ſub pœna .xxv. librarum, & licet illi qui remanſerint non facerent numerum per-fectum, tamen iſto caſu pro perfecto habeatur. ¶ Et ſi habentes intereſſe moniti parere no-luerint, eadem pœna, a' quolibet monito incurratur. ¶ Præces uero ſiue in ciuili ſiue in crimi-nali ab aliquo nullo modo proponi poſſint niſi a' tergo, apparuerit fides officialis Montis Pie tatis, oratores ſoluiſſe bolenenos duos, pro qualibet ſupplicatione, exceptis ubi a' locis piis, ſeu miſerabilibus perſonis porrigerentur, pro elemoſinis, ſeu ex alia cauſa Ciuili, & inſuper in cauſa criminali, niſi fuerit ab Oratore ſolutus, dicto officiali bolenenus unus, pro quolibet floreno, pœnæ quæ ueniret imponenda, ſiue fuiſſet condemnatus, ſiue non. ¶ Et etiam com-prehendantur pœnæ extraordinariorum, & conuentionales, & ex quacunque alia cauſa, & ſi ſe cus factum fuerit, omnis gratia obtenta ſit nullius roboris, & momenti, & Priores, ut ſupra di ctam pœnam incurrant, quibuſcunque non obſtantibus.

¶ *Quòd non poſſit peti compoſitio ſuper maleficio.* Rubrica. XXXIII.

VT delicta impunita minime remaneant, & fauore delinquentes alliciantur ad ſcelera per tractanda, hoc noſtro Statuto diſponimus D. P. nec alicui officiali noſtræ Ciuitatis non licere proponere, nec proponi facere in aliquo Conſilio generali, ſeu Credentiæ præces ali-cuius condemnati, pro Maleficio durante tempore Prætoris, a' quo lata fuiſſet ſententia con-demnatoria, ſeu maleficium eſſet commiſſum, uel donec de eo damnatus non eſſet, & ſi ſecus factum foret, gratia omnis obtenta ſit nullius roboris, & momenti, & quilibet ex Prioribus proponentibus, & Cancelarius mulctari debeant eadem pœna, qua delinquens teneretur, quibuſcunque non obſtantibus.

¶ *Quòd præces ſuper exemptione ab oneribus, bis in Anno pro-poni poſſint.* Rubrica. XXXIIII.

HOc noſtro Statuto decernimus, quod præces quæ porriguntur ab his qui uellent de one-ribus quæ ſubeunt, ſiue fumantiæ, ſiue chataſtorum, aut ſalarii Poteſtatis, uel cuſtodum portarum, uel ex quauis alia cauſa eximi, in totum, uel in partem, admicti non poſſint, nec recipi in Conſilio Credentiæ, ſeu Generali, niſi bis in Anno, uidelicet, de menſe Maii, & Decembris, ſub pœna, decem librarum, pro quolibet ex Prioribus, & Conſiliariorum conſen tientium ſuper dictis præcibus. ¶ Et ſi tempore congruo ſemel propoſitæ fuerint, & reiiectæ, non poſſint ulterius proponi, niſi elapſo anno. Et ſi ſecus factum fuerit pro infecto habeatur, & nullius ſit roboris & momenti.

¶ *De Pœna opponentis contra Iura Communis.* Rubrica. XXXV.

NAtura nos aprime impellit, ut patriam cæteris anteponamus, publicamque utilitatem pri uatæ præferamus. His igitur rationibus, præſenti Decreto ordinamus, quod nullus Ci-uis, & incola huius noſtræ Ciuitatis preſumat publice, uel occulte, directe, uel indirecte, quo uis quæſito colore, per ſe, uel alium cum ſcriptura, uel ſine, opponere excipere, uel allegare, contra Priuilegia, indulta, gratias, & beneficia noſtræ Reipublicæ conceſſa a' Summis Pon-tificibus, ſeu Legatis, ſeu aliis Officialibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. ¶ Et quod ſtatuta, & Reformationes, uel aliquod eorum capitulum, in iudicio, uel extra, inualida eſſe firmiter aſſe rere, & quauis occaſione ratione priuatæ, utilitatis publicam lædere preſumpſerit, quomodo-cunque, uel qualitercunque priuatus, ipſo iure ſit, & eſſe intelligatur omnibus bonis, & benefi-ciis, honoribus, & dignitatibus, ab ipſa Republica quomodolibet prouenientibus, & relege tur per Annos decem, & libras centum, de facto ſoluat. Reſeruata ſemper uoluntate S. D. N. Papæ, ac Rectoris prouinciæ.

IN DEI NOMINE

LEGVM MVNICIPALIVM CIVITATIS MACERATAE LIBER SECVNDVS, FOELICITER INCIPIT.

Eſt liber hic Ioannis petri fidelis.

PRAEFATIO.

SVPERIORI Libro de Magiſtratibus Rempublicam gubernantibus & quibus omnis Poteſtas a' populo tributa fuit, & quibus omnis facultas conceſſa ius unicuiq; ſuum reddere, & ut omni ſtudio, & diligentia curarent, ne humiliores a' potentioribus opprimerentur. Modo congruum eſſe uidetur, decernere de modo, forma, & ordine, quas Rectores ſeruare debeant, in adminiſtrando iuſtitiam, ne dum Ciuibus, & incolis, ac habitatoribus, uerũetiam forenſibus, qui ex aliquo capite ad eos qui præſunt, recurrere compelluntur. Et primo præſenti lege ordinamus, huius noſtræ Ciuitatis Prætorem, cui omnis iuriſdictio conceſſa eſt, decidendi oẽs & ſingulas cauſas, lites, & quæſtiones, quæ ex quauis cauſa oriri poſſent inter habitatores huius Ciuitatis ſubiectos, ſeu forenſes, qui ratione contractus, ſeu quaſi iuriſdictioni ſe ſubiacerent, bonorum quæ haberẽt, ſeu quouis titulo, uel colore teneret in Ciuitate, uel territorio, dummodo citentur, more forenſium, ut infra ſub Rubrica de Citationibus, hora ſolita, quolibet die non feriato, pulſata Campana, teneri & obligatum eſſe, ſe conferre ad locum deputatum ad ius reddendum, & ibidem per duas horas ſedere, & lites audire, & ſeruatis ſeruandis, pro ut ſibi iuri conſonum eſſe uidebitur, finem imponere, omniaq; in ſcriptis redigere curet, a' Notario actuario per cõmune ſpecialiter deputato, & ſi negligens fuerit, incidat in pœnam .xl. ſolid. qualibet uice, & teneatur ad intereſſe Notario præfato, quibuſcunq; non obſtantibus.

De modo procedendi in cauſis Ciuilibus non excedentibus ſummam Centum ſolidorum. Rubrica. I.

AEQVVM eſſe uidetur, ut cauſæ Ciuiles, non excedentes ſummam centum ſolidorum, regia manu ſummariæ, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſine libello, litis conteſtatione, iuramento de calũnia, & aliis ſolemnitatibus, & ordinibus iudiciorum, a' Prætore expediantur, præ uia citatione, & ſi reus contumax fuerit, poſſit iudex per iuramentum actori deferendũ, dũmodo habeat ſemiplenam probationẽ, decidere. Et in dictis cauſis, ſi aliqua pars detulerit, alteri parti iuramentum, teneatur ad ſimplicem & ſolam petitionem unius partis, altera pars iurare, uel deferre. Et ille cui defertur, nõ poſſit recuſare, alias in quolibet caſuum prædictorum, iurare recuſans fingatur habere malam cauſam, & cadat in totũ a' cauſa. Sotius uero miles ſummarie, ut ſupra cognoſcere poſſit uſq; ad ſolidos decem, aliquo non obſtante. ❡ Et ſi ab aduerſario liquide demõſtrabitur deieraſſe infra octo dies, a' die delati iuramenti, teneatur periurus in duplum quãtitatis petitæ, ipſi parti, & incurrat pœnam cẽtum ſolidorum, quam ſi non ſoluerit infra decem dies, fuſtigetur per

plateam Ciuitatis,& ei,ut infami,fides amplius non detur ℭ Declarantes in cauſis non exce dentibus decem ſolidos,debere credi actori cum eius iuramento. ℭ Vſq; uero ad xxx. libras una cum iuramento, concurrat dictum unius teſtis,abinde uero ſupra,requirantur duo teſtes, omni exceptione maiores.

ℭ *De citationibus in cauſis Ciuilibus.* Rubrica. II.

Citationem a' iure naturæ introductam,nullo pacto omitti poſſe,ordinamus, in quouis iu dicio etiam ſummario,& ut reus comparere tempore debito ualeat,uolumus quod citatio fiat una die pro altera,immediate ſequenti,ſi fuerit iuridica,ſinautem fiat pro die iuridica, nõ enim conuenit q͂ quis citetur die feriata,ut ad iudicium eat,die non feriata. Et uolumus bayu lum in citatione teneri exprimere cauſam citationis,decernentes omnes citationes factas per bayulos a' noſtra Repub.electos, eſſe ualidas, etiam q͂ aliqua commiſſio iudicis non præce dat,ac ſi commiſſio ſibi facta fuiſſet,ad petitionem illius cuius intereſt,quod nedum procedat in Ciuilibus,uerũetiam in criminalibus,dummodo citans aliquem ad ſe excuſandum in cau ſa criminali,id faciat coram duobus teſtibus fidedignis,& bayulus teneatur referre ſe illum ci taſſe tali die,coram talibus & talibus teſtibus,huiuſmodiq; citationes fieri debeãt ad domum citati,ſi eum perſonaliter non inuenerit. ℭ Addito tamen q͂ ille qui domi citatus extitit, con tumax declarari nequeat,niſi bis diuerſis diebus uocatus eſſet, & ibidem aliquis inhabitaret, adeo q͂ de facili ad eius notitiam deuenire poſſet. ℭ Si uero in domo nullus habitaret,& uocã dus in ciuitate uel territorio, moram haberet, tunc eum perſonaliter uocandum eſſe omnino decernimus,ne dolo & fraude aduerſarii quis contumax reputetur,dummodo tamen reus qui uocari deberet,fraudulẽter nõ latitaret. Si uero in ciuitate uel territorio nõ permaneret,nedũ domi hoc caſu citandum fore uolumus,ſed etiam more forenſium ad ualuas palatii,& in ho ſpitiis publicis, niſi in domo propria familiam retineret. ℭ Forenſes uero ubi in aliquo caſu uocari deberent,in eo uidelicet,in quo de iure communi iuriſdictioni noſtri Prætoris ſubiice rẽtur, tam in Ciuilibus quam in criminalibus,uolumus citari,per ædicta ad ualuas palatii, tã Poteſtatis,q͂ etiam Dominorum Priorum affigenda,quæ ſic affixa per tres dies permaneãt,& quolibet die alta uoce a' bayulo,hora iuris,ad ualuas prædictas palatii D.Poteſtatis uocẽtur. Et hoc ordine non ſeruato,minime uocatus ad ius intelligatur.

ℭ *Quod in cauſis Ciuilibus a' quinquaginta librarum, citra procedatur ſummarie, Et a' decem lib.citra,decidantur extra banchum.* Rubrica. III.

Item ad remouendum omnem litigiorum materiam inter Ciues, & habitatores, ordinamus quod Poteſtas,ſeu eius Collateralis,in omnibus cauſis ciuilibus,& mixtis damnorum dato rum,& Gabellarum uertentibus,& quæ uerti poſſent coram eis,&dicto officiali gabellarũ,& damnorum datorum, uel altero eorum,habeant autoritatem,(ſi nõ excedũt quinquaginta li bras)audiendi,cognoſcendi,& terminandi,ſummarie,ſimpliciter,& de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicii quibuſcunq; ſollẽnitatibus,& ſubſtantialitatibus iuris, & ſtatutis omiſſis, etiam extra iudicialiter, ſi ſibi uidebitur, dummodo de ueritate legitime conſtet , factis tamen dua bus citationibus(ſi excederet decem libras,ſi non excederet,una citatio ſufficiat)& capita ſoli dorum ſoluantur,more ſolito,& acta ſemper redigantur in ſcriptis per Notarium Ciuilium. ℭ Et quod nullus litigantium (ſi fuerit in Ciuitate) poſſit conducere in cauſis prædictis pro curatorem, ſeu Aduocatum,uel defenſorem,ſub pœna decem librarum, pro quolibet contra faciente,& qualibet uice,& nihilominus proceſſus factus,per Procuratorem, pro parte com parentis, ſit ipſo iure,nullus & in expenſis condemnetur, dũmodo cauſam non haberet cum aliquo Doctore, Legiſta, Procuratore ,ſeu notario ℭ Nec procedat in pupillis, hoſpitalibus, collegiis,ſcindicis eccleſiarum,conuentuum,uniuerſitatis,& aliis quibuſcunq;,qui non poſſent comparere,propter honeſtatem,& illis quibus data eſſet licentia a' D. P, Addentes Poteſta tem poſſe

tem poſſe cognoſcere ſummarie, ſine figura iudicii, extraiudicialiter, & ſola facti ueritate inſpecta, extra banchum, in camera aduocatis ad ſe partibus, remotis procuratoribus, & aliis quibuſcunque interceſſoribus, lites & differentias a decem lib. infra, & illas ſecundum ueritatem terminandi, cum ſcriptura & ſine, procedendo de facto, & de iure terminãdo, ac etiam exequendo realiter, & perſonaliter ad ſui libitum, feriis, & aliis quibuſcunque in contrarium non obſtantibus. Et ſi redigi uoluerit in ſcriptis, de omnibus committatur Notario Ciuilium, Et ſi Poteſtas requiſitus ab aliqua partium pro obſeruatione dictæ reformationis fuerit negligens, in una, uel duabus audientiis cauſas prædictas expedire, incidat in pœnam decem librarum, pro qualibet cauſa, applicanda communi dictæ Ciuitatis, & retinenda de ſuo ſalario, in fine officii.

¶ De Libelli oblatione. Rubrica. IIII.

HAC noſtra lege perpetuo ualitura, decernimus, quod orta lite, & quæſtione in re, excedente ſummam centum ſolidorum, actor uocata parte ad iudicium, libellum offerat, & expenſis actoris, copiam det Reo, uel ſuo Procuratori, & per Prætorem ei aſſignetur terminus duorum dierum, ad deliberate reſpondendum, & ſi reſponderit, & litem conteſtare uoluerit, ad ulteriora, prout iuris fuerit procedat, ſi uero durante dicto termino nihil exceperit, nec aliquid in iudicio dixerit, lis pro conteſtata habeatur, ac ſi pars per negationem, legitimam conteſtationem feciſſet. Reſeruatis tamen utrique parti, omnibus & ſingulis exceptionibus, impedientibus, & non impedientibus litis conteſtationem, & quocunque tempore proponendis. Quæ omnia reſeruentur diſcutienda tempore debito, ferendæ ſententiæ. ¶ Secuta tamẽ litis cõteſtatione legitime facta, uel quæ pro facta habetur, uolumus quod Prætor utrique parti ſtatuat terminum pro primo, ſecundo, & tertio, & peremptorio quindecim dierum currentium ad probandum, per omne genus probationum, & ad producendum inſtrumenta publica, ſeu Apochas, & omnia alia iura ad cauſam quomodolibet facientia, ſiue iuratum, ſeu non iuratum fuerit de calumnia. Et durante dicto termino, ſit in poteſtate ambarum partium facere poſitiones, & habita diligenti diſcuſſione, ab Aduocatis coram iudice, an ſit reſpondendum, quatenus reſpondendum ſit, partes ipſe reſpondere teneantur, niſi conditio perſonæ excuſet, uel alia iuridica. ¶ Succeſſiue ſi contingat teſtes examinari uel non publicetur proceſſus, ita tamen quod quando contigerit ſuper poſitionibus negatis, uel articulis examinari debere, Aduerſarius habeat terminum unius diei, uel duorum ad plus, arbitrio iudicis ad producendum interrogatoria. Qui terminus currat ab hora datæ, uel oblatæ copiæ, petitionis articulorum, ſeu poſitionum reproductarum in uim capitulorum. Et dato termino ad reprobandum dicta, & opponendum arbitrio iudicis, contra perſonas quo elapſo, aſſignentur quinque alii dies ad allegandum in iure, & demum cauſa per diffinitiuam ſententiam terminetur iuxta iuris diſpoſitionem. ¶ Si uero pars in ius uocata, & contra quam libellus offertur, ſeu querela, non uenerit, aut legitime comparuerit per Procuratorem, facta legitima citatione, modo & forma, de qua in præcedenti ſtatuto in banno ponatur ad inſtantiam actoris pro quantitate petita, & aſſignentur duo dies iterum ad comparendum, quibus elapſis, nec minus comparente, pronuncietur ex nunc, prout ex tunc, pro uero & legitimo contumace, & procedatur ad captionem tenutæ, habita prius fide ſummarie, per ſacramentum, ſeu per publicam, uel priuatam ſcripturam, uel per unum teſtem, uel quolibet alio legitimo modo, & mittatur in poſſeſſionem in bonis dicti contumacis, uſque ad quantitatem legitimam, & expenſas legitimas, & eidem notificetur, & ſi tenuta fuerit capta in re mobili, expectetur per octo dies poſt notificationem factam. ¶ Si uero fuerit in re immobilis, ſimiliter notificetur, ut ſupra cum termino quindecim dierum, & poſtea procedatur in utroque caſu, ad miſſionem in poſſeſſionem, ex ſecundo decreto, ſeu dationem in ſolutum, ſeu licentiam uendendi, prout actori placuerit, ordine tamen ſeruato, quod ſi res mobilis eſt, ſubaſtetur tribus uicibus, diuerſis tamen diebus, adeo quod tria fiant proclamata, & plus offe-

renti conſignetur. Simili modo ſi res eſt immobilis, fiant proclamata ad Banchum iuris, & in contrata ubi ipſe contumax habitare ſolet, ut ei de facili innoteſcere poſſit de dicta ſubhaſtatione, ſeu datione in ſolutum, uel immiſſione in poſſeſſionem, ex ſecundo decreto, quibus ſeruatis, & reo durante in contumatia, tunc procedatur ad conceſſionem liberam, ex ſecundo decreto, ſeu datione in ſolutum, uel ad alienationem per uiam ſubhaſtationis, pro debito prædicto, & expenſis, & omnis emptor erit tutus, pariter creditor in eo quod retinuerit, ſeu ſibi in ſolutum datum fuerit pro quantitate crediti, & expenſis, & nullatenus, poſtea dictus contumax audiatur. ¶ Si uero in dictis terminis, uidelicet octo dierum in re mobili, & quindecim dierum in re immobili, in iudicium uenerit, & cauerit de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, refectis prius expenſis denuo audiatur, & procedatur in cauſa, prout iuris fuerit. Si uero nuntius rettulerit non inuenire bona mobilia, nec immobilia, in quibus ad tenutam procedi poſſit, tunc ille poſitus in banno perſonaliter capi ad inſtantiam creditoris per curiam Poteſtatis debeat, & captus detineri, quouſque creditori ſatisfecerit de ſorte, & expenſis.

¶ *De modo, & forma terminandi lites, poſt litem conteſtatam.* Rubrica. V.

CONGRVVM eſſe uidetur Legum latori prouidere, ne lites immortales fiant. Ideo ordinamus quod ubi inchoata fuerit inter aliquos quæſtio, & facta ſit conteſtatio, uel illa ſit habita pro conteſtata, ut in præcedenti noſtro Statuto, Poteſtas, ſeu alius officialis, coram quo lis pendeat, teneatur omnino illam diffinire infra tres menſes, a' die litis cōteſtationis, ſeu a' quo habita pro cōteſtata cauſa terminetur per ſententiam, inſtantia intelligatur perempta, & iudex poſſit & debeat ad requiſitionem rei, ipſum abſoluere ab inſtātia iudicii. ¶ Aliæ uero quæſtiones extraordinariæ, ad plus infra quindecim dies, a' die primæ citationis inchoandos expediri debeant. ¶ Quæ quidem tempora in caſibus prædictis, ſeu quolibet prædictorum, intelligantur aſſignata, tam iudici, quam ipſis cauſis, ſeu inſtantiis, ſeu temporibus, inſtantiarum, ita quod omnino finitæ ſint, ut ſupra dictum eſt. ¶ Et ſi negligentia iudicis id euenerit, ultra pœnam periurii, uolumus incurrere pœnam decem librarum, pro qualibet cauſa non terminata, & ad hoc, ut actori non noceat, ſit ei neceſſarium proteſtari, quod per eum minime ſtat, quin cauſa terminetur, quo caſu, ei inſtantia nō currat, dūmodo talis proteſtatio fiat citata parte coram iudice, & redigatur in ſcriptis.

¶ *De Cauſis miſerabilium perſonarum ſummarie terminandis.* Rubrica. VI.

QVONIAM miſerabilibus perſonis iura fauent, & propter paupertatem eiſdem in iudiciis plurimum adiuuant, ne ob eorum miſeriam a' potentioribus opprimantur, ideo præſenti ſtatuto decernimus cauſas pauperum, & miſerabilium perſonarum debere cognoſci a' Prætore, & eius curia ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſiue lites ſint inter ipſas miſerabiles perſonas, ſeu inter pauperem, ex una, & diuitem, ſeu alias potentem, ex alia, ſiue quæſtio ſit mercedis, ſiue cauſa culturæ, ſeu ex quauis alia cauſa, eandem pariter autoritatem Prætori & eius curiæ uirtute præſentis Statuti concedimus, in cauſis alimentorum, quæ præſtanda forent cuicunque perſonæ, etiam quod non eſſet miſerabilis. ¶ Et ne perſonæ prædictæ indefenſæ ſint, uolumus aduocatum & Procuratorem huius Reipublicæ teneri, & obligatos eſſe defendere, & tueri dictas miſerabiles perſonas coram quocunque iudice, etiam curiæ generalis, ſine aliqua mercede, & pariter uolumus teneri

ad aliquam

ad aliquam ſolutionem ſcripturarum. Et ſi Notarius eandem compulerit ſoluere, obligatus ſit duplum reſtituere ipſi parti, & incidat in pœnam decem librarum Fiſco Cõmunis applicandam, & de facto ſine aliqua diminutione exigendam. ¶ Aduocati uero & Procuratores, recuſantes ſuſcipere onus ſibi debitum defenſionis pauperum, uel ab eo patrocinium exigentes, teneantur reſtituere, & cadant ab omni ſalario ſibi debito. ¶ Intelligatur autem illas eſſe miſerabiles perſonas, quas miſerabiles eſſe, & pro miſerabilibus haberi debere. Iudicabunt pro tempore Domini Priores Ciuitatis, ab illis, prius dictis miſerabilibus perſonis, delato iuramento ſuper eorum miſeria.

¶ De executione Inſtrumentorum. Rubrica. VII.

VIDIMVS ſæpe ob difficiles exactiones homines abſtinere a' commertiis, in graue damnum, & iacturam totius populi. Volentes igitur huic morbo debitam medelam adhibere, hac noſtra ſanctione diſponimus, quod ubi quis obligatus uirtute inſtrumenti publici, ſeu præcepti, in quo promiſerit ſe ad Banchum iuris noſtræ Ciuitatis poſſe conſtringi, uocatus in ius, teneatur perſonaliter, & non per Procuratorem ad iudicium ire, & iudex teneatur eundem retinere carceratum donec ſoluerit, uel reſtitutionem fecerit illius rei, ad quam, ſe obligauit, uel concordauerit cum creditore, & ſi petierit copiam inſtrumenti, ſeu præcepti, & opponere uoluerit, decernat, cum termino quinque dierum, a' die datæ, uel oblatæ copiæ ad opponendum, probandum oppoſita, & probatum habendum omnes & ſingulas exceptiones ſibi quomodolibet legitime competentes, tam contra inſtrumentum, ſeu præceptum, quam contra perſonam creditoris. ¶ Ex quibus uires inſtrumenti debilitarentur, adeo quod exequi non deberet, ſecus ſi ad cauſam inſtrumenti, ſeu præcepti non facerent, & interim carceratus exiſtat. Et ſi oppoſita probauerit, & ex eis conſtet eum ad contenta in inſtrumento, ſeu præcepto, non teneri, condemnetur actor in libras decem, denariorum, pro iniuria reo illata, & in expenſis & damnis, in continenti facta declaratione ipſi reo reficiendis. ¶ Si uero reus uocatus non comparuerit, ponatur in bando, & aſſignetur terminus trium dierum, quo elapſo, & eo non comparente, mittantur capita ſolidorum, & ſucceſſiue Curia Poteſtatis, omni diligentia eum capere procurabit, & carceratum retinebit donec ſatisfecerit, uel creditori placuerit. ¶ Quæ formæ in omnibus, & per omnia obſeruentur, in chirographis & Apodiſſis manu debitoris ſcriptis, aut ſubſcriptis, dummodo prius per ipſum debitorem ſcribentem, uel ſubſcribentem recognitæ in iudicio fuerint. ¶ Prædicta tamen non uendicent ſibi locum in contractibus Iudeorum, & uſurariorum, in quibus uia ordinaria procedatur, & ad demonſtrandum, quem, eſſe uſurarium, ſufficiat publica uox, & fama per quinque teſtes fidedignos probata ¶ Et hoc ſtatutum obſeruetur in præteritis, præſentibus, & futuris, & M. D. P. omni opera curent, ut ad unguem ſeruetur, pœna quinquaginta lib. de eorum ſalario retinenda, & uinculo præſtiti iuramenti.

¶ De ſcriptura Mercatorum. Rubrica. VIII.

MERCATORES libros edere ad inſtãtiam cuiuſlibet ſui intereſſe putantis teneri firmiter ordinamus, & ne ſub ſpe mercaturæ homines decipiant, fideliter retineat, in quibus reperirentur ſcriptura, ſeu litteræ mercatoris, uel ſui numptii, uel negociorum geſtoris, ſeu inſtitoris regiſtratæ, plenam faciant fidem, ueluti inſtrumentum publicum contra dictum mercatorem, uel ſcriptura de omnibus & ſingulis in ea contentis. ¶ Volumus inſuper mercatorem poſſe per D. P. & eius officiales cogi iuris remediis opportunis ad oſtendendum omnes & ſingulas ſcripturas & literas, ad inſtantiam cuiuſcunque perſonæ petentis & iuran

tis ſua intereſſe, prædictum librum,ſeu ſcripturas demonſtrando, ita & taliter q; inde copia extrahatur,uel extrahi poſſit,prout iudici uidebitur,& placebit & peteti opus fuerit, & in omnibus,& per omnia fiat,& ſimiliter obſeruetur,de prothocollis,abreuiaturis, & ſcripturis, cuiuſcunq; notarii,uel alterius cuiuſcunq; perſonæ. Volumus tamen dictis libris Mercatorum ad ſui utilitatem adhiberi fidem,uſq; ad quatraginta ſolidos,cum iuramento dicti mercatoris, & non ultra dictam quantitatem.

¶ *De impediente de facto,tenutam captam autoritate Iudicis,* *Rubrica.* IX.

NEMINI licere ius ſibi dicere manifeſti iuris eſt, & ea quæ a' iudicibus facta ſunt,de facto impediri non debent. Ideo ſi data fuit tenuta de re mobili, ſeu immobili, ut ſupra dictum eſt, creditori, & debitor ei moleſtiam inferat, ſeu alter creditor ipſius debitoris, uel alia quæcunque perſona, ex quacunque cauſa, uia, iure, uel facto, poſſit & debeat dictus debitor inſtante creditore capi perſonaliter, & detineri donec ſatisfecerit, & ille contra quem eſt data tenuta ſi ſe reintromiſerit, uel non ſineret illum cui eſt data elapſo territorio ſtatuti ea uti ſoluat, nomine pœnæ lib. decem, & quod ille cuius eſſet tenuta non debeat eam deuaſtare, q; ſi fecerit emendet in duplum, & ſi aliqui fructus fuerint in tenuta de re immobili data creditori fructus creditor accipiat, ſi uoluerit, & in ſortem computentur. Si autem ille contra quem data eſt uoluerit, habeat poteſtatem recolligendi de fructibus ad ſui libitum diſponendi, ita quod dicti fructus non pereant, cum uoluntate creditoris, ſalua ſemper tenuta data illi cui conceſſa eſt.

¶ *Quod debitum non ſoluatur, niſi inſtrumentum reſtituatur,* *Rubrica.* X.

ÆQuitas ſuadet,ut facta ſolutione, a' debitore inſtrumentum, ſeu præceptum a' creditore caſſetur, & annulletur. Et ideo ſancimus quod debitor non poſſit cogi ad ſoluendum, niſi creditor paratus ſit debitori inſtrumentum ſeu preceptum, eo ipſo reſtituere abolitum & cancellatum, & nihilominus in omni caſu teneatur creditor facere quietationem debitori ad ſui uoluntatem.

¶ *Quod Teſtes abſente parte, & non citata, non producantur,* *Rubrica.* XI.

AD tollendum omnem ſuſpitionem fraudis, ordinamus, teſtes contra partem abſentem, & non citatam recipi non debere, & nullus in teſtem aliquem, uel aliquos recipi ualeat, qui ſit familiaris ſiue domeſticus, inducentis, & omnes intelligantur familiares & domeſtici, qui uiuunt expenſis alicuius a' quo uictum & ueſtitum recipiunt, uel ſub eodem tecto morantur cum ipſo inducente.

¶ *Quod dicta Teſtium ſcribantur extenſe.* *Rubrica.* XII.

QVOTIENS Teſtes examinantur diligenter interrogandi, ut bene exprimant eorum depoſitiones, ideo hac noſtra Lege diſponimus, quod teſtes teneantur & debeant ſpecifice deponere, quid nouerint, & ſciuerint, de negocio ſuper quo interrogantur, & non dicere in genere, uera eſſe omnia & ſingula in articulo contenta, ſed rem ſeriatim, & per ordinem deponant & omnia quæ ſibi nota ſunt, circa articulum cum redditione cauſæ, & ſcientiæ dicti ſui, & aliter per Notarium non ſcribantur eorum dicta nec fidem faciant.

¶ Quod

Quod in omnibus cauſis ſufficiant duo Teſtes legitimi. Rubrica. XIII.

IN ore duorum, uel trium omne uerbum conſiſtere, ex ore diuino prodiit: ideo & nos decernimus diuina autoritate ſuffulti in qualibet cauſa duos teſtes legitimos ſufficere, exceptis cauſis a' decem ſolidorũ infra, in quibus credatur ſacramento partis dignioris, & quæ ſit dignior, relinquatur arbitrio iudicis, aliqua informatione præcedente a' x. ſolid. uſq; ad xx. ſufficiat unus teſtis, cum iuramento producentis, quocũq; non obſtante.

De confitentibus debitum coram Poteſtate. Rubrica. XIIII.

HOc ſtatuto ſancimus, ꝙ ubi quis fuit in iudicium uocatus coram D. Poteſtate, & eius curia cum ſupplicatione, ſeu reſcripto, uel ſine occaſione debiti, confiteretur ſe uerũ eſſe debitorem, eidem detur terminus trium dierum ad ſoluẽdum id quod debet, & in dicto termino ſoluente, Notarius banchi ciuilium, ſi in dictis tribus diebus ſoluerit, nihil petere nec exigere ualeat, ſub pœna decem lib. deñ & Poteſtas qui illo tunc non exigeret, pœnam prædictam a' dicto Notario incurſam, ob inobſeruantiam præſentis ſtatuti, eadem pœna teneatur, retinenda de ſuo ſalario.

Quod Iudex de condemnationibus expenſarum non poſſit facere gratiam. Rubrica. XV.

INcongruum uidetur, ꝙ ſi quis diu aliquem in iudicio iniuſte defatigauerit, & propterea iuxta iuris diſpoſitionem, & huius noſtræ Ciuitatis ſtatuta in expenſis, iure optimo condemnari mereatur, iudex in eius preiudicium, illas remittere poſſit, ea propter ad obuiãdũ fraudibus, ordinamus iudicẽ, tam ante prolationem ſententiæ, ꝙ in eius promulgatione, ac poſtea nullatenus poſſe, nec per uiam gratiæ, nec abſolutionis, liberare uictum, de expẽſis debitis, tam uirtute ſtatutorum, ꝙ iuris communis, & ſi ſecus factum eſſet, ſit irritum & inane, nec aliqua declaratio ualeat ſuper premiſſis.

De ferijs, & diebus feriatis. Rubrica. XVI.

DIes feſtiuos, quos ſuperiori libro ab omnibus uenerandos fore, ordinauimus: pariter his diebus ad iudicium uenire, neminem compellẽdum eſſe uolumus, ueluti omnibus diebus Dominicis. Item in feſtiuitatibus omnium & ſingulorum Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & Martyrum. Item Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sanctæ Crucis, tam Inuẽtionis, ꝙ Exaltationis. Item Sancti Michaelis Arcangeli, de menſe Maii, & dedicationis Baſilicæ eiuſdem, de menſe Septembris. Item Sancti Auguſtini, & aliorum Doctorum Eccleſiæ, uidelicet Gregorii, Hieronymi, & Ambroſii. Item Beati Martini, Sancti Benedicti Abbatis, Sancti Dominici, Sancti Petri Martyris, Sancti Thomæ de Aquino, Sancti Franciſci, Sancti Antonii, Diui Iuliani Protectoris & defenſoris noſtræ Ciuitatis, tam de menſe Ianuarii, quam etiam Auguſti, cum uno die præcedenti, & duobus ſubſequentibus, ut hactenus fuit obſeruatum. Item Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sanctæ Catharinæ, Sanctæ Agnetis. Item Aſcenſionis cum tribus præcedentibus, & duobus ſubſequentibus. Penthecoſtes cum uno præcedenti, & duobus ſequentibus. Item omnium Sanctorum, cum die ſequenti. Item in diebus Rogationum. Item in die Cinerum, cum die præcedenti. Item in omnibus ſollennitatibus Glorioſiſſimæ Mariæ ſemper Virgini dicatis, uidelicet, Natiuitatis, Purificationis, Annuntiationis, Aſſumptionis. Item Sancti Ioachini patris Glorioſæ Virginis, & Sanctæ Annæ matris, & Sancti Ioſeph eius ſponſi. Item omnibus diebus feſtiuis, qui cuſto-

diri conſueuere in Ciuitate noſtra,& eius diſtrictu,& eccleſiæ eis dicatæ fuere, maxime in ho-
norem Beatiſſimæ Virginis. Item ius ſileat a' uigilia Diui Thomæ uſq; ad feſtum Epiphaniæ
incluſiue. Item a' die Sabbati oliuarum cum hebdomade ſequenti,poſt Paſcha ſanctæ Reſu-
rectionis. Item tempore meſſium & uindemiarum,prout M.D.Priores duxerint ſtatuendum;
Item quandocunq; fiat generalis exercitus, uel caualcata, uel concilium generale, in quo ne-
ceſſaria eſt Prætoris preſentia,quibus temporibus omnino ius reddi prohibemus, exceptis in
cauſis miſerabilium perſonarum, pupillorum, pupillarum, uiduarum,& pauperum. Item de
mercede famulorum,& mercenariorũ,& aliarum perſonarum pro prætio ſeruiẽtium,ut ſunt
famulæ,obſtetrices,& nutrices. Item ius reddatur forenſibus,ſiue lis ſit inter eos,ſiue cum ciui
bus,& habitatoribus Maceratæ. Item de prætio panis, & uini, uel alterius rei uenditæ pro ci-
bo,& potu,ſeu hoſpitio. Item de alimentis pręſtandis cuicũq; perſonæ alimentandæ. Item de
relictis ad pias cauſas,& de omnibus ad fauorem animæ tendentibus. Item de omnibus & ſin
gulis cauſis criminalibus quomodocunq; inueniendis,cognoſcendis,& terminandis, quæ co
gnoſci temporibus ſupradictis,& quolibet eorũdem,ac etiam ut tutores & curatores dentur,
ut officia amoueantur,& omnia alia permittantur,quæ a' ſacris Canonibus permiſſa reperiũ
tur. ¶ In reliquis uero ius penitus ſileat,& quicquid his diebus maxime in celebratione feſtiui
tatum factum fuerit,etiam de partium conſenſu, ſit irritum & inane ipſo iure. ¶ Et prædicta
omnia acta ſic nulliter geſta in aliis inſtantiis,& ex aliis actis,& ſententiis cõſeruari non poſ
ſint. Aliis uero tẽporibus feriarum niſi ius partibus aſſentiẽtibus fuerit redditum,obſeruari om
nino uolumus,quibuſcunq; non obſtantibus.

¶ De Tutelis, Rubrica. XVII.

COmmuni omnium iure ſancitum reperitur,teſtamẽtarios Tutores,cæteris eſſe antepon-
dos,cui'(uti rationi conſonum) minime derogare intendimus, immo ſi illud idem ſtatui-
mus illis exiſtentibus,legitimos,& datiuos penitus ceſſare. ¶ Quibus deficiẽtibus primo loco
Matri filiorum tutela deferatur,etiam ꝙ illa ſit minor xxv. dicta minori etate non obſtante,
Matre uero deficiente,uel ad ſecũda uota migrante,ſeu aliter impedita,ad Auum paternum,
uel auiam deuoluatur, quibus impeditis,uel ceſſantibus,onus hoc ſubire liceat patruo,ſeu pa
truis,fratri,ſeu fratribus,maioribus tamen xxv. annis. ¶ Quibus omnibus deficientibus, Re-
gimẽ Ciuitatis poſſit tutelam deferre illi,uel illis,quos conſanguineis pupillorum uel pupilla
rum nominabunt,& approbabunt. ¶ Quorum conſanguineorum duo ſint ex latere paterno,
& duo ex latere materno,qui iurent bona fide,& remotis ab eis omni humano affectu nomi-
nare eum uel eos,quo crediderint eſſe utiliores,& meliores ipſis pupillis,ſummaria inſuper in
quiſitione facta an nominati a' dictis cõſanguineis, idonei ſint,per regimen prædictum. ¶ In
omni tamen caſu,ſiue teſtamentarii,ſiue legitimi,ſeu datiui,idoneam teneãtur præſtare ſatiſ-
dationem rem pupilli ſaluam fore,prout a' ſacratiſſimis legibus diſpoſitum eſſe, ſcriptum ap
paret, quam omnino præſtandam eſſe firmiter diſponimus, etiam ꝙ a' teſtatore uel lege, ſeu
cõſuetudine, ſupradictis tutoribus,ſeu alicui eorũ remiſſa foret huiuſmodi ſatiſdatio. ¶ Qui
tutores ſtatim accepto officio,teneantur ſolenne & legitimum conficere inuentarium, de om-
nibus & ſingulis rebus,& bonis mobilibus,& immobilibus,iuribus, & actionibus, creditis, &
debitis,quomodolibet ad pupillum ſpectantibus,coram Regimine ſupradicto, & in preſen-
tia quatuor propinquorũ,quorum duo ſint ex parte patris,& duo ex parte matris, qui medio
iuramento approbent, & expreſſe dicant inuentarium legitime fuiſſe factum, & nihil doloſe
omiſſum. Nec excuſentur ſi inuentarium inchoatum fuerit,niſi perfecte omnes res,& bona pu
pillorum in eo deſcripta fuerint,& iidem tutores adminiſtrando teneãtur addere, uel minue
re in inuẽtario prædicto,ut ſupra confecto quomocũq;,uel qualitercũq; hæreditas in poſterũ
augeretur,uel minueretur,& id quod dictum eſt de inuentario conficiendo a' tutoribus, id pa
riter ſeruetur a' curatore maiorum xiiii. minori tamen xxv. dato,in quo teneantur annotare
debita,& credita,quod ſi non fecerint,nequeant recipere aliquam ſolutionem a' debitoribus,
alias

alias non obſtante ſolutione de dictis debitis in inuētario non deſcriptis, pupillus ſeu minor poſſit iterum petere, & exigere. ¶ Fiant autē ſolutiones a' debitoribus ſupradictis perſonis coram Poteſtate, & quatuor conſanguineis, uidelicet duobus ex latere patris, & duobus ex latere matris, quæ ſolutiones tam de debitis, q̃ de creditis, a' dictis conſanguineis approbentur uinculo iuramenti, eſſe utiles ipſis pupillis, ſeu minoribus. Addentes dictos tutores teneri inuentarium prædictum facere annotare in libris communis, ſub pœna. xxv. lib. Cameræ communis Maceratæ applicanda, & remotionis ab officio tutelæ, infra ſex dies, a' die confectionis inuentarii p̄dicti, & notarius de dicto inuentario rogatus pro mercede habeat bolen̄. xii. pro quolibet inuentario regiſtrato in publicam formam, in dicto libro communis, quibuſcunq; in contrarium, non obſtantibus.

¶ *De ratione reddenda per Tutores, ſeu curatores.* Rubrica. XVIII.

PRæſenti lege ſancimus, quemlibet tutorem, ſeu tutricem, & curatorem debere quolibet anno reddere rationem adminiſtrationis tutelæ, ſeu curæ, de menſe Decembris & Nouēbris, de omnibus & ſingulis reditibus, fructibus, expenſis, & exitibus patrimonii, quod adminiſtrauerat, coram Regimine prædicto, & quatuor conſanguineis prædictis, ſub pœna remotionis, & xxv. lib. p quolibet, Cameræ Cōmunis Maceratæ applican̄. qua ratione legitime & fideliter reddita, & a' dictis conſanguineis, ſeu eorum maiori parte, approbata, non poſſit tutor uel tutrix, ſeu curator (uti ſuſpectus) amplius remoueri. ¶ Si uero dolo uel fraude in adminiſtratione deliquiſſe apparebit, in pœnam prædictam. xxv. lib. Communi prædicto applican̄. condemnetur, & a' tutela & cura remoueatur. ¶ Si autem in aliquali negligentia, in libris decem den̄. ut ſupra applicandorum.

¶ *Quod omnibus liceat Tutores, ſeu curatores accuſare.* Rubrica. XIX.

PVpillorum defenſionem ſuſcipere, ne dum diuinæ, ſed etiā humanæ leges admonent, quarum ueſtigia ſequi uolentes, uirtute huius noſtri ſtatuti omnimodam licentiā concedimus unicuiq; poſſe accuſare tutores, & curatores, non bene ſe gerentes in eorum adminiſtratione, & ſuſpectum dicere, dūmodo cauſam ſuſpitionis exprimat, & preſertim q̃ omiſerit facere inuentarium, ſeu q̃ fraudulenter, & doloſe omnia in eo, nō annotauerit, nec ſatiſdationem idoneam preſtiterit, fructus patrimonii quod adminiſtrauit dilapidaret, & alias inſerere cauſas, quæ a' iure communi admittuntur ad reddendum tutorem ſuſpectum, dūmodo predicta cauſa infra menſem terminetur ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, ſeruatis uel non, ſubſtantialibus iuris, remaneat tamē tutor ſeu tutrix in officio, & adminiſtratione, predicta cauſa & queſtione durante, & donec per ſententiam fuerit remotus, uel remota, ob legitimam cauſam ſuſpitionis deductam, & liquido apparentem, & ipſe tutor puniatur arbitrio iud. & pariter accuſator, ſi calūnioſe accuſaſſe in fine cauſæ legitimæ cōſtiterit. Volumus ad expenſas teneri & puniri debere iudicis arbitrio.

Quod Iudex teneatur prouidere de Tutore, & Curatore pupillis. Rubrica. XX.

ITem ordinamus q̃ Prætor, ſeu eius aſſeſſor teneatur prouidere pupillis, & minoribus, tam de tutore q̄ curatore, ad lites & negocia, quotiens opus eſſet, & requiſitus fuerit a' quocūq; conſanguineo inſtante, dummodo iuret q̃ id quod petit, pro bono & utilitate minorum pertat, quo ſacramento preſtito nominetur tutor uel curator, prout expedierit, qui tutor ſeu curator iuret, & legitime ſatiſdet, atq; inuētarium faciat, uel incipiat, prout de iure debet, & in quolibet loco, non derogando ſtatuto ſupra, de Tutellis, quod omnino ſeruandum firmiter ordinamus, aliquo in contrarium faciente non obſtante.

❡ De Procuratore conſtituẽ.per Tutores, & curatores. Rubrica. XXI.

HAC noſtra diſpoſitione ſtatuimus ad euitandũ expenſas, ꝙ liceat omni, & cuilibet tutori uel tutrici, ſeu generali curatori facere, creare, & conſtituere omnem, & quemlibet procuratorem, defenſorem, & Aduocatum, quotiens uoluerit, & neceſſariũ foret, ſiue ante litem cõteſtatam, ſiue poſt, pro defenſione & recuperetione bonorum pupillorum, & minorum, quorum tutelam, & curam gerunt, & pro defenſione perſonarum eorũdem & geſta per prefatos ualeant & teneant, perinde, ac ſi per ipſos tutores & curatores geſta fuerint.

❡ Quod deputentur Ciues ad videndum negocia Pupillorum. Rubrica. XXII.

NE pupilli in adminiſtrationibus a' tutoribus defraudentur, ordinamus ꝙ in confectione noui regiminis deputentur duo ciues, ad reuidendum negocia, & adminiſtrationem rerũ pupillorũ, & adultorum, una cum tutoribus & curatoribus ipſorum pupillorum & adultorũ, ita ꝙ intelligatur quicquid fit in adminiſtrationibus ipſorum & bonorum eorũ, & tutores & curatores ſine præſentia dictorum duorum Ciuium nihil faciant, & aliter tutelæ non ualeant, & habeat locum in omnibus tutoribus, etiam matre, auia, uel quacunq; conſanguinitate coniunctis, etiam iam mortuis pro tempore quo adminiſtrarunt. ❡ Qui ciues infra mẽſem a' die notificationis eis factæ, debeant curare, ita & taliter ꝙ pupillis, & adultis non habẽtibus tutores, ſeu curatores, dentur omni exceptione remota cum confectione inuentarii, & cautione de gerendo utilia, & pretermittendo inutilia, ſecundũ formam ſtatutorum de materia loquẽ. & Poteſtas ſine preſentia dictorum ciuium non admittat quẽꝙ in curatorem ſeu tutorẽ, nec illi ſe ingerant in adminiſtratione, nec rõnem adminiſtrationis reddant ſine preſentia, & uolũtate dictorum ciuium, & aliter factum, ſit ipſo iure nullum, & tutores & curatores prædicti incidant in pœnam .x. ducat. moñ. applicañ. Cameræ communis Maceratæ. ❡ Si uero tutores & curatores non poſſent reperiri, ipſi ciues aſſumãt onus curæ uel tutelæ prædictæ, donec illi haberi & reperiri poterũt. ❡ Teneant & debeant dicti ciues inuentariũ facere & librum rõnum, & reddere rationem de adminiſtratis per eos, in bonis pupilli & adulti, ſub pœna cõtenta in ſtatutis prædictis. ❡ Qui ſi in prædictis fuerint negligentes incidant in pœnam periurii, & a' tutela, & cura cadant & hoc intelligatur de Ciuibus Ciuitatis Maceratæ & habitantibus in ea & eius territorio.

De Cedentibus Bonis. Rubrica. XXIII.

MISERABILE ceſſionis bonorum beneficium, dummodo ſine dolo & fraude imploretur, nemini eſſe denegañ. iura diſponunt, ad tollendum ergo fraudis ſuſpitionẽ decernimus in futurum ad illud confugere uolentes, debeant citari, facere omnes & ſingulos creditores nominatim, & ſeruatis a' iure ſeruandis, ad banchum iuris Poteſtate, ſeu iudice ſedente, hora iuris faciat dictam ceſſionem, & iterum eo inſtante per publicum preconem cõmunis ad feneſtras faciat in ius uocare omnes creditores prædictos ad audieñ. dictam admiſſionem ceſſionis. ❡ Quæ ceſſio fieri non poſſit per procuratorem, & ſi his non ſeruatis, fieret ſibi minime proſit. Deinde poſtꝙ fuerit admiſſus per publicum præconem, per loca publica Ciuitatis ſono tubæ premiſſo notificetur, & ad ueram notitiam & ſciẽtiam omnibus deducatur illum ceſſiſſe bonis, ut omnes in poſterum caueant, a' ſecum cõtrahendo. ❡ Et ſi aliquis noſtræ iuriſdictionis ſubiectus quæſierit per reſcriptum ſuperioris admitti, his non ſeruatis M.D.P. pro tempore cum Aduocatis & procuratoribus recurſum habeant, & utantur omni diligentia, ut dicta ſolẽnitas ſeruetur, ne ita de facili plurimum fraudulentes ad id homines confugiant. ❡ Noluimus tamen teneri ad obſeruãtiam huius ſtatuti illos qui cum hebræis contraxiſſent, uel uſurariis, in quibus ſeruetur ordo iuris.

¶ *Quod famulus, vel famula durante ſeruitio non poſſit recedere a' Dño.* Rubrica. XXIIII.

NATVRALI quidem ratione compellimur, ut a' quocunq; pacta conuenta ſeruentur. Vnde ſi aliqui ita inhumani ſint, quod promiſſa obſeruare renuant, prout ſæpe a' famulis, qui licet domino ad certum tempus, & ut plurimum per annum ſeruire promiſerint, nihilominus ab eo recedere non erubeſcunt. ¶ Volentes igitur dictorum famulorum audaciam comprimere, præſenti Lege ordinamus, nulli famulo ſeu famulæ, cuiuſuis cõditionis exiſtat, licere durante ſeruitio a' domino recedere, & operas ſuas alteri locare, & nullus alius ſit tantæ temeritatis, quod audeat illum retinere contra uoluntatem primi domini, ſed incontinenti eundem remittere Domino primo, & ſi non fecerit, ſoluat bannum decem lib. ab eo de facto exigendarum, & nihilominus poſſit eum uel eam propria autoritate reducere ad ſuum ſeruitium, etiam uiolenter, libere, & impune, & famulus ſeu famula ob fugam perdat de ſua mercede, ſi immediate non rediret, uidelicet a' Calendis Martii per totum menſem Septembris, ſequentis, pro quolibet die omiſſo, quod non ſeruiuerit Domino ſuo, teneatur dare de ſuo ſalario, uel de propria pecunia ſolidos octo, famula uero ſolidos tres. ¶ In aliis uero temporibus, famulus ſolidos quatuor, famula uero ſolidum unum cum dimidio, ſine aliqua lite. ¶ Et nullus famulus audeat furari ſemen quod portaret ad ſeminandum, ſed bene & fideliter ſeminare teneatur, & ſi contrafecerit incidat in pœnam centum ſolidorum, & ſi uendiderit, tantundem emptor, qui ſcienter emerit ſoluere teneatur, & duplum Domino reſtituere famulus compellatur. ¶ Et nullus famulus audeat uendere ſine uoluntate domini tacita uel expreſſa, fœnum ſeu paleam occultæ alicui perſonæ, & qui contrafecerit ſoluat de ſuo uice qualibet ſolidos uiginti, & ad reſtitutionem rei ablatæ ſeu uenditæ teneatur, & qui ſcienter emerit, ſoluat tantundem, & damnum nihilominus Domino emendare teneatur. ¶ Addentes quod nulli uel alii ſeruienti pro pretio liceat petere ſalarium elapſo anno poſt receſſum a' Domino, niſi oſtenderet per publicum inſtrumentum de pretio uel quantitate quam recipere deberet. ¶ Illi uero qui dietim locant operas ſuas elapſis tribus menſibus nõ poſſint petere mercedem ſuam a' tempore quo ſeruiuerint computãdis, niſi de maiori termino fuerit inter partes cõuentum, & ſi elapſo dicto tempore petierint, non audiantur ſuper eis precluſa omni uia petendi, & predicta locum habeant etiam in præteritis.

¶ *De Emancipatione Liberorum.* Rubrica. XXV.

LICITVM eſſe uolumus patri, auo, & proauo, emancipare filium filiamue, ſeu nepotem ex filio, & ab eius poteſtate liberum penitus facere. Quæ emancipatio fiat & fieri debeat apud Prætorem ſeu eius Collateralem, uel alium iudicem competentem ad prædicta, & coram quinque teſtibus ſaltem cum pſentia tamen duorũ conſanguineorum ex latere materno, præcedentibus bãnimentis, in locis ſolitis, deducendo ad notitiã quod talis intendit talẽ perſonam emancipare, & talis uult emancipari. ¶ Qua emancipatione ſecuta, emancipatus habeat legitimam perſonam contrahendi, teſtandi, & in iudicio ſtandi, & omnia faciendi, quæ facere nõ poſſent obſtante patria poteſtate. ¶ Si uero perſona quæ emancipauit poſt dictam factam emancipationem poſſideret bona, uel res datas in præmium emancipationis perſonis emancipatis, tunc pſumatur in perſona predicta emancipatio fictiua & fraudulenta & de iure non teneat, nec ualeat. ¶ Nolumus tñ per eã fieri preiudiciũ filio emancipato, quin minus ab inteſtato cum aliis filiis in poteſtate non ſuccedat facta collatione de bonis ſibi in præmium datis, & habita conſideratione eorum quæ filii in poteſtate lucrari potuiſſent labore & induſtria arbitrio iudicis, quibuſcunq; non obſtantibus

¶ *De forma ſeruanda in alienationibus et contractibus* Minorum. Rubrica. XXVI.

INdemnitati pupillorũ ac minorum xxv. annorũ ob eorum imbecillem & fragilẽ ætatẽ iura oĩa ſummo ſtudio puidere curarunt oĩa annullãtia niſi in eorum actibus certa ſollẽnitas ut fraudibus obuiaretur introducta ſeruaretᷣ, qđ & nos uti naturali rõni cõſonum ſeq uolẽtes, ut

modis oĩbus eoꝝ ſuccurratur facilitati. Hac noſtra perpetua lege decernimus, tutorē ſeu tutricē nullam poſſe facere alienationē, cõtractum, obligationem, remiſſionem, ceſſionē, uel quietationem, ex quibus de facili ipſe minor dãnificari & lædi poſſet, nec quouis modo ſeu quẽuis colore diſponere de pecunia uel re immobili, uel mobili dicti pupilli uel pupillæ, quæ aſcẽderet ad quãtitatem certum ſol. deñ. niſi eſſet pro uictu & ueſtimẽtis quotidianis dicti pupilli ſeu pupillæ. ¶ Si in dictis cõtractibus ſupra expreſſis non interuenerit decretũ M.D. Poteſtatis, interpoſitum cauſa cognita, ſaltem per duos dies ante, & in actis appareat, & fuerint celebrati in p̄ſentia ſupradicti D. Põtatis, & quatuor cõſanguineorum p̄ximiorum & anterioꝝ ætate, de qbus fit mentio in ſtatuto de tutelis, quoꝝ conſenſus oĩno requiratur, qui nullatenus cõſenſum accõmodẽt, nec Poteſtas p̄fatis autoritatē p̄ſtet, niſi euidẽtiſſime eis cõſtiterit habita matura diſcuſſione de utilitate & cõmodo dicti pupilli ſeu pupillæ, & ſi ſecus factum eſſet, ſit oĩno nullũ & inualidũ, nec minus obligetur ipſe tutor etiam q̄ p̄miſerit illius obſeruãtiam bona ſua, hypotecando, qui cõtractus una cum quolibet inſtrumẽto ſuper eo adhibito, de qbuſcunq; rebus actionibus, & ſub quacũq; forma cõtractuum uel uerborũ, p̄ſumatur dolo extortus & ſimulatus, & pariter iuramẽtum etiã iteratis uicibus p̄ſtitum & receptum, ſuper eo interpoſitum etiam ſi cum uniuerſitatibus collegiis cõitatibus, & qbuſcunq; perſonis, etiã ſpiritualibus, & quãtũcunq; priuilegiatis, & ſi quis tãtæ fuerit temeritatis, q̄ uoluerit uti in iudicio cõtractu, ſine dictis ſollẽnitatibus celebrato cõtra ipſum tutorē, ſeu alium cum eo obligatũ eidē audientia denegetur, & iudex duplũ eius, quod in obligatione cõtinetur exigat, Cõi Ciuit. Maceratæ applicãnisi uenderẽtur fructus qui annuatim colligũtur, qui ſeruãdo ſeruari non pñt, & de quibus in fine anni ipſe tutor legitimã rõnem reddere teneret. ¶ Et quod de minore xiiii. ſub tutela exiſtente diſpoſitũ eſt, idem obſeruari uolumus in oĩbus cõtractibus & inſtrumẽtis maioris xiiii. minoris tñ xxv. a' quo nullus cõtractus donationis, uẽditionis, ceſſionis, qetationis, permutationis, & cuiuſcũq; alterius nominis, etiã innominatis, quarũcũq; rerũ, iuriũ, & actionũ, ſine cõſenſu curatoris, & cõſanguineorum p̄ximiorum, & anterioꝝ ætate, & decretũ Põtatis, ut ſupra & iuramẽtum etiã iteratis uicibus p̄ſtitum & receptũ ipſius minoris alr factum nullatenus ualeat, ſed p̄ſumatur dolo ſecũ contrahẽtis & ſui facilitate celebratũ, adeo q̄ in eo ſibi uẽdicet locum diſpoſitio pñtis ſtatuti, etiã quo ad nullitatē ad beneficiũ alterius, qui cũ minore ſe obligaſſet, etiã principalr & in qbuſcũq; renũtiationibus iuramẽto uallatis, quocũq; aſſertorio uel cõfirmatorio, qđ pariter doloſum & fraudulẽtũ p̄ſumat, & quo ad pœnã dupli, & alia in ipſa pñti diſpõne cõtẽta. ¶ Et idē decernimus obſeruãdũ in minore filio fam̃. qui peculium aduẽtitium haberet, de quo pater nullatenus diſponere, quo ad p̄prietatem poſſit, niſi ex cauſa ſupremæ neceſſitatis, ſeruatis tñ ſolennitatibus, de qbus ſupra, & loco curatoris patris cõſenſus requiratur, alias oĩa irritẽtur & in priſtinum reducãtur, & pñs ſtatutum in oĩbus, etiam hoc caſu ſeruetur quãdo cõtractus p̄dicti dupl ci iuramẽto eſſent roborati, ut ſupra, & etiam q̄ iurauerit ſe maiorem, etiã ex aſpectu cõtrarium appareret, quo caſu magis p̄ſumendũ eſt doloſum, & fraudulentũ, & malitioſe celebratũ, quia alias uia fraudibus aperiretur, & malitiis obuiandũ eſt, & eo magis cõtrahẽs acerrime puniri debet, ex quo induxit minorē ad periuriũ. ¶ Declarãtes tñ locum nõ habere in minore xxv. maiore tñ xx. mercium apothecam hñte & artem publicam exercente, etiam q̄ eſſet filius fam, quocũq; in contrarium nõ obſtante.

¶ *De modo contrahendi cum furioſo, mentecapto, et eo cui bonis interdictum eſt.* Rub. XXVII.

ILlud idem ius in precedẽti ſtatuto, De cõtractibus minorum, ſeruandũ pariter declaramus in alienationibus, donationibus, p̄miſſionibus, qetationibus, iuriũ ceſſionibus, & qbuſcũq; aliis cõtractibus, & inſtrumentis, & actibus inter uiuos, qui qũolibet cum furioſo, p̄digo, mẽtecapto, & eo cui qũolibet bonis interdictũ eſſet, ut nullo pacto ualeant, niſi eis curator fuerit datus, & eius pñtia. & duorum conſanguiñ. interueniret, ac pariter decretũ Põtatis. ¶ Et p̄digus is dicatur, cui ab habente in eum iuriſdictionem, bonis interdictum fuit, uel ſi publice præconizatum fuit, ut pro tali habeatur, in locis, in quibus publica p̄clamata fieri ſolent, uel qui male gerit negocia ſua, uel pro talibus fuerint declarati a' regimine Ciuitatis.

¶ De contra-

¶ De Contractibus, & vltimis voluntatibus Mulierum. Rubrica. XXVIII.

MVliebrem ſexum fragilem eſſe, nullus eſt, qui ignoret, ideo ſacratiſſimæ Leges eas ob ſimplicitatem, a' iuris ignorantia ſæpiſſime excuſant, ne ergo in earũ negociis de facili decipiantur. Hac noſtra lege perpetuo futuris tẽporibus ſeruanda diſponimus, oẽs & ſingulos cõtractus, & inſtrumenta, de qbus in pcedentibus ſtatutis, de Minoribus, & ſequenti, de Furioſis fit mẽtio, ab eis quolibet celebrandis nullius eſſe mométi, niſi interuenerit pñtia patris (ſi patrem habet) & uiri (ſi eſt nupta) & ſi uidua, & filios haberet, cum pñtia & cõſenſu filiorum, qui maiores xxv. forent, & ſemper adhibeant duo cõſanguinei pximiores, unus ex latere patris, alius uero ex latere matris, & cũ decreto iudicis, etiã ꝙ dictæ mulieres exiſterent maiores xxv. ¶ Si uero patrẽ nõ haberent, & contractus reſultaret, ad utilitatẽ & cõmodum uiri, a' quo de facile ſeduci põt, uolumus pro eorũ firmitate eſſe ſeruandas oẽs ſolennitates, quæ in cõtractibus a' minoribus celebrandis adhiberi debent, alś ſint nullius roboris & momẽti, etiam ꝙ in eis iuramentũ fuerit adiectũ, oĩno eſſe pſumantur per dolum & metũ extorta, adeo ꝙ nullum ius, nullaq; actio ex eis oriat̃, & ſi quis eo uti uoluerit, incidat in pœnam, de qua in ſtatuto de Contrac. minorũ, & hæc oĩa locum habeant, etiã ꝙ mulieres nuptæ eſſent, nõ ſubiectis noſtræ iuriſdictioni, quo caſu diſponimus, ꝙ tẽpore quo matrimoniũ contrahit̃, in ipſo actu intelligatur ſtipulatũ, ꝙ uir ad obſeruantiã pñtis ſtatuti ſit obligatus, & dicta mulier (ſi in hac ciuitate domiciliũ habuerit) ſubiecta huic legi oĩno intelligat̃, ut dolus & fraus penitus ceſſent, ut a pleriſq; factũ eſſe cõperimus. ¶ Et hæc in actibus inter uiuos ſeruari inuiolabilr̃ mãdamus, niſi eſſet tutrix, uel uidua p uictu & ueſtitu, tam ſuo ꝙ̃ pupilloꝝ contraheret, & in alienatione fructuum, qui ſeruando ſeruari non poſſent, & in locationibus poſſeſſionũ, & domorũ, quo caſu ſufficiat pñtia unius cõſanguinei tñ. ¶ In ultimis uero uolũtatibus, quæ ab alieno arbitrio dependere nõ debent, uolumus tñ eſſe neceſſariam pñtiam uiri, ſi eſt nupta, ſi uero uidua, filioꝝ ſi quos habet maiores, & in omni caſu præſentia duorum conſanguineorum proximiorum, unius ex latere patris, alterius ex latere matris, alś oĩs ultima uoluntas, & diſpoſitio ſit inualida, & locus ſit ſucceſſioni ab inteſtato, & pſumatur facta ad alterius ſuggeſtionẽ, & nõ ex mera & libera eius uoluntate, & pro habenda pñtia filioꝝ, & alioꝝ habentiũ preſtare pñtiam in dictis ultimis uolũtatibus ſola pſonalis reqſitio ſufficiat per nũciũ ſiue Baylũ cõis, facta cuius relatione apud notariũ de ultima uolũtate rogãdo plena eidẽ adhibeat̃ fides, quo caſu illis prius, ut ſup. requiſitis & pñtiam pſtare negligentibus, ſeu nolentibus diſpoſitio oĩno ualeat, ſeruata for. ſtatuti de teſtam. ab oĩbus ſeruanda, & in caſu ꝙ pdicti proximiores aut abſentia, aut egritudine, ſeu alia rõnabili cauſa impediti nõ poſſent pñtiam adhibere, uocent̃ ſubſequẽtes in grãdu loco eorũ, & hiis deficientibus uicini, quæ uocatio neceſſaria nõ ſit ubi primi perſonalr̃ requiſiti ceſſantibus ſupradictis impedimentis comparere & intereſſe noluerint, uel neglexerint. ¶ Idem ius ſeruari uolumus in ultimis uoluntatibus conficiendis a' minoribus xxv. annorum, ut omnis delinquendi occaſio auferatur quibuſcunq; non obſtantibus.

¶ De vendicionibus factis a' Scindico Communis. Rubrica. A

HAc lege ordinamus oẽs uenditiones, quietationes ac donationes, & promiſſiones factæ a Scindico cõis dũmodo pceſſerint ſollẽnia in rebus publicis adhibeñ, ſint firmæ & ualidæ & nullus inde litem faciat cui cõceſſum eſt, & hoc locũ habeat in pteritis pñtibus & futuris.

¶ De filio fam. qui alienauit bona patris ſine licentia. Rubrica. B.

Filium fam. non poſſe alienare, uel quo quo titulo in aliũ trãsferre ſeu alteri pignori dare rẽ patris ſine expreſſa licentia, & cõſenſu paterno decernimus, & accipiẽs teneatur ad reſtitutionem rei ſine aliquo pretio, & hoc uendicet ſibi locũ in pñtibus pteritis & futuris.

¶ Quod mulier non cogatur ire ad palatium ad teſtimonium perhibeñ. Rubrica. XXIX.

HOneſtas non patitur mulieres in iudicium nec in loco reſidẽtiæ officialium publicorum, nec alibi, ubi infamia ſibi ipſis irrogari poſſet cõparere pro redendo teſtimonio, ſed ubicũq; inducitur in teſtem, ſolum teneatur ſe perſonaliter præſentare in eccleſia magis pxima domui dictæ mulieris expenſis & ſumptibus producentis.

ℭ De Mulieribus dotatis. Rubrica. XXX.

MVLIERES dotatas, a' ſucceſſione aſcendentium & tranſuerſalium in omnibus caſibus ſupra ſtatuto de ſucceſſione ab inteſtato excluſas uirtute præſentis ſanctionis eſſe declaramus, & quæ dotatæ non forent, dotari uolumus, & conſequẽter pariter eſſe excluſas, nec ſibi aliquo pacto concedatur actio ad ſupulementum legitime, etiam ꝙ dos ad legitimam nõ aſcenderet de iure cõmuni, dummodo condecenter dotata fuerit, ſecundum qualitatem perſonarum, & qualitatem patrimonii, & conſuetudinem domus, ut pariter dictum extitit in dicto ſtatuto de ſucceſſione ab inteſtato. ℭ Declarantes tamen ꝙ ſi poſtea deceſſerint ille perſonæ, quarum contemplatione excluſæ extitiſſent & bona deuenirent ad fœminas, ne deterioris cõditionis iſtę exiſtant, uolumus illas ſeu earum deſcendẽtes ad portionem eis de iure cõmuni, tẽpore mortis perſonæ a' cuius hereditate, fuerunt excluſæ, cõpotentẽ, admitti ac ſi nunq̃ fuiſſent excluſæ, nec aliqua preſcriptio eis nocere poſſit. ℭ Iniquum enim cenſemus unam mulierem excludi, alterã uero ad hereditatem, & ad portionẽ illi alias ademptam admitti, cum ceſſet omnis ratio excluſionis, propterea uolumus hoc caſu reintegrari, ac ſi nunquã fuiſſent excluſæ. ℭ Addentes ꝙ excluſa una perſona cenſeantur excluſæ omnes aliæ ab ea deſcendẽtes uti ex radice infecta ueniẽtes, ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint. ℭ Volumus inſuper excluſionem non extendi ultra perſonas nominatas & deſcendentes ab eis cum conditione tamẽ ſupra expreſſa, ob quam in ſpecie bona dictæ hereditatis ſint adeo obligata dictis mulieribus, ut ſupra excluſis, ut omnis alienatio ſit perſonæ uocatæ interdicta penitus, & illam nullã nulliuſq; roboris & momenti eſſe uolumus, & ceſſante illa perſona ut ſupra, eiſdem mulieribus actionem concedimus pro recuperatione dictorum bonorum ad quæ reintegrata reperitur contra quẽcunq; poſſeſſorem dũmodo liquide demonſtret eſſe de dictis bonis. ℭ Et dũmodo ab uno fuerint dotatæ, repellantur a' ſucceſſione omnium, uidelicet patris, aui paterni, & aliorum aſcendentium, fratrum, & eorum deſcendentium maſculorum unica etenim dote ſit contẽta, ſiue ſit data, ſiue ſit promiſſa, ſiue deberet ſibi dari, ut ſupra in hoc ſtatuto, & pariter in ſtatuto de ſucceſſionibus ab inteſtato fuit facta mentio. ℭ Quod inuiolabiliter obſeruari uolumus, etiã ꝙ dictæ mulieres eſſent nuptæ forenſibus, uel perſonis, quæ uirtute priuilegiorum non ſubiacerent iuriſdictioni noſtri Communis uel nuptui traderẽtur, quia in ipſo tranſitu in aliena iuriſdictione uolumus præſumi factã renuntiationẽ per dictam nuptam & dotatã omnibus bonis ſupradictis & ſi in aliquo caſu nõ cõcordaret preſens diſpoſitio cum ſtatuto de ſucceſſionibus ab inteſtato uolumus hanc ſecundum illud declarari, ita ut in nullo caſu intelligatur derogatũ.

ℭ De Reſtitutione dotis. Rubrica. XXXI.

QVONIAM mulieri ſoluto matrimonio ob mortem uiri, conceſſa eſt facultas libera ad ſecũda migrare uota, dicente Apoſtolo, Mortuo uiro nubat in Domino, melius. n. eſt nubere q̃ uri. Ne ergo libertas prædicta auferatur, ob difficilem dotis exactionem, ordinamus ut elapſo anno a' die mortis uiri computañ. dos ab heredibus mariti, una cum lucro ſibi a' ſtatuto delato, omnino reſtituatur, ſi in pecunia, mobilibus, uel ſe mouentibus, ſi autem in immobilibus incontinenti. Et ad id ſummarie ſimpliciter & de plano a' Domino Poteſtate compellantur, & durante anno debeat alimentari de bonis uiri prædefuncti, ea exiſtente in uiduitate, operas tamen ſuas ſecundum conditionem perſonarum & familiarum communicando. Et ſi nõ uoluerit una cum heredibus in domo uiri ex aliqua rationabili cauſa, moram trahere, uel cum honeſtate non potuerit, dentur alimenta alibi arbitrio iudicis, quæ p̃ſtentur donec reſtitutio dotis cum effectu fuerit facta. Si uero alteri reſtitutio fieri deberet, heredes mariti eiſdem terminis reſtituant, quibus receperunt. ℭ Quo priuilegio gaudeant ſi filii communes heredes remanſerint, & matri dos reſtitui deberet, ne ob dictam reſtitutionem depauperentur. ℭ Et ſi pater per aliquod tempus ſine dote onera matrimonii ſuſtinuit, æquum eſt ut filii dote fruantur, & cum eorum commodo reſtituant poſt mortem patris. ℭ Teneatur

inſuper uxor, ſeu alii quibus fieri oportet dicta reſtitutio, accipere omnes ueſtes ad uſum, & ornatum dictæ mulieris factas, prout tempore reſtitutionis erunt extimatæ per duos probos uiros communiter eligendos, & non poſſit mulier lucrari, uel retinere aliquam ueſtem, uel aliud ad ſui uſum factum, ſub aliquo prætextu luctus, niſi de uoluntate uiri, uel hæredum, cunctum autem a' muliere illatum in domo uiri, ſiue extimatum, ſiue inextimatum, reddatur quale extabit tempore mortis mariti, ſine aliqua fraude, uel retentione. ¶ Teneantur autem heredes mariti dictam uxorem ueſtire pannis lugubribus condecentibus, tempore quo remanſerit uidua, quocunq; in contrarium non obſtante.

¶ De Venditione rerum Dotalium. Rubrica. XXXII.

STATVIMVS, & ordinamus q uenditiones, quietationes, & alienationes quocūq; modo factæ fuerint de rebus dotalibus a' uiro & uxore, de communi eorum uoluntate, in præiudicium ipſorum ſcilicet, uiri & uxoris tantum, ſint firmæ, & ualidæ, dummodo uxor, uel eius heredes habuerint aliam rem loco illius, uel in inſtrumento confeſſi ſint eis, aut eorum cuilibet aliam rem fuiſſe aſſignatam, uel precium rei uenditæ habuiſſe, uel recepiſſe, quibus caſibus non liceat uiro nec uxori ullo unquam tempore mouere litem, & quæſtionem, emptori dictarum rerum dotalium, per ſe, nec eorum hæredes, aut cui conceſſerint, per ſe uel aliam perſonam ab eis ſubmiſſam, uel ſubmittendam. ¶ Et ſi contrafecerint nō audiantur aliquo modo, dummodo requiratur prius conſenſus illius qui dedit dotem, & quo ad præiudicium mulieris fuerint ſeruata ſolēnia, de quibus in ſtatuto ſupra de Contractibus mulierum, aliter minime ſibi noceat.

¶ De Lucro Dotis deferendo viro per mortem vxoris, & vxori per mortem viri. Rubrica. XXXIII.

SPE Lucri, homines ſæpe ad ſubeunda onera alliciuntur, ut facilius igitur ad contrahenda matrimonia diſponantur, & leuius eiuſdem onera ſupportent, hac noſtra ſanctione ordinamus, q decedente uxore ſine filiis, ſeu filiabus de ſuo corpore legitime natis, quod tunc & eo caſu, uir lucretur dimidium dotis, de alia uero medietate, uxor poſſit ad ſui libitum diſponere, de qua medietate uxoris, detrahantur expenſæ ſepulturæ, & funeralia. ¶ Declarantes id non habere locum in ſponſa nondum ad domum uiri traducta, & nondum cōſumato matrimonio uere. ¶ Et ſi non ſteterit in domo uiri per octo menſes ad minus, & uir ſubſtinuerit onera matrimonii, alias eidem lucrum prædictum non concedatur, ſed ſeruetur ius commune. ¶ Quod lucrum marito minime debeatur, ſi dictam uxorem maritali amore non tractauerit, ſed male ſe geſſerit, & in eius infirmitate curā nō adhibuerit, & neceſſaria ſubminiſtrauerit. Et hoc intelligatur in uxore decedente ſine filiis in primo matrimonio. ¶ Si uero deceſſerit uir prius relictis filiis, ſeu filiabus, & illa ad ſecunda uota conuolauerit, nolumus uirum ſecūdum, hoc caſu, lucrari plus quam ſit legitimā, unius ex filiis primi matrimonii, nec plus iſto caſu dicta mulier poſſit ſecundo uiro relinquere in eius ultima uoluntate, in præiudicium filiorum primi matrimonii, ſi ex dicto ſecundo uiro filios non reliquerit. ¶ Et ſi autem filii utriuſq; matrimonii, uel plurimorum extabunt, tunc æqualiter ſuccedant, nec mater poſſit filiis unius matrimonii plus relinquere quam aliis, ſed æqualiter inter ipſos maſculos diſponat p uirili, ita quod nepotes ex uno filio omnes ſubintrent perſonam patris pro portione patris, & non ultra. ¶ Filiæ autem fœminæ ſi fuerint dotatæ, uel habeant unde dotentur, ſtent tacitæ, & dotæ ſua contentæ, & hoc caſu, parētes nihil relinquere teneantur, nec ab inteſtato ſuccedāt. ¶ De bonis autem non dotalibus, ſed quæ prouenerunt aliunde ad uxorem poſſit mulier diſponere, ſeruata forma tradita ſuper ultimis uoluntatibus teſtantium.

¶ *De Donationibus.* *Rubrica.* XXXIIII.

VIdimus ſæpe Donationes, & alienationes rerum immobiliũ, cum dolo & fraude celebratas, animo delinquendi, & aliquando ab aliqua ſimplici perſona, per uim & metum extorta, ſeu ad donandum, uel alienãdum, blandis uerbis inducta. Volentes igitur huic morbo occurere, præſenti lege inuiolabiliter ordinamus, ꝙ nulla perſona de dicta Ciuitate, uel in ea habitans, poſſit aliquo modo, uel queſito colore alicui donationem facere, de aliqua re mobili, uel immobili, ſine D.P. licentia, & interuentu duorum proximiorum, & etate anteriorum conſanguineorum, & inſinuatione. ¶ Si fuerit rerum immobilium cuiuſcunq; ualoris, mobilium uero excedentium ſummam. 50. florenorum, & ſi eidem uel, patri & filiis fuerint factæ plures donationes ſine ſolẽnitatibus prædictis infra dictam quantitatem accumulentur ad inducendum fraudem. ¶ Et ſi aliter factum fuerit, res donata remaneat proximioribus conſanguineis uſq; in tertium gradum. ¶ Et ſi non adeſſent dicti cõſanguinei, ramaneat dicto Communi Maceratæ pleno iure.

¶ *De Teſtamentis, & ultimis uoluntatibus.* *Rubrica.* XXXV.

LIcet Diuino, humanoq; iure unicuiq; perſonæ liberæ, maiori 14. & ſane mentis, poſſe ad eorum libitum de ipſorum bonis, in ultima uoluntate diſponere, habita ſemper liberorũ conſideratione, ad quos naturali ratione bona paterna deferri deberent, conceſſum fuiſſe, nemini dubium eſt. Et quia in ultimis diſpoſitionibus fraudes cõmitti ſolebant, de facili etenim poſt mortem alicuius teſtamentum ſub rogitu alicuius notarii fiebat duobus teſtibus, in eo deſcriptis, & qui in rerum natura nõ reperirentur, ob quod ſæpe ſui maiorum ſucceſſione priuati fuere, ut experientia quæ rerum eſt magiſtra, nos docuit, & ideo per leges latores occaſionẽ delinquendi auferre uolentes, diuerſas ſolẽnitates ad ualiditatem ultimarũ uoluntatum excogitarunt. Quas tamen malitia hominum Deum non timentium Diabolica aſtutia ſuperauit, illorum igitur exẽplo fraudibus obuiare cupientes, hac firmiſſima lege ſancimus. ¶ In primis ꝙ in teſtamentis ſaltem ſeptem teſtes idonei adhibeant, uocati & ab ipſo teſtatore ſpecialiter rogati. Inter quos etiam Clerici & Religioſi adhiberi poſſint. ¶ Et quia a' ſacris Canonibus introductum reperitur, ꝙ duo, una cum Presbytero parrochiali ſufficiant, & inter Doctores longa fuit diſputatio, an quatuor ſufficerent. Nos uolentes ambiguitatem prædictam de medio tollere, & maxime quia hodie Sacerdotes parrochiales curam eis commiſſam, ut plurimũ dereliquere, & ideo periculoſum ſit, teſtamenta cum dicta ſollẽnitate fieri ordinamus, ꝙ etiam ꝙ parrochialis preſens ſit, nihilominus ſeptem teſtes requirãtur. ¶ Volumus etiam ꝙ ipſe teſtator teſtes cognoſcat, & proprio nomine quemlibet uocet, nec ualeat ultima diſpoſitio, nec per teſtes poſſit releuari, niſi in continenti fiat examen, citatis uenientibus ab inteſtato, ne ipſi indebite hæreditate priuentur, alias ſit nullum, & res ab inteſtato deducatur. ¶ In alia uero quauis ultima uoluntate quinque teſtes requirantur, nec minor numerus ſufficiat, & Notarius de ea rogetur, & ab ipſo teſtatore omnia exprimantur, & ad aliorum interrogationem facta, niſi teſtator proprio ore expreſſerit, exequi non debeãt, nec ſatis ſit, ꝙ per uerba, ſi, uel non, ſeu ꝙ nutu uoluntas demonſtretur, prout in articulo mortis conſtituti alio mentes habentes, cõtra eorum ueram intentionem ſcriptum fuiſſe compertum eſt. ¶ Et quia a' legibus data eſt parentibus maſculis pro liberis in poteſtate, & in pupillari ætate conſtitutis teſtamenta cõdere, ſed diu dubitatũ exſtitit, an per eam mater, a' luctuoſa filii hæreditate excludatur, maxime in pupillari, in breuiloqua, ſeu compendioſa comprehenſa. ¶ Nos igitur uiam litibus adimere uolẽtes, hac lege ſancimus, ꝙ ſi ſubſtituti ſunt de aliis liberis, ſeu de fratribus defuncti, ex fratre, ſeu alii de agnatione uſq; in tertiũ gradũ, aut nepotibus, ſeu aliis perſonis, per quas ab inteſtato mater excluderetur, prout in ſequenti ſtatuto, ꝙ per talem pupillarem comprehẽſam in cõpendioſa omnino mater excluſa fauore illorum de agnatione intelligatur, ut bona in ea conſeruentur. ¶ Si uero alii fuerint ſubſtituti eo caſu legitima matri deferat, a' qua etiam expreſ-

ſe per

ſe per ipſum teſtatorem priuari non poſſit. Declaramus inſuper q ubi liberi primi gradus, grauati ſunt fideicōmiſſo, in euētum q ſine liberis deceſſerint, poſſint tantūmodo illius heredes legitimam detrahere, & ſic unā quartam. ¶ In aliis uero ius cōmune, & uoluntas teſtatoris quæ pro lege habetur oino exequatur, uiſa ultima uolūtate, ſummarie, ſimplr, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, uiſa tali ultima uoluntate ſolēniter facta, oēs ambiguitates ex ea ſurgentes finiantur infra octo dies quibuſcūq non obſtātibus. ¶ Addentes inſuper q in teſtamentis minorum xx. neceſſaria ſit pñtia duorum conſanguineorum, unius ex latere patris, alterius uero ex latere matris, ut in teſtamentis mulierū ordinatū extitit. Cui ſtatuto ex hoc nolumus eſſe derogatū. Et hoc ſtatutū obſeruari uolumus, etiā q ciues & incolę huius noſtræ Ciuitatis alibi q̄ in ipſa ciuitate Maceratæ, & territorio ultimā eorum diſpōnem facerēt, & ſi ibi aliud ius ſeruaretur, quo caſu nō ſeruata ſolēnitate pñtis ſtatuti, & ſi mulier ſit, ſtatuti de cōtractibus mulierum, diſpoſitio eorum inualida ſit, & ipſi pro inteſtabilibus oino habeat uirtute pñtis ſtatuti.

¶ De Inuentario per heredem beneficiatum conficieñ. Rubrica. XXXVI.

HEredi uolenti uenire ad ſucceſſionem defuncti, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ne hereditas, dānum ſibi afferat, illam adeat cum beneficio inuentarii à lege inducto, & ſic adita, non tenebitur ad debita, & legata, ultra uires hereditarias. Volumus tamen ut dictū inuentarium ſibi proſit, teneatur illud inchoare, & finire, infra menſem, à die aditæ hereditatis inchoañ. oium rerum & bonorum exiſtentium in Ciuit. Maceratæ & eius diſtrictu. De bonis uero & rebus alibi ſitis infra duos menſes computañ. à die aditæ hereditatis, quæ poſtq̄ ſibi eſt delata, & ei innotuerit, infra duos menſes teneatur adire, ſi uoluerit frui dicto beneficio, inuētariumq prædictum fiat uocatis creditoribus, de quibus notitiā heres habuerit, & legatariis, in principio & in fine, & in eius confectione fiant tria bānimenta, diuerſis tamē diebus apud banchum iuris, quibus omiſſis, legis auxilio minime iuuetur.

¶ Quod liceat fideicōmiſſarijs vendere bona defuncti pro executione teſtamēti. Rub. XXXVII.

PVblice intereſt, ut ultimæ defunctorum uoluntates, executioni demādentur ab illis, de quorum diligentia & fide teſtator confiſus eſt, iccirco ſtatuimus q fideicōmiſſariis pro exequenda uoluntate defuncti, liceat uendere bona perſonæ defunctæ bona fide, & ſine fraude, etiam inuito, & contradicente herede, ſeu bonorum poſeſſore, uel alia perſona, quæ ab inteſtato ſuccederet, dūmodo tamen quādo hæc fiunt & procedunt inuitis, & contradicentibus heredibus & ſucceſſoribus pdictis, fiant de ſcientia, uoluntate, & licentia Poteſtatis, ſeu eius aſſeſſoris, & requiſitis conſanguineis proximioribus defunctorū, ſaltem quatuor, uel heredū, ſi uolunt emere talem rem uenalem iuſto pretio, & bona fide, pro executione pdicta, & aſſignetur eis termi nus arbitrio Poteſtatis ſeu aſſeſſoris. Qui officiales teneatur cogere Notarium ad exhibēdum ſcripturam ultimæ uoluntatis. ¶ Item q oēs & ſinguli officiales noſtri Cōmunis teneatur & debeant incontinenti poſtq̄ fuerint requiſiti ad requiſitionem cuiuſcūq requirentis cuius aliqualiter intereſſet cogere, & cogi facere totis uiribus quēlibet notarium rogatū de qualibet ultima uoluntate ad illam exhibeñ. & tradere copiā in totum uel in parte, prout requirenti expedierit, ſoluta ei competenti mercede, precedente taxatione arbitrio Poteſtatis uel aſſeſſoris faciendа, ſecundum conſuetudinem noſtræ Ciuitatis. Et idem ſi ſcriptura ultimæ uoluntatis penes aliam perſonam reperiretur, illam exhibere, & copiam facere compellatur, iuris remediis opportunis, quocunq in contrarium faciente, non obſtante.

¶ De Succeſſione ab inteſtato. Rubrica. XXXVIII.

SI, aliquis, uel aliqua ab inteſtato deceſſerit remanentibus, poſt ſe filio uel filiis natis, uel in utero exiſtentibus, maſculis legitimis & naturalibus, hi ſuperſtites prædictis defunctis ulr ſuccedant, excluſis penitus filia & filiabus natis, uel naſcituris dotatis, & nō dotatis nec nō de

mientibus iura auxilium præſtant A I excitañ. ergo negligentiam inertium, & ut Ciues, & ha/
bitatores huius noſtræ Ciuitatis ſolertiores ſint ad perquirendum bona ſua .pñti noſtro ſtatu
to ordinamus, ꝙ ſi aliquis rem immobilem poſſederit bona fide, & iuſto titulo per triennium
præſente eo, qui poſtmodum ſe dominum fuiſſe aſſerit illius dominiũ firmiter querat; Si uero
abſens fuiſſet, ſpacio decem annorum. Si uero rem immobilẽ ſpacio: x. annorum inter pñtes.
inter abſentes uero. xx. annorum concurrente bona fide, & iuſto titulo, ſi aũt bona fide ſine ta
men titulo, pacifice & quiete publice, & palam poſſederit per annos triginta liberum eſſe uolu
mus ab omni moleſtia, exceptis rebus minorum, & dotibus, & bonis eorum qui toto tẽpore a'
ciuitate abſentes fuere, uel maiori parte dicti tẽporis, adeo ꝙ iuſta ignorantia excuſari poſſet.
¶ Naturalis etenim ratio non promittit, ut non ualenti agere currat preſcriptio, iura uero &
actiones ſpatio. xvi annorum preſcribantur. Volumus etenim ꝙ habens aliquam actionẽ rea
lem, ſeu perſonalem contra alium conterrigenam, & ipſam perſonam realiter & perſonaliter
obligatam, debeat infra dictum tempus deduxiſſe a' die die celebrati inſtrumenti, ſeu apocæ
computañ. alioquin tranſacto dicto tẽpore abſq; legitima interruptione cadat ab omni iure &
actione. Quæ exceptio in qualibet parte iudicii obſtet, & allegari poſſit, & iudex ſeruare tenea
tur omnino, exceptis illis qui docuerint rationabili impedimento fuiſſe impeditòs, uel coa/
ctionis metu & uiolẽtiæ, aut aliam ob manifeſtã prauitatem. ¶ Et pariter ſaluos eſſe ab huius
diſpoſitione, uolumus minores xxv. annis, & dotium & hoc uendicent ſibi locũ in actionibus
prouenientibus ex inſtrumẽtis, & etiam deſcẽdentibus ex ultimis uolũtatibus, quæ non intel/
ligantur remiſſæ, niſi cum lapſu xx. annorum. ¶ Ab his tamen excipimus contractus hebreoꝝ
& aliorum uſurariorum, qui tantum ſpatio ſex annorum preſcribantur, cum non ſit credendũ
ꝙ tanto tempore ſteterint niſi eſſet eis facta uera ſolutio, cum ut experientia cõpertum eſt, etiã
ꝙ debitores ſatisfecerint, nihilominus cõtractus aliter non caſſant, ideo plena liberatio ex la/
pſu dicti tẽporis inducatur ex iſta preſumpta ſolutione, ueluti ex uera induceretur, etiam ꝙ in
omnibus dictis caſibus in contractibus iuramenta eſſent præſtita, quæ intelligantur trãſactis
dictis temporibus dictos cõtractus caſſos nullos abolitos per uim & metum, ac dolum ab ini/
tio celebratos, & extortos, & per ueram ſolutionem penitus ſublatos, & uirtute pñtis ſtatuti de
uoluntate partium a' iuramenti nexu protinus liberati, adeo ꝙ ex eo nullum ius ipſis quoquo
modo debeatur, quacunq; diſpoſitione in contrarium facienti non obſtante.

¶ *De executione inſtrumẽti annotati in libro veritatis.* Rubrica. XXXXII.

PRomptiores homines efficiuntur ad contrahendum, & in neceſſitatibus ad ſubueniendum
unus alteri, quotiens iudices remotis exceptionibus, & friuolis cauillationibus, quas re. ad
procraſtinandum ſolutiones contra inſtrumenta ne celeriter, ut res expoſtulat executioni de/
mandentur, fauore igitur publico, & ut negocia euitare nemo preſumat hoc noſtro ſtatuto in
perpetuum quantum humana fragilitas patitur ualituro, ordinamus ꝙ ordine, & ære publico
ematur liber, & intituletur liber Veritatis, & ponatur in Cancellaria, & archiuio cõmunis ſub
cuſtodia Cancellarii, qui nunꝙ poſſit de dicta cancellaria ſeu archiuio extrahi, ſub pœna ipſi
Cancellario centũ ſcut. auri cõmuni Ciuit. Maceratæ applicañ. Et in illo libro a' notario roga
to de aliquo contractu alienatione, obligatione notetur & deſcribatur talis contractus ſeu ob
ligatio, & in ipſa ſtipulatione notarius dicat, ꝙ ille ſe obligat, ad librũ ueritatis. Quo caſu in/
telligantur in eo ſtipulatum, preceptum quarantiſiæ, obligatio in ampliori forma Cameræ &
omnes aliæ clauſulæ ad faciliorem executionem dicti inſtrumenti, tendentes etiam ꝙ in ſtipu
latione non ſint ſpecificatæ, ſed expreſſe intelligantur ex eo ꝙ fuit facta ſtipulatio ad librũ ue
ritatis, & ex eo illi contractui & obligationi in fauorem illius ob cuius inſtantiam fuit celebra
tus competent omnia priuilegia quæ quomodolibet concedi poſſent, & conſiderari poſſunt in
quouis contractu, ſub quouis nomine olim cõceſſa reperiuntur, & in poſterũ concedi poſſent.
Et perſona ita obligata ad dictum librum pro quacunq; re, ſeu quantitate facta fide per bulle
ttam extra iudicialiter de dicta obligatione manu Cãcellarii noſtri cõmunis in continẽti ſine
aliqua debitoris, ſeu obligati requiſitione dictus Poteſtas ſeu officialis procedat ad executionẽ

realem & perſonalem ad ſenſum & uoluntatem creditoris de facto,& ſine aliqua citatione & detineri in carceribus,& non reſtituere libertati etiam cum fideiuſſione,ſeu cautione niſi creditor fuerit concordatus de ſorte,& expēſis.Quam executionem dictus Poteſtas,& officiales facere teneantur,& debeant infra quinque dies poſtq̃ ſibi bulletta fuerit preſentata. Et ſi negligentes (q in dictis tēporibus nō executi)fuerint,incidat D. Poteſtas in pœnam quinquaginta librarum,ponēdarū ad computū dicti D.Poteſtatis pro qualibet uice. ¶ Et ad cognoſcen. an in dicto termino executionem fecerit M.D.P. faciāt ſcribere ad requiſitionē creditoris ſine aliqua dilatione modo delapſu dictorum quinque dierum fidem habeāt a' notario banchi Ciuilium,qui quidem notarius ciuiliū ſe rogare debeat de dicta pñtatione,& cōmiſſione executionis quam fecit Poteſtas,uiſa dicta fide,& D.Priores faciant ſcribere in dicto libro pœnam a' Poteſtate incurſam ob cauſam prædictam,& Cancellarius non ſcribens eādem pœnam incurrat. ¶ Addentes q eandē executionē habeāt,& ſibi eadē iure cōpetāt ueluti publico inſtrumēto ſi quis ſcripſerit ſe debitorem ad dictum librū cum ſubſcriptione duorū teſtiū aduenientē tempore eorū crediti,& acceperint bullettā manu Cācellarii. ¶ Et ſi fuerit facta executio realis pro debito,ſeu pro alia cauſa in contractu contenta, tunc dicta executio ſono tubæ præcedente alienetur,ſi uendi poterit,ſin autem per duos uiros prouidos per D. Poteſtatem approbatos extimetur,& extimata creditori detur & aſſignetur,& Poteſtas teneat prædicta obſeruari facere ſub pœna prædicta,& uirtute præſtiti iuramēti,& nihilominus poſſit redire ad perſonalem,quia una uia electa,alia tolli non poteſt,habita prius fide de bulletta manu Cācellarii & M.D.Priores una cum aduocatis teneantur omnia prędicta tueri,etiam coram R.D.Legato,ſi opus fuerit. ¶ Et ſi contingat notarium de tali contractu mortuum,uel abſentē uel aliter legitime impeditum,tunc Cancellarius cōis poſſit caſſare & circūdare inſtramentum prædictū ſeruatis ſeruandis,uidelicet,ſubſtantialibus iuris,nec dicta de cauſa debitor,ſeu heres in futurum amplius non moleſtetur. ¶ Non intēdimus ob prædicta uelle facere preiudiciū capitibus ſolidorum ſoluen. notario cauſarum bāchi Ciuiliū dicti Cōis pro bulletta Cancellarius recepiſſe debeat bolen.duos,& non ultra pro ſua mercede. Notarius uero qui fecerit ſeu ſcripſerit habeat,ſi contractus aſcendet ad ſummam.xxv. florenorum bolen.decem, ab inde ſupra, cuiuſuis ſit quantitatis bolen xx.& non ultra,& ſi quis contra fecerit,ſubiaceat omnibus pœnis contentis in ſtatuto de habentibus litigium cum Cōmuni,& eandē mercedem conſequi poſſit Cancellarius pro bulletta apocæ priuatæ cum obligatione ad dictum librum de qua ſupra,& non ultra. ¶ Et ſocius miles D. Pōtatis,& alii officiales nil accipiāt de dictis executionibus,& accipientes incurrant pœnam.x.librarum,& ponatur ad librum Poteſtatis,& Notarius rogatus de dicto contractu ad librum ueritatis recepta competenti mercede, & requiſitus debeat & teneatur in præſentia duorum teſtium infra quinque dies poſt dictam requiſitionē ſcribere in dicto libro Veritatis contractum,ad inſtantiā partis petentis,& cuius intereſt,& intereſſe poſſet in futurum,ſub pœna.x.lib uice qualibet,qua negligens fuerit incurrēda. ¶ Contractū uero non obligatum ad librum ueritatis recepta cōpetenti mercede teneatur in publicam formā redigere & reſtituere uolentibus infra decem dies,poſt requiſitionem factam,ſub dicta pœna ſoluēda,ut ſupra contenta cōtra quod inſtrumentū ad librū ueritatis nō poſſint opponi,niſi tres exceptiones uidelicet,ſolutionis,falſitatis,& uſurariæ prauitatis,ad quas, ſeu aliquam earum legitime proban.& probatas habendum per omne genus,& ſpeciem probationū aſſignetur terminus quinque dierū dicto excipienti,& ſi in dicto termino in probatione defecerit,amplius non audiatur,& incidat in pœnā in ſtatutis de hac materia loquētibus contentā,& in libris decem,pro iniuria,& ad intereſſe dāna,& expenſas parti teneatur, & de facto ab eo exigatur,& interim ſemper reus ſtet detentus & non relaxetur,

¶ *De Noui operis nuntiatione.* Rubrica. XXXXIII.

NVntiationem noui operis iactu lapilli, ſeu de mandato Poteſtatis, uel alio quouis modo a' iure permiſſo factam, ſpernendam nō eſſe,pñti lege decernimus, & ideo operarii Domini Poſſeſſores, uel aliæ perſonæ nouum opus fabricantes facta nūtione ab opere ceſſent, ſine

licentia

licentia Poteſtatis pœna centum librarum deñ. pro qualibet, & nihilominus omne edificium ſeu opus factum demoliatur & in priſtinum reducatur. Si uero nuntiatus comparuerit coram Poteſtate citata parte, & facta deſignatione loci in quo opus facit, & promiſſione de demoliẽdo in caſu ſuccũbentiæ poſſit impune opus conſequi, & deinde in cauſa ad ulteriora procedatur per iudicem ex ſuo officio extraiudicialiter ſummarie ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ac ſola facti ueritate inſpecta, & terminum det utriq; parti quinque dierum ꝓ prima, ſecunda & tertia dilatione ad probandum, & probatum habẽdum per omne genus ꝓbationum, quæ dilatio non poſſit prorogari, nec de nouo dari ultra duos dies, etiam ſi iuſtum allegauerit impedimentum, & demum publicetur totus proceſſus, & detur terminus trium dierum ad opponendum, & oppoſita probañ. & probatum habendum per omne genus & ſpeciẽ probationis, etiam per inſtrumentum, qui terminus non poſſit prorogari, nec de nouo dari ultra duos dies, etiam ſi iuſtum allegaretur impedimentum, deinde detur terminus trium dierũ ad allegandum, & ultimo feratur ſententia prout iuſtitia ſuadebit.

¶ *De adeunda, vel repudianda hereditate, & de tempore dato ad repudiandum.* *Rubrica.* XXXXIIII.

DEfunctorum ultimæ diſpoſitiones, ne diu in ſuſpenſo ſint in detrimentũ creditorũ, & aliorum quibus expedit, ut adeatur, uel repudiet, hoc p̃nti ſtatuto ordinamus, ꝙ ubi alicui delata eſt hereditas alicui ex teſtamento, & ille ſciat ſe inſtitutũ, & teſtatorem defunctum teneat illam adire uel repudiare infra annum, & interim ſibi cenſeatur datum tempus ad deliberandum, nec poſſit ſe dicto tempore durãte quoquo pacto immiſcere in adminiſtratione bonorũ dictæ hereditatis, ſed per Poteſtatem detur curator hereditati iacẽti, qui ſuſcipere debeat onus adminiſtrationis facto per eum inuẽtario. ¶ Elapſo uero anno, & nõ declarando animũ uelle adire, & adeundo repudiaſſe diiudicañ. erit, & ſi alius non erit ſcriptus heres uenienti ab inteſtato deferatur ſaluis ſemper manentibus legatis, & aliis diſpoſitionibus in teſtamento factis, qui & ſi adierit cum beneficio legis, & inuentarii, & inuentarium conficiat, & hereditas dãnoſa ſit ob legata, & alia relicta in teſtamento facta & fideicomiſſa liceat ei retinere quartam Trebelleanicam, ſeu falcidiam, ac ſi eſſet ſcriptus heres in ipſo teſtamento, & quemadmodum dicto heredi ſcripto retentio daretur, & durante anno dato ad deliberañ. nõ poſſint hereditaria bona ab aliquo creditore ex quauis cauſa capi, & in eis exequi. ¶ Si uero fuerit heres ab inteſtato pariter eidẽ annum concedimus ad adeundum, uel deliberandũ, & repudiaſſe intelligatur, ſi in dicto termino tacite per immiſſionem, uel expreſſe declarando animum ſuũ adiuiſſe manifeſte apparebit, quo anno elapſo á die notitiæ ſibi eſſe delatũ, & non aditum, ſequẽs in gradu admittatur. Si uero ignorauerit delatã ſibi fuiſſe hereditatẽ, non excludatur niſi ſpacio xx. annorum, quo tempore omnis actio ſibi quomodolibet cõpetens intelligatur penitus ſublata, & ſcientia preſumatur, ubi quis in ciuitate publice, & palam pro mortuo habetur, & ille qui pretendebat ſe eſſe ꝓximiorem quaſi continuo in hac ciuitate moram traxit cum conſanguineus facta conſanguinei ſcire preſumatur, quocunq; non obſtante.

¶ *De ſolutionibus ſcripturarum.* *Rubrica.* XXXXV.

NE indebite grauentur, qui coram noſtris iudicibus lites agunt, hoc noſtro ſtatuto diſponimus quo modo ſe gerere debent Notarii pro mercede actorum & aliarum ſcripturarum & bayuli pro citationibus.

In primis baylo Cõmunis pro citatione unius hominis conſequi poſſit, denarios duos, abinde uero ſupra deñ. unum pro quolibet citato, & non ultra.

Item Notario actuario Banchi, pro relatione unius citati deñ. duos, & eſſent plures denarium unum, pro quolibet citato.

Item pro præſentatione dicto notario deñ quatuor a' qualibet parte.

Item pro contumatia citati, & non comparentis, deñ. ſex, ſi uero eſſent plures in eodem proceſſu deñ. duos pro quolibet.
Item pro banno, Notario ſolidos duos, & duos alios ſolidos Preconi.
Item pro cōmiſſione notificationis, & relationis dicti banni, octo denarios.
Item pro pronuntia tenutæ, denarios duodecim.
Item pro mercede executionis relatione & notificatione tenutæ datæ intra ciuitatem, duos ſolidos, ſi uero extra, ſolidos quatuor.
Item pro ſcriptura Notarii, ſi data fuerit petitio, pro ipſius petitione, & regiſtratione ſol. duos.
Item pro capitibus ſolidorũ, tam in contumacia, q̃ in litis conteſtatione a' qualibet parte, uidelicet, ſi pars erit cōtumax, petens ſoluat deñ. duodecim. Si uero ambæ erunt pñtes, ſex deñ. pro qualibet libra denariorum, uſq; ad libras centum. Ab inde ſupra uſq; ad ducentas libras denarios quatuor, p qualibet parte, & qualibet libra denariorũ. Ab inde ſupra uſq; ad 500. libras denarios, tres pro libra, qualibet, & a' qualibet parte. Ab inde ſupra quantæcũq; fuerit quantitatis, non excedat ſummam xxv. librarum denariorum, ſoluendarum Notario pro capitibus ſolidorum. Quæ capita ſolidorum in contumatia ſoluantur tempore executionis faciendæ, uel tempore datæ tenutæ. In aliis uero caſibus, ſoluantur tempore cōteſtationis litis, a' quorum capitum ſolidorum ſolutione, neminem immunem eſſe uolumus, niſi pia cauſa, & perſonæ miſerabiles.
Item pro productione exceptionum, uel poſitionum, ſoluatur modo infraſcripto uidelicet pro prima exceptione, ſeu poſitione, ſeu replicatione, denarios ſex, & pro qualibet alia deñ. duos Et tantũdem ſoluatur pro reſponſitione poſitionis per reſpondentem.
Item Notario pro regiſtratura dictarum exceptionum ſeu poſitionũ, & omnium aliarum ſcripturarum producendarum, pro qualibet pagina ſolidos quatuor, & quælibet pagina debet eſſe de 50. lineis, de decem dictionibus quælibet linea.
Item pro copiis dandis petentibus, ſolidos tres. pro qualibet pagina.
Item pro quolibet teſte pducendo a' partibus, & iuramento, uidelicet pro primo, ſex denarios pro aliis denarios duos, pro quolibet.
Item pro examinatione cuiuſlibet teſtis, ſoluatur ut ſupra, ad rationem paginæ.
Item pro iuramento dando uel referendo a' qualibet parte, ſex deñ.
Item pro termino dando in quacunq; parte litis, quatuor denarios.
Item pro ſententia interloquutoria, ſi cauſa fuerit a' 100. ſolid. ſupra, uſq; ad lib. x. ſolid. unũ a' qualibet parte, a' x. lib. ſupra uſq; ad xxv. lib a' qualibet parte ſolidos duos a' xxv. uſq; ad 50. a' qualibet parte ſolid. tres, a' 50. uſq; ad 100. a' qualibet parte ſolid. 4. Ab inde ſupra uſq; ad 200. lib. a' qualibet parte ſol. ſex. Item ab inde ſupra, uſq; ad 500. lib. a' qualibet parte ſol. octo. & ab inde ſupra quantacũq; fuerint quantitas a' qualibet parte ſolid. decem.
Item pro ſententiis diffinitiuis ſoluatur duplum in quolibet caſuum, & pro qualibet partium prædictarum.

FINIS SECVNDI LIBRI.

IN DEI NOMINE

LEGVM MVNICIPALIVM CIVITATIS MACERATAE DE MALEFICIIS LIBER TERTIVS FOELICITER INCIPIT.

De quibus Maleficijs, & Delictis per inquiſitionem procedi poſſit. Rubrica. I.

AB OMNIBVS & ſingulis Rectoribus, & officialibus, præſentibus, & futuris Ciuitatis Maceratæ, hoc precipue uolumus obſeruari, qui de Maleficiis, ſeu delictis quibuſcũq;, cuiuſcũq; ſint ſpeciei, uel generis quomodocũq; & qualitercũq;. & ubicũq;, ſiue in Ciuitate, territorio, & diſtrictu, ſiue extra etiam puinciam, & ſtatum Eccleſiaſticum, in quacũq; mundi parte per ſubiectum ſtatutis Ciuitatis qũolibet cõmiſſis, faciendo, mandando, ſuadendo hortando, ante, poſt, & in ipſis delictis, ſi cõmiſſa fuerint per trienniũ ante neq; per modum & uiam accuſationis, ſeu denũtiationis, uel inquiſitionis coniunctim, uel diuiſim, neq; aliter qualitercũq; audeant, uel preſumant cognoſcere, uel pcedere, uel ſe intromittere imo in prædictis omnibus & ſingulis cõmiſſis ante triẽnium, ſit eis penitus precluſa, & interdicta facultas cognoſcendi procedendi, & puniẽdi, & dicto tẽporis curriculo, intelligatur, & ſit preſcriptum contra omnem modum, & autoritatem procedendi pinde, ac ſi delictum, & maleficium factum & cõmiſſum nõ extitiſſet ab eo qui fecit, ſeu ab alio, & pro infecto habeatur, lapſo tempore triẽnii antedicti, et quicquid ſecus factũ fuerit ſit ipſo iure irritum & inane, exceptis tamen furtis, & homidiis, & aliis etiam enormiſſimis clandeſtine cõmiſſis, quibus decennio continuo intelligatur, & ſit pſcriptum, ut ſupra. ¶ De cõmiſſis uero infra triennium ſupradictum, & cõmitteñ. in futurum Poteſtas eiuſq; iudex cõiunctim & diuiſim iuriſdictionem ordinariã habeat, & Poteſtatem pcedendi per modum, & uiam inquiſitionis, ex eorum mero officio, etiam nulla pcedente denuntiatione, uel querela de, & ſuper omnibus & ſingulis maleficiis, criminibus, & delictis cõmiſſis in Ciuitate Maceratæ, eiuſq; territorio & diſtrictu, uel extra, ubicũq;, in quacunq; Mundi parte per homines dictæ Ciuitatis, uel incolas habitatores, uel quomodolibet moram trahẽtes, uel tempore ſui officii, uel ante intra trienniũ prædictum, exceptis delictis uerborum iniurioſorum, & improperiis, & exceptis delictis inter patres eorumq; filios, & deſcendentes, maritum & uxorem, fratres uel ſorores, ex altero, uel utroq; latere coniunctos, & omnes conſanguineos, uel affines uſq; in tertium gradum conſanguinitatis, uel affinitatis incluſiue ſecũdum ius Canonicum computañ. ¶ Et dominum uel dominam, patronum uel patronam, ſeruum uel ſeruam, famulum uel famulam, commiſſis niſi tale fuerit unde, oſſis, nerui, membri, ſeu officii membri, ſeu trũcatio, uel mutilatio, fractura uel debilitatio perpetua, uel cicatrix enormis in facie, uel mors naturalis ſequeretur, & fieret uel tale delictũ fuerit ex quo pœna corporalis, corporis afflictiua principaliter, non aũt in defectũ uel conditionaliter ueniret imponẽda, uel niſi fierent, uel cõmitterentur contra officiales dicti Cõmunis. ¶ In quibus oĩbus & ſingulis per inquiſitionis modũ pcedi ualeat coniũctione ſanguinis famulatu, & ſeruitio nõ obſtãtibus niſi ſpecialr per aliud ſtatutũ aliud cautũ reperiatur ¶ Ac etiã exceptis oĩbus & ſingulis caſibus in quibus eſſet denegata facultas ingrendi, et pce-

dendi,uel cognoſcẽdi per inquiſitionem ex forma alicuius ſtatuti,ſeu reformationis editi,uel edẽdo,per modũ & uiam accuſationis,ſeu denũtiationis offenſi,& iniuriã paſſi principaliter, de oibus & ſingulis maleficiis criminibus,& delictis indiſtincte tempore ſui officii,infra terminum ṗdictum cõmiſſis ꝓcedere,& cognoſcere poſſint, et ualeãt dicti Rectores eorũq; iudices coniũctim & diuiſim. ℭ Delinquentes uero ſecundũ modum, ſeu permiſſionem ſtatutorũ condẽnentur & puniãtur,& ſuper ṗdictis & quolibet prædictorũ,& infraſcriptis,quod maleficia, delicta & exceſſus,in qbus poteſt ꝓcedi,ex forma pñtis ſtatuti poſſit ꝓcedi,puniri,& cõdẽnari diebus feriatis,etiã ſi eſſent introducti,ad honorẽ Dei,uel non feriatis,ſeruatis uel nõ ſeruatis ordinibus,ſubſtãtialitatibus,& ſolẽnitatibus iuris,& ordinis qũocunq;,& qualitercũq;.

ℭ De Forma ſeruanda,& qualiter procedatur in Maleficijs. Rubrica. II.

STatuimus & ordinamus,q; ad Citationes faciendas in maleficiis ꝓcedatur, uidelicet q; anteq̃ aliqua perſona ſubiecta, ſiue in ciuitate,ſiue in territorio,uel diſtrictu habitauerit, citet pro aliquo maleficio,crimine,exceſſu,ſeu delicto,debeat ſcribi tota,& extenſa accuſatio,inquiſitio,uel denuntiatio,quæ fiet de perſona cõtra quã procedetur quocũq; modo ,& ex quacũq; cauſa,& ſcripta,& extenſa dicta accuſatione,inquiſitione,uel denuntiatione in autẽtico libro dicti Cõmunis totus tenor dictæ accuſationis,inquiſitionis, & denuntiationis Cameræ cõmunis,& D.Priorum mittatur,& extendatur effectus accuſationis,uel inquiſitionis,in quacũq; cedula,& cum tali cedula ſubſcripta, & ordinata citetur omnis & quæcũq; perſona cõtra quam procedatur,& procedi debeat quacũq; ratione & cauſa,& mittatur pro ea, & ſi inuenta fuerit perſonaliter per nũtium,ſeu bayulum cõmunis ipſi dimittatur,& relinquatur dicta cedula uel ad domum habitationis dictæ perſonæ,accuſatæ, uel inquiſitæ,mittatur, & relinquatur dicta cedula,affixa in hoſtio domus per ipſum nũtium,ſeu bayulũ,de qua citatione,& affixione ſtetur relationi nuntii,ſeu bayuli,& perſona inuenta perſonaliter cum dicta cedula,expectet ea die qua inuenta fuit,& ſequenti,& ſi ad domum expectetur ea die cum duabus ſequẽtibus,qui terminus ſit perẽptorius ad eo q; nõ ſit neceſſe ulterius citari. ℭ Et ſi nõ uenerit dicta perſona infra dictum terminum ex tunc habeatur,& reputetur cõtumax,abſq; alia requiſitione,uel notificatione,& bãniatur apud bancum maleficiorũ,uel ante ianuam Palatii,ſiue loci reſidẽtiæ, & habitationis D.Poteſtatis publice,alta,& intelligibili uoce,ſimiliter ſono thubæ ṗmiſſo & dicatur q; talis perſona requiſita eſt,& malefitiũ,& cauſa inquiſitionis,accuſationis,& denũtiationis,& q; non uenit infra dictum terminum, & ꝓpterea ut contumax in bãno ponitur,& bãnitur de Ciuitate territorio & deſtrictu Maceratæ de et pro pœna eidẽ iuxta ſtatutorũ infraſcriptorũ tenorẽ infligẽda quæ exprimatur. ℭ Et ſi non uenerit ſic bãnitus infra tres dies,a' die bãni,qui terminus aſſignari debeat in bãno ipſa perſona bannita,uel alius pro ea,ubi ꝓcurator interuenire poterit habeatur pro legitime confeſſa,& conuicta, & poſſit ex tunc & debeat contra eam procedi ad condẽnationem ſecundum cenſuram ſtatutorum pñtis uoluminis. Et nihilominus quãdocunq; comparuerit ante ſentẽtiam,& ſe excuſare uoluerit,audiatur dũmodo cum effectu anteq̃ audiatur ſoluerit Camerario Cõmunis ſolidos quinque,pro ipſa contumatia,& fideiuſſores idoneos præſtiterit de parendo,& ſoluendo pœnam,ut dictum eſt, ſi talis fuerit caſus in quo ueniat fideiuſſoribus relaxanda,alias ſolutis dictis quinque ſolidis remaneat in fortia Poteſtatis, & Curiæ.

ℭ De Citationibus Forenſium. Rubrica. III.

DOmicilium neq; habitationem habẽs in ciuitate Maceratæ,neq; in ipſius territorio & diſtrictu contra quem procedetur pro maleficio crimine,uel exceſſu,ſeu etiã pro quaſi maleficio citari poſſit & debeat per preconem,in platea publica cõis,ut ueniat ad ſe excuſandũ infra tertiam diem,a' die ipſius citationis ab accuſa,uel inquiſitione,qui terminus aſſignetur ꝓ peremptorio cum cominatione q; procedetur contra ipſum,ut contra contumacem,& citatio

taliter

taliter facta ualeat, ut iuridica, quo termino elapſo procedatur ad bānum, & inde ad ſententiam, ſecundum formam præcedentis ſtatuti.

¶ De Fideiuſſoribus dandis in Maleficijs. Rubrica. IIII.

SI qua perſona cōtra quam procedatur ratione alicuius criminis, delicti, exceſſus, maleficii, uel quaſi infra aſſignatum in citatione, uel bāno terminum cōparuerit ſeq; excuſare uoluerit, & idoneos preſtare fideiuſſores, de ſe repreſentando, & parendo preceptis curiæ, & ſoluendo condēnationem quando pœna eſſet pecuniaria, audiatur & non detineatur in Palatio uel carceribus. ¶ Si uero eſſet perſonalis, quæ uitam uel mēbrum adimeret fuſtigationem induceret uel aliam corporis afflictiuam, retineatur ſub fida cuſtodia in carceribus, uel in camera, ita q fit in fortia curie, arbitrio ipſius Poteſtatis. ¶ Et prædictis perſonis ſic cōparentibus detur copia inquiſitionis denūtiationis, uel accuſationis, & totius pceſſus formati contra ipſas & ſuarum reſponſionum cum termino trium, quinque uel octo dierum, uel pluriū, arbitrio iudicis conſideratis cōditionibus perſonarum, & qualitatibus factorum locorum & temporum infra quem terminum debeant ſuam innocentiam probare per oēm modum, & omne probationis genus, ita q publicetur proceſſus infra dictum terminū, niſi aliqua iuxta, & rationabilis cauſa induceret Poteſtatem uel iudicem, ad dilationem aliam, uel progationem de quibus cauſis debeat apparere in actis. Quo proceſſu publicato hinc inde ſi a' partibus allegari contigerit, recipiantur teſtes reprobatorii ſcripturarum, & teſtium utriuſq; partis, dato breuiori tempore, & ſecū ſo pceſſu publicato procedat' ad tormēta, et alia ut iuris fuerit, poſtea perueniat' ad allegationes iuris infra ſpatiū quatuor dierū, uel circa arbitrio Pōtatis expediēdas quibus uiſis, & auditis pcedatur ad abſolutionem, uel condēnationem, ut iuſtum fuerit, & uidebitur.

¶ De Edificijs non deſtruendis. Rubrica. V.

NEmini liceat deſtruere, ſeu diruere, dirui, deſtrui, uel deuaſtari facere edificiū aliquod intra ciuitatem Maceratæ, niſi cauſa inſtaurandi, reparandi, & reficiendi, infra ſex menſes pximos, uel longiori, arbitrio Priorum, aſſignādo termino, intra quem omnino edificaſſe, & reſtituiſſe debeant, ſub pœna. 200 lib cōmuni applicañ. ¶ Et nihilominus lapides, ligna, & tegulæ, ac imbrices, ſeu cuppi applicentur cōmuni predicto, niſi aſſignato alio termino, pro ſecundo fuerit reparatum & reedificatū, liceat tamen habenti domum altam, illam minuere cauſa ruinæ euitandæ, arbitrio tamen dictorum Dominorum Priorum, & non aliter.

¶ De Straminibus intra Ciuitatem inuectis. Rubrica. VI.

STramina retinere in eadē domo, ubi ignis fit, nemini liceat cuiuſcūq; generis fuerit ſiue fœnum, ſiue palea, ſeu aliud, ſub pœna 100. ſold. niſi fuerit murus intermedius, & nihilominus teneatur ad dāni, emendationē, ſi inde contigerit uicinis, & ad inſtantiā cuiuſlibet cōquerentis teneatur illa remouere, & quilibet cuiuſcūq; cōditionis intelligatur phibitus cōſtruere cappannam, caſam, caſſinam, & paleare, fœnilia, intra ciuitatem, & conceſſa ſit prædictorum deſtructio, deuaſtatio, & diſſipatio cuilibet.

¶ De petente Debitum iam ſolutum. Rubrica. VII.

DEbitum iam ſolutum petens, ſeu peti faciens, uel mandans, de quo ipſi petenti, ſeu alteri p eo, uel ipſius anteceſſori, uel auctori ſit quōlibet ſatisfactū, niſi iuſtam ignorantiæ cauſam habuerit, cuius ignorantiæ ptextu non excuſentur ſolui alias petere plus debito, ſeu contractus illicitos facere. Quantum ad ſolutionem. alteri q ſibi factam in duplum eius quod petiit, uel ſolutum extitit condēnetur cōmuni ciuitatis Maceratæ.

¶ De plus Debito petente. Rubrica. VIII

PLus re,uel quantitate petens uel peti faciens,ſine probabili ignorãtia cauſata a' toto quod petiit cadat etiam ꝙ in aliqua parte fuiſſet uerus creditor,& in tantũ quãtum eſt quod petiit condemnetur Communi.

¶ De renuentibus ſubire onera Communis. Rubrica. VIIII.

FVmantiam,& alias collectas,ſeu oneris cuiuſcũq; generis ſupportare recuſans,ſeu impoſita ſeu imponenda,incidat in pœnam 100. lib. deñ.Communi ſoluendorum. Et nullo tempore de cetero,admittatur ad officia publica dictæ Ciuitatis Et ſi fuerit admiſſus priuetur, & ipſo iure priuatus intelligatur,& Priores qui pro tẽpore fuerint nõ admittant ipſos ad conſilia neq; pſtetur iuramentũ tẽpore quo officiũ Prioratus accipere uoluerint ſub eadẽ pœna.

¶ De inferentibus vim expulſiuam,vel turbatiuam. Rubrica. X.

INuadere propria autoritate,ſeu alicuius poſſeſſionẽ turbare in re immobili,apud alium corporaliter exiſtentem nemo audeat ſub pœna reſtitutionis ablatorum,emendationis dãnorum,& priuationis iurium,ſi qua habeat & ducentarum lib.deñ.cõi applicañ, irremiſibiliter.

¶ De volente accuſatorem accuſare. Rubrica. XI.

ACcuſatori de aliquo delicto,crimine exceſſu maleficio ſeu dãno non liceat accuſatorẽ accuſare,neq; etiam uxorẽ liberos,domeſticos familiares,uel colonos niſi in cõtinenti probare obtulerit legitimis probationibus non impelli odio,& uindicta.

¶ De opponentibus ſe Bayulis. Rubrica. XII.

OPponens ſe Bayulo Cõmunis exequenti mandato Poteſtatis,Priorum,uel aliorum officialium Cõmunis denegando pignora,ſeu tenutam impediẽdo,incidat in pœnam xxv. ſolidorum uice qualibet Cõmuni applicañ.& dicto bayulo cum uno teſte credatur, in prædictis etiam ꝙ is teſtis fuerit ex officialibus curiæ.

¶ De Animalibus expellendis a' poſſeſſionibus. Rubrica. XIII.

ANimalia pecora,ſeu beſtias quaſcunq; hominum non ſubiectorum, nec ſubeſſe uolẽtium ſtatutis Maceratæ,liceat cuicũq; expellere a' propriis poſſeſſionibus ſeu conductis, ſeu cuſtoditis,& in ipſa,expulſione,& ipſa aialia,& cuſtodes offendere in ipſis poſſeſſionibus dominis ſeu poſſeſſoribus, ſeu cuſtodibus liceat beſtias, & perſonas damnum dantes retinere auferre arma ſpoliare,& eiicere pro libito ſuo,dummodo ſit citra mortem.

¶ De vecturalibus non cogendis. Rubrica. XIIII.

NVllus officialis pro uehendis palea, fœno,lignis, uel alio quocunq; compellat aliquam perſonam niſi prius actualiter,& cum effectu uecturam ſolueret,ſub pœna decem lib.deñ pro qualibet uice quilibet tamẽ requiſitus teneatur beſtias locare dicta mercede,oblata,& depoſita ſub pœna quinque librarum applicandarum communi noſtro.

¶ De ap-

¶ De appreciatis, & deſcriptis in cataſto Cõmunis. Rubrica. XV.

QVicunq; habens ſeu poſſidẽs, ſeu detinens uiridariũ, hortum, uineam, fundum, & agrũ, ſeu poſſeſſionem, cuiuſcunq; quantitatis, uel qualitatis in territorio & diſtrictu Maceratæ teneatur, & perpetuo obligatus ſit ſoluere datiuas & collectas impoſitas & imponẽdas per Cõmune, & tempore quo uendũtur uiridaria, horti, uineæ, fundi agri, uel poſſeſſiones ſeu terræ exiſtentes in territorio & diſtrictu extra mœnia ciuitatis caſſentur, & tollantur de apprecio uenditorũ. & uiridaria, horti uineæ, prata, fundi, agri, arũdineta, ſalicta, ſiluæ, & omne genus terræ, & quodcunq; ſitum, & exiſtẽs in territorio & diſtrictu Ciuitatis extra tamẽ mœnia Ciuitatis, cuiuſcunq; qualitatis & quãtitatis ſint eſſe intelligantur tributariæ, & tributorum datiuarũ collectarum & impoſitionum quarũcunq; factarum, ſeu faciẽdarum per dictum Cõe, addictæ & aſcriptæ perpetuo, & in æternum incõmutabiliter, & irreuocabiliter, ita q; onera prædicta ſint, ipſi ſolo annexa, & iniuncta, & a' ſolo inſeparabilia, ut nullatenus poſſit ſolũ, uel aliqua portio, ipſius ad aliquem niſi dictis oneribus affectũ & intelligantur datiuæ gabellæ collectæ & impoſitiones factæ, & faciende de cætero, etiam incogitatæ, tam in nominibus q; in effectu cuiuſcunq; tituli, & nominis futuræ ſint, & ex quacũq; cauſa imponenda pars portio, & quota hortorum, uiridariorum, uinearum, cãnetorum, pratorum, ſiluarum, fundorũ, agrorum, & quarũcunq; poſſeſſionum, & terrarum, quocũq; titulo, ſeu uocabulo nominandarum, & preſumantur ex nunc, omnia & ſingula prædicta habita & obtenta a' Cõmuni noſtro per ipſos dominos & patronos, & recepta ab eodem cõmuni cum dictis oneribus in æternum remanſuris donec ſolum & terræ ipſæ durauerint & erunt in rerum natura, etiam millies & millies mutatis qualitatibus confinibus, titulis, & dominiis ipſarum.

¶ Nulli licere apprehendere poſſeſſionem rei immobilis ſine licentia curiæ. Rub. XVI.

POſſeſſionem ſeu tenutam rei immobilis, ex quacũq; cauſa abſq; expreſſa licentia, & ſpeciali autoritate obtenta a' Rectore ordinario Ciuitatis ſcripta manu actuarii, uel alterius notarii Collegii Notariorum dictæ Ciuitatis, ſaltem ſubiecti, iuriſdictioni eiuſdẽ ordinarii nemo audeat p̃hendere, & eãdem licẽtiam deſcribi uolumus in libro, ad id particulariter ordinato, & facto, quæ tamen deſcribetur per aliũ notarium q; actuariũ publicetur per eundem qui ſcripſit, alias tenuta, & poſſeſſio ſit nullius ualoris, & contrafaciens incidat in pœnã quinquaginta lib. ¶ In precedenti autem diſpoſitione non includantur caſus inſtrumentorum publicorũ in quibus continetur talis autoritas ingrediendi, & capiendi tenutam cõceſſa inter partes quibus caſibus poſſit iudex Ciuitatis cognoſcere ſummarie ſine libello, & ſtrepitu iudicii, & non ſoluantur capita ſolidorum. Et licentiæ predictæ concedantur ſine aliquo bãnimento. Et pro dicta licentia ſoluat petens in cippo Cõmunis ſex deñ. ¶ In aliis uero inſtrumentis non redactis ad publicam formam, ſeruetur ius commune. Et ſi petita fuerit licentia intrandi poſſeſſionem alicuius rei quæ a' nemine poſſidetur aliquo alienãte, ſeu concedente, ſoluat tam emptor q; uenditor, ut ſupra, & poſſeſſio ſic accepta ſit nullius ualoris ſaluis tamen alienationibus factis per fidei cõmiſſarios, licet non poſſideant, in omni tamẽ licentia petita pro obtinenda tenuta rei immobilis precedere debeat citatio legitima poſſidẽtis, alias ſit nulla, & incurrat pœnam ſupra dictam petens & concedens licẽtiam prædictam, & ſi cõtradictor apparuerit iudex non procedat ad dationem tenutę, niſi cum cognitione cauſæ ſummarie, tamen ut ſupra alias licentia ſit nulla, & abſq; declaratione, aliqua habeatur pro reuocata, excipimus etiã a' diſpoſitione ſupradicti ſtatuti contractus & inſtrumenta emptionum & permutationum.

¶ De Rerum Communium diuiſione. Rubrica. XVII.

NVllus habens partem in alicuius rei immobilis proprietate incurrat aliquã pœnam, ſi ligna inciderit, dummodo moderate, non tamen incidat arbores fructiferas, uel magnas

aptas ad edificium, licet non fructiferas ſine uoluntate ſocii habentis ius in re communi, ſub pœna librarum centum applicandarum cõmuni, & ſatisfactionis intereſſe conſortis ſaluo iure cuiuſcunq; ipſorum. Liceat autẽ cuiq; ſociorum uti parte ſua pro libito uoluntatis ſuæ, ſiue dolo ſiue negligentia, alius ceſſauerit colere & laborare, non obſtante cõtradictione ceſſantis dũmodo utens abſtineat ab iniuria, & in differentiis diuidendarũ rerum cõmunium inter conſortes Priores cognoſcant ſummarie iuris ſolẽnibus, & omnibus ordinibus pretermiſſis faciẽdo fieri diuiſionem a' maiori in adminiſtratione dictarum rerum, & ab eo qui maiorem & meliorem notitiam habuerit, habita ſuper iſtis informatione iuxta ipſius regiminis cõſcientiam, etiam extraiudicialiter, & quando nullus conſortum haberet maiorem notitiam, neq; adminiſtrationẽ, tunc Priores eligant duos non ſuſpectoſos, qui diuidant, & partes a' predictis factæ ponantur in pixide ſeu alio loco, & extrahantur ſorte, & quilibet conſortũ ſtet contentus ſorte ſua, & lites & queſtiones prædicte dirimantur, omnino infra quindecim dies currẽtes omni reiecta exceptione. Qui autem predictorum conſortum negauerit rem cõmunem, & poſtea apparuerit mendax puniatur centum ſolid. pœna applicañ. cõmuni, & ipſe diuidere cõpellatur etiam ꝙ ſe non inſtructum rerum prædictarum aſſereret.

De tranſeuntibus per Poſſeſſionem alienam. Rubrica. XVIII.

VAdens per poſſeſſionem alicuius poſt ſibi factam prohibitionem, uel a' Dño, uel a' nuntio, uel laboratore, incidat in pœnam decem lib deñ. qualibet uice, qua contra fecerit, de qua prohibitione ſtetur iuramento, eius qui prohibuerit cum uno teſte, ſi tamen prohibitio fieret eunti per poſſeſſionem, & prohibitus tunc retroceſſerit, non teneatur aliqua pœna. Non tamen præſente ſtatuto comprehendatur prætendens ius eundi, & redeundi, ſi de dicto iure legitimo conſtiterit. Per uiridaria autem hortos, & uineas, alienas nulli liceat tranſire, etiam nulla preuia prohibitione, ſub pœna lib quinque applicandarum, ut ſupra.

De Terminis motis. Rubrica. XVIIII.

TErminum uicinalem, quicũq; inuito, uel inſcio uicino, uel Domino, uno, uel pluribus effodierit mutauerit, ſeu quomodolibet mouerit incidat in pœnam centum lib. uice qualibet, & pro quolibet termino effoſſo mutato, uel moto. Lites autem ſuper terminis & cõfinibus Poteſtas, ſeu iudex ciuitatis, ſummarie ſine ſtrepitu, & figura iudicii, dirimat infra decem dies, poſt propoſitam querimoniam non obſtantibus feriis, etiam in honorem Dei, introductis accedendo perſonaliter ad locum, uel alios tranſmitteñ pro informatione uera facti habẽda, & in eodem tempore cauſam finiat, & ſilentium imponat.

De Re pluribus vendita. Rubrica. XX.

QViſquis Rem eandem duobus uel pluribus uendiderit, diuerſis temporibus, quæ aſcẽderit ad ualorem centum ſolidorum, uel infra, incurrat pœnam cẽtum ſolidorum applicañ. Communi. Si fuerit ualoris ſupra ſolidos centum uſq; ad decem libras, ſoluat nomine pœnæ decem libras denar. A decem libris ſupra uſq; ad uigintiquinque ſoluat libras deñ. totidem. Si fuerit ualoris ſupra uigintiquinque librarum uſq; ad quinquaginta, ſoluat nomine pœnę quinquaginta libras. A quinquaginta libris ſupra quantũcũq; fuerit extimationis, ſoluat Communi pro pœna centum lib. deñ. & res uendita ſit illius qui primus illam emit, ſi de emptione legitime conſtiterit, & contractus non fuerit clandeſtinus, non obſtãte ꝙ poſterior qui emit primus poſſeſſionẽ adeptus fuerit, quæ poſſeſſio, & cõtractus factus cum ſecundo emptore præſumantur ſimulate, & iuramẽtum appoſitũ inſuper extortum, per dolũ & fraudem, & ſint nullius roboris & momẽti, & uenditor teneatur primo emptori, ad ſatiſfationem omnium dãnorum expenſarum & intereſſe, ultra pœnas prædictas.

De emente

¶ *De ementi ius, vel ſeruitutem reis* Rubrica. XXI.

IVs uel ſeruitutem, rei, alicuius, uel redditus a' non poſſidente, & tenēte, uel pro re quam ille cui conceditur, non teneret nemini liceat emere, ſub pœna centum lib. deñ. tam concedēti, q̄ ementi, cōmuni applicañ. & contractu ſit ipſo iure nullus.

¶ *De Ceſſionibus non recipiendis.* Rubrica. XXII.

CEſſionem ſeu donationem, actionis, uel iuris cuiuſcunq; ab aliqua perſona, nulli recipere liceat, ſub amiſſionis oīum iurium, tam quo ad cedētem, q̄ quo ad ceſſionarium, & quinquaginta lib. deñ. applicādorum cōmuni, & nihilominus ceſſio ſit nulla, exceptis tamen contractibus mercatorum, & ſotiorum habētium rationes cōmunes & fideiuſſorū, qui pro aliquo ſe obligauerint qui poſſint recipere ceſſiones contra prædictos.

¶ *De Paciſcente ſuper quota litis.* XXIII.

NEc Aduocati, nec Procuratoris, nec alio quouis aliunde queſito nomine, uel colore, quiſq̄ alicui patrocinium, uel aliud auxilium præſtet pro parte litis, uel alio conſtituto, honorario, uel mercede, uel recognitione, niſi a' ſtatuto, uel conſtitutionibus ordinatis, quibus ſtipendiis contenti, exiſtant quicūq; cuiuſcūq; qualitatis patrocināntes pœnis quinquaginta lib. deñ. applicañ cōi, & perpetue remotionis, a' Credentię cōſilii gñalis Prioratus aduocationis & procurationis, & infamiæ imminētibus, aduerſus contemptores præſentis edicti.

¶ *De Caſtigatoribus familiarum ſuarum.* Rubrica. XXIIII.

LIceat cuicunq; ſcutiferos famulos, pediſſequas, & quacunq; cuiuſcunq; etatis perſonam, in ſuo famulatu, & ſeruitio permanentem corrigere, caſtigare, & percutere dūmodo, abſit magna ſeuitia. Et fugientes, ſeu latentes, & aſcōdentes ſe, uel ad aliorum ſeruitia accedentes ſine licentia, & non finito tempore retinere, capere, & reducere in ſeruitium, & famulatum uſq; ad finem temporis ¶ Et ſi talis ſeruire debens, iniurioſe locutus fuerit contra Dominum uel dominam, perdat totum ſalarium, & oēm mercedem conuentā, uel aliter debitum de iure.

¶ *De ferentibus Arma.* Rubrica. XXV.

ARmorum portandorum licentiam habens aliunde, q̄ a' Cōmuni ciuitatis Maceratæ, ſeu eius officialibus monitus a' magiſtratu, uel aliquo officialiū, noluerit illa dimittere, liceat eius inimico paria arma aſſumere, & deferre, & totidem habere ſecum paribus armis armatos, quot talis deferens ſine licentia Cōis & Poteſtatis Maceratæ, Priores, & totum Regimē, & Poteſtas teneātur interuenire apud ſuperiores pro ſeruando equalitatem inter prædictos.

¶ *De Rixarum Diuiſoribus.* Rubrica. XXVI.

INterponenti ſe cauſa diuidendi Rixantes liceat impellere unum uel alium, uel oēs Rixantes, cauſa tamen ſeparandi, & tollendi offenſiones mutuas, dūmodo nō fraudulēter magis uni q̄ alii fauēdo, qđ arbitrio iudicis cōſideratis qualitatibus perſonarū, & facti remittimus.

¶ *De Percuſſoribus, & occiſoribus irrationabilium.* Rubrica. XXVII.

OCciſor, ſeu cauſam dans morti bouis, equi, aſini, muli, & id genus iumentorū, uel quadrupedum cuiuſcūq; ſexſus, & etatis ultra extimationem dāni duplicati Dūo ſoluēdam, in

currat pœnam decem lib. deñ. Cõi applicañ. ℭ Aliorum uero quadrupedum, uaccarum, equarum, non conſuetarum oneri, caprarum, ouium, porcorum, quatraginta ſolid. ℭ Pullorum aũt & uolucrum, quorũcunq; domeſticum, quinque ſolid. pœnas incurrat, & ſemper duplicatum ualorem domino preſtet. ℭ Si autem non moriatur dicta animalia, offenſor medietatem pœnarum pdictarum ſoluat, & ſemper dãnum paſſo duplum preſtet.

ℭ *De proiciente Lapidem, baculum, vel ſimile.* Rubrica. XXVIII.

LApidem, baculum, uel aliud quodcunq; animo iniuriãdi, in domum, tectum, hoſtium, uel feneſtram, alicuius proiciens, incidat in pœnam lib. deñ. decem, ſi de die, ſi uero de nocte uigintiquinque, & teneat Poteſtas cum diligentia perquirere tales facientes, & repertos. & nõ exiſtentes ſoluendo duorum menſiũ eum qui de die proiecerit. ℭ Eum uero qui de nocte quatuor menſium exilio puniat.

ℭ *De proiciente letamen, vel aliud turpe.* Rubrica. XXIX.

LEtamen quicũq; proiecerit, uel aliud turpe, iuxta domum, uel ſuper plateam, alicuius ultra terminos inter eos habitos, incidat in pœna ſolidorũ quatraginta pro qualibet uice, qua contra fecerit, inuito uicino, & totum quod proiecit remouere teneatur cõſuetudine, qualibet contraria non obſtante. ℭ Et quicũq; generauerit incõmodum uicino, aliquid faciendo, in ꝓpria poſſeſſione poſt interpellationem, niſi remouerit factum incidat in pœnã uiginti ſolid. ꝑ qualibet uice, & dãnum emendare, teneatur ſacramento paſſi credẽdo, exceptis fluxibus aquarum conſuetis, & cloacis exiſtentibus inter uicinos, dũmodo gabbe, ſeu landrones claudantur ne fetor inde exalet, & ne uadat in domnm uicinorum, & nihilominus turpitudinẽ amoueat. ℭ Et quilibet loca in quibus ſuperflua naturæ pondera deponunt, teneat ita clauſa ne aliquẽ fetorem emittant extra murum in quibus fient ita q; turpitudo uadat in cloacã ſeu foſſam ſubterraneã conſuetudine, ut ſupra non obſtante, ſub pœna lib. 5. deñ applicañ. noſtro cõi.

ℭ *De Confinium terminatione.* Rubrica. XXX.

SI aliqua diſcordia oriatur inter conuicinos ſuper finibus intra ciuitatem, uel extra non recipiatur libellus aliquis, ſed Poteſtas eligat conuicinos, uel quos crediderit melius informatos accepto ab iiſdem iuramento, de bona fide diffiniendo cõtrouerſiam, infra decem dies, & terminatum per predictos teneat pœna decem lib. iminente contradictoribus. ℭ Poſſit tamen quælibet partium per iuramenti delationem alteri facienda litim dirimere, et quod iuratũ fuerit obſeruetur. ℭ Qui autem amouerit effoderit, uel aliud fecerit circa terminos puniatur pœnis ſuperius, ſub Rubrica de termino moto conſtitutis.

ℭ *De Exprobantibus, ſeu improperantibus.* Rubrica. XXXI.

EXprobans alicui exceſſum, uel malefactum ſuum Patris, Matris, uxoris, mariti, nurus, filii, uel alterius conſanguinei, in ſecundo gradu, attinentis illi cui fit exprobatio, ſeu improperatio, ut homicidii, falſitatis, pditionis, adulterii, fornicationis, uel læſionis factæ, uel paſſæ, in perſonas uel horum ſimilium, puniatur pœna quinquaginta librarum deñ. ℭ Et exprobati, & reimproperatã, exceſſus non requiratur alia probatio q̃ fama. ℭ Et ſi fuerit de prædictis habita pax reducatur ad quartam partem.

ℭ *De Incendiariis.* Rubrica. XXXII.

IGnem ſi quis in aliena domo, in qua aliquis habitauerit, uel habitare cõſueuerit, doloſe immiſerit, cauſa ipſam comburendi, uel ipſam combuſſerit, ſiue in ciuitate, ſiue extra ſita fuerit

uiuus ignibus concremetur, & dãnum paſſo in duplum reficiat. ❡ Si aũt in fortiam curiæ non uenerit iiſdem & cõfiſcationis bonorũ pœnis condẽnetur, facta dãni emendatione in duplũ paſſo. Et iiſdem pœnis intelligatur obnoxius, qui ignẽ impoſuerit cauſa cõburẽdi caſam ſeu caſſinam, uel alium locũ ub aliquis continue habitauerit, ſeu habitare conſueuerit. ❡ Si quis autem grani, uel alterius bladi, aceruũ ſeu metam, uel caſam, ſeu caſſinam, uel locũ ubi nõ habitaretur combuſſerit, uel cauſa cõburendi, ignem immiſerit molẽdinum molam, ſeu macinã fregerit uel frangendi cãm dederit, in libris centum deñ. puniatur. ❡ Qui aũt alienam domũ caſam, ſeu caſſinã, extra ciuitatem poſitã quæq; non habitaretur fregerit, libris uigintiquinque deñ. ꝑ uice qualibet puniatur, & in duplum dãnum paſſo condẽnetur. ❡ Qui autem ſtudioſe ignẽ immiſerit in arboribus, lignis, ſiluis, ſtipulis, ſeu ſtipularibus, paleari fœnili, & ſimilibus condẽnetur in libris xxv. deñ. & ad emendationem dãni in duplũ. ❡ Si aũt non ſtudioſe tñ ad emendationẽ dãni in duplum teneat᷑. ❡ Et ſi accideret ꝙ aliqua domus habitatio uel res alia cõbureretur, quocunq; cõcedimus cuicũq; pro impediendo ne ignis ulterius ꝓcedat, & uagetur facultatẽ deſtruẽdi domos cõuicinas ut uidebitur expedire, et dictæ res ſic deſtructæ, extimari debeant per tres homines eligeñ. unũ per dãnum paſſum, & alios per cõe, & dãnum emẽdetur a' cauſa ꝓ mediate & pro alia medietate a' conuicinis ꝓximioribus, cõnumerato dãnũ paſſo, & uicini intelligantur ſecundũ declarationẽ. D. P. tũc exiſtentium, ſecũdum dictã declarationem, liceat autem tempore dicti incendii unicuiq; accurrere cum armis, & ſine, & præcipere fabris murariis, & lignariis, & aliis manualibus, ꝙ accedant, qui ſi incontinenti nõ acceſſerint, incidant in pœnam decem librarum, pro quolibet, & credatur iuramento, eius qui dixerit requiſiuiſſe cum uno teſte, etiam non omni exceptione maiori.

❡ D Filiorum familias, et minorum idoneitate in Criminalibus. Rubrica. XXXIII.

FIlii familias minores xxv annis maiores tamen xiiii. maſculi, fœminæ autem xii. habeant habilẽ perſonã intereſſendi, iudiciis criminalibus, ſiue agendo, ſiue defendendo per ſe ipſos abſq; patrum conſenſu, & ſine tutoris, uel curatoris autoritate, & oĩs proceſſus cum iiſdem uel contra eoſdẽ geſtus teneat, ac ſi factus fuiſſet cum maiore xxv. annorum, & a' patria poteſtate exẽpto, & ſnia, etiã condẽnatoria lata contra eorũ aliquẽ nõ poſſit infringi, ex cauſis ꝑdictis, nec etiã alicui ꝑdictoꝝ ſubueniri poſſit remedio reſtitutiõis in integrũ, uel alio quouis auxilio niſi illis quibus poſſet ꝓuideri, & ſuccurri pro maioribus xxv. annis, & a' patria ꝑtate liberatis.

❡ De verbis Iniurioſis. Rubrica. XXXIIII.

QVicũq; corã officiali, uel in platea publica, uel in platea Ep̃atus S. Saluatoris S. Mariæ uel alicuius eccleſiarũ, ad portas, in platea Mercati, aut tẽpore fori & mercati, uel nũdinarum ꝓtulerit uerbũ iniurioſum cõtra aliquẽ appellãdo homicidã, adulteꝝ ꝓditorẽ, falſariũ furẽ rauaglioſum ſerũ, uel ſimili cõtumelioſo uerbo, incidat in pœnã ſolid. xxxx. & ſi alibi dixerit uerba ꝑdicta ſoluat medietatẽ dictæ pœnæ. ❡ Si aũt uocauerit filiũ meretricis, ſeu puttanæ, uel captiũ, uel alia uerba iniurioſa ꝓtulerit, in dictis locis publicis, incidat in pœnã xx. ſol. ❡ Et ſi alibi decẽ, reſeruato tamẽ offenſo, iure agendi actione iniuriarũ, ſi uoluerit. Qui tamen pro defenſione ſuæ perſonæ, uel famæ prædicta, dixerit non, incurrat aliquam pœnam.

❡ De facientibus ſectã, vel concitantibus rumorẽ, vel participãtibus in prædictis. Rub. XXXV.

COngregationem uel ſectã, uel conſpirationem, ſeu coniurationẽ, aut ꝓditionem quicunq; Maceratẽſis, ſeu in dicta Ciuit. territorio, uel diſtrictu habitãs, ſeu moram trahẽs cuiuſcũq; ſtatus, gradus, ordinis, & conditione exiſtat, in Ciuitate ꝑdicta, territorio uel diſtrictu, uel alibi ordinauerit, tractauerit, uel fecerit ordinari tractari, ſeu fieri fecerit, uel gẽtem aliquam adunauerit, ſeu coegerit adunari, ſeu cogi fecerit, & gẽtem feciſſe, & coadunaſſe intelligatur. ❡ Si fuerint a' decem hominibus ſupra maioribus annorum ſexdecim ad id coadunati, uel rumorem fecerit, & leuauerit, uel per ſe, uel per alium populum, gentem, perſonas, uel ſequaces ſuos ad

mortem,uel depoſitionẽ D.Rectoris huius ꝓuinciæ,uel ſuorũ officialium, uel ad turbationẽ & ſubuerſionem pñtis ſtatus ciuitatis, uel ad mortem, & ſubuerſionẽ D.Priorum,uel alicuius eorum qui nunc ſunt,uel pro tempore erunt eorũ officio durãte, uel D.Poteſtatis ciuitatis prædictæ, uel ſuorum officialium,uel ad expellendum eos,uel aliquem eorum,uel alium officialẽ Cõis prædicti de ipſorum,uel alicuius eorum officio, ſeu officiis, ſeu ciuitatis ꝑdictæ, uel eius diſtrictus uel aliq̃ gentem,uel partem uel ſingularẽ perſonam trahatur,& ſtraſinetur ad caudam aſini per ſtratas maiores ciuitatis, & ad locũ iuſtitiæ perducatur, ibi plantetur in terra, & ſub terram capite deorſum reuoluto ipſius uſq; ad crura, ita & taliter q̃ penitus ſit plãtatus & tunc moriatur, & oia & ſingula eius bona ipſo facto abſq; alia ſnía,uel proceſſu, ſint & eſſe intelligantur publicata, & confiſcata Cõi dictæ ciuitatis, & pœna ſimili puniatur, quæcunq; perſona conſpirauerit,& ordinauerit, uel fieri,& ordinari fecerit ꝑdicta, uel aliquod ꝑdictarum ſubſecutis,uel non ꝑdictis,uel aliquo ꝑdictorum. ℂ Et quicũq; Notarius, ſeu alia quæuis perſona ſcripſerit,dictauerit,rogauerit,ſcribi,dictari, uel rogari fecerit inſtrumentũ, ſeu ſcripturã pacti cõpromiſſiones conuentiones, uel compoſitiones, ꝓ uel ſuper ꝑdictis maleficiis,uel ꝑdictorum aliquod cõmittendis ſeu ordinandis tanq̃ proditor & falſarius uiuus cõburatur, cum publicatione, omnium ſuorum bonorum niſi ſtatim reuelauerit ꝑdicta quo caſu non teneatur ad aliquã pœnã. ℂ Et ad perpetuã infamiam ꝑdictorũ facinoroſorũ,qui ꝑdicta maleficia uel aliquod ipſorũ fecerit,uel mãdauerit,uel ordinauerit,uel tractauerit,uel ſcripſerit,ordinamus q̃ tales delinquentes pingant̃ in palatio cõis,capite reuoluto deorſum cum ſubſcriptione manifeſtante maleficiũ,& ois domus,& qlibet locus ubi ſupradicta maleficia,uel ipſorũ aliquod fuerit factum ordinatũ, uel tractatum funditus deſtruat̃,& eradicetur penitus,& ſolũ & ſpatium dictæ domus ipſo iure & facto,ſit cõmunis Maceratę, & nihil in perpetuum ſuperedificari poſſit. ℂ Et quicũq; populum incitauerit, uel aliq̃ gentem, uel ſuos ſequaces adunauerit,ſeu congregationẽ fecerit in Ciuitate, uel extra, ſeu clamauerit alarme,alarme, ſeu inſurrexerit ad rumorem concitãdum,aut apprehẽderit,uel apprehendi fecerit aliquod uexillũ uel banderiã ſeu confalonẽ uel pennonẽ uel aliqua inſignia ſua uel alterius cuiuſcunq; domini uel pſonæ contra ꝑdictos rectores prouinciæ,eius dignitatem,officiũ ſeu officiales uel cõtra ꝑdictos dominos Priores dominũ poteſtatẽ,uel eorũ officium ſeu officiales ſeu contra ſtatum dictæ Ciuitatis ſeu cauſa eundi,ad domũ uel in fauorẽ, alicuius priuati ad turbationẽ uel ſubuerſionẽ ſtatus publici ciuitatis capite puniatur ipſe,& ſequaces ita q̃ moriantur cum confiſcatione bonorũ & quæcunq; perſona,incœperit ſeu imitari & incipi fecerit aliquod bellũ, meſchiã, ſeu ſturmũ uel rumorẽ, in ciuitate uel diſtrictu, unde poſſit peruerti uel turbari præſens ſtatus uel turbaretur ciuitas prædicta decapitetur cum publicatione bonorũ & ſi prædicta uel eorũ aliquod faciens mãdans tractans uel ordinans ſeu ſcribẽs ſeu alias participans in prædictis ꝑtenderit aliqua rõne uel cauſa nõ ſubiectũ ditioni ordinariorũ ciuitatis nihilominus cõtra ipſos ꝓcedatur etiam ad condẽnationes incluſiue ꝓut cõtra ſubiectos. Ita q̃ ſi unq̃ uenerit in forciã curiæ puniant̃ queadmodũ ſubiecti punirent̃ attẽta ꝑnitioſa & hoſtili eorũ uolũtate cõtra hãc ciui;

ℂ De *Inuocantibus partem aliquam.* *Rubrica.* XXXVI.

GIbellinam partẽ guelfam uel aliam quacunq; nemo inuocet palã,uel occulte,nec clamet q̃ uiuat una uel alia ꝑdictarum,ſeu ſimilis,uel alia perſona ſingularis, uel q̃ moriantur ſub pœna quinquaginta lib. deñ.ſi de nocte, & tempore rumoris,etiam de die, & ſi alio tempore q̃ prædicto,media pœna. ℂ Sed liceat inuocare, & clamare q̃ uiuant Eccleſia Romana D.Rector prouinciæ cõmune ciuitatis Maceratæ & officiales prædictorum.

ℂ *De inculpantibus* Priores, *&* *ornamenta* Ciuitatis. *Rubrica.* XXXVII.

NEmini publice,uel occulte directe,uel indirecte liceat obloqui,uel culpare D.Priores pro tẽpore exiſtentes, nec ipſorũ,uel conſilii Credẽtiæ, ſeu gñalis ordines & decreta,uel bandimenta, niſi in cõſiliis & parlamentis dicti populi, ſub pœna xxv.lib.deñ.pro qualibet uice.

ℂ De pro;

ℭ De prohibitis tempore Rumoris. Rubrica. XXXVIII.

NEmini liceat tempore rumoris proicere contra Priores aliquod armorum genus, neq; cõtra gentem, uel perſonas coadunatas pro defenſione dictæ Ciuitatis, ſub pœna decapitationis, ita ꝙ moriatur. ℭ Et eadem pœna puniatur quæcunq; perſona, aggeres foſſas, ſbarram ſteccatum, ſerratorium, uel paratectum, ad bellum faciendum, contra dictum Cõe fecerit, uel incoauerit, fieri uel incoari fecerit. ℭ Et quicũq; aliquod edificium margenellum, trabaccum, uel aliud ad prohibẽdum lapides tẽpore Rumoris conſtruxerit, necnon quiſquis tempore Rumoris ſcripſerit, dictauerit, uel ſciẽter portauerit literas contra Cõmune, quibus caſibus ꝑdicti omnes & ſinguli cum publicatione bonorum omnium decapitentur, ſi haberi poterunt, alias condẽnentur tanq̃ hoſtes publici, & rebelles in mortis naturalis, & confiſcationis bonorum pœnis. ℭ Et iiſdem pœnis puniantur qui ſine licentia Domini Rectoris, uel Priorum ſonauerit, uel ſonari fecerit aliquam campanam ad rumorem arma, ſeu ſturmum tempore rumoris, niſi fuerit de nocte cauſa eſtinguẽdi ignem, ſed omnes & ſingulæ perſonæ, quæ inſurrexerint tempore rumorum & tumultus & arma ſumpſerint debeant accedere ad palatiũ Priorum pro fauendo, & aſſiſtendo Rectori & Prioribus, qui tamen non poſſint diſcedere de loco neq; facere uel dicere aliquid ſine mandato prædictorum, uel alicuius ipſorum, & poſt arma ſumpta teneantur ire de directo ad palatium Priorum, & nõ facere congregationem aliquam ne ſub colore accurrendi contrarium operentur, ſub iiſdem pœnis.

ℭ De delatoribus Maleficiorum. Rubrica. XXXIX.

VNicuiq; liceat accuſare, uel denuntiare maleficia, in præcedẽtibus capitulis tractãtibus punitionem turbatium, ſeu quõlibet participantium in turbatione pñtis ſtatus Ciuitatis ſpecificata, & Poteſtas quæcunq; admittat & audiat, & ſecretum teneat nomẽ, & cognomẽ nullã ſatiſdationem, exigat neq; de reficiendis expenſis, poſſit tamen repertum calũnioſum poſtea punire conſideratis cõditione perſonæ, & facti qualitate, cui delatori non credatᷣ, ſed quilibet alius teſtis legitimus habeatur ad teſtimonium perhibẽdum, etiam ꝙ eſſet minor uel fœmina uel alia iuris exceptione repelleretur dũmodo informatus & nõ coniũctus accuſatori. ℭ Et ſi Põtas uel officiales ſeri fuerint negligẽtes doloſi, uel remiſſi in ꝑdictis inquirendis inueniẽdis & puniendis ipſo iure & facto, abſq; aliquo proceſſu, & ſentẽtia ſint officio, & ſalario priuati, & omnis ipſis ſit interdicta adminiſtratio officii niſi, aliud per cõmunitatem fuerit decretũ, & poſſint ꝑdicti officiales ꝓcedere per accuſationẽ denuntiationem ſimplicem, petitionẽ, inquiſitionem, ſeu informationẽ & oẽm alium modum, & uiam, ſeruatis et nõ ſeruatis ſubſtãtialibus iuris ſtatutorum uel cõſuetudinis in ꝑdictis, & quolibet predictorũ condẽnare & punire, & D. Priores nullatenus ualeant ꝓ predictis malefactoribus, uel attẽtatoribus rogare Rectorẽ Poteſtatem uel Priores, & ſi cõtrafecerint extunc ſine alio proceſſu, uel ſñia ſint priuati officio, & autoritate adminiſtrãdi, & alii Priores noui extrahantᷣ ſine aliqua intermiſſione, ꝑut Rectori Põtati, uel Cõi uidebitur. ℭ Accuſantes aũt predictos maleficos, ſi fuerit banditus, rebandiatᷣ quocũq; crimine fuerit cõdẽnatus. Et ſi fuerit in ꝑdictis culpabilis, & ignoſcatᷣ. ℭ Si aũt nõ fuerit culpabilis, uel bãditus habeat ꝑmiũ centũ lib. deñ. a' Camerario cõis ſine aliquo ꝓceſſu, apodiſſa ꝑcepto uel cõmiſſione fiẽdis. ℭ Et illis diebus & tẽporibꝰ qbus malefactores ꝑdicti eſſent in actu faciẽdi, & cõmitẽdi ſupra dicta maleficia uel aliqdᷣ eorũ poſſint ipſi & ipſorũ ſequaces tãq̃ manifeſti & publici hoſtes & rebelles cõis a' quocũq; offendi, & occidi in ꝑſonis & bonis.

ℭ De Receptatoribus. Rubria. XL.

QVæcũq; pſona tpe dicti rumoris, uel ante, uel poſt in Ciuitate ꝑdicta, uel eius diſtrictu, in ſua domo, loco, uel habitatiõe receptauerit, uel retinuerit, uel ſecũ habuerit gẽtẽ uel pſonã etiã ſingularẽ q̃ uериſimilr ſuſpecta eẽt ſtatui dictæ ciuitatis & in dicta Ciuit. manẽtibus poſt bãdũ notificationẽ, & mãdatũ factũ ſuper illis nõ receptãdis teneatᷣ illã pſonã ſuſpectã

licentiare, ſub pœna deſtructionis loci, ſi ſuus fuerit, ſin autem ſub pœna confiſcationis bono
rum, & perpetui exilii. ¶ Et iiſdem pœnis condēnetur perſona ſuſpecta, quæ tamen ſi non re-
ceſſerit impune offendi ualeat a quocunq;.

¶ De Falſis. Rubrica. XLI.

QVisquis falſum inſtrumentum fabricauerit, uel fabricari fecerit, aut in aliquo inſtrumē
to falſitatem aliquam cōmiſſerit, ſeu cōmitti, & fieri fecerit, ſiue radendo, ſiue mutādo,
ſiue minuendo, ſiue addendo cōtra ueritatem condēnetur in ducentis libris deñ. ¶ Si dānum
quod poterat prouenire ex falſitate nō excedat mille floreñ. ¶ Si uero excedat mille florenos
quantacūq; fuerit quātitas condēnetur in lib. mille, quas ſi non ſoluerit infra quindecim dies
a' die latæ ſentētiæ numerādos manus ſibi amputetur, ita q a' corpore diuidatur, & perpetuo
ſit infamis. ¶ Qui uero falſo inſtrumento, uſus fuerit ſcienter, media pœna ſuperius expreſſa
condēnetur, quas ſi non ſoluerit infra quindecim dies, ut ſupra cōputādos manus ei amputet
ut a' corpore ſeparetur, & iiſdē pœnis puniatur. ¶ Quiſquis acta curiæ ſeu ſniam alicuius iudi
cis falſificauerit uel falſificari fecerit. Et quicunq; teſtamentū uel codicillos, uel mortis cauſa
donationū minuendo, uel addēdo, uel radendo, ſiue mutādo in alterius preiudiciū. ¶ Si quis
autem ſimpliciter produxerit pdicta, uel aliquod prædictorū in iudicio, non tamē uſus fuerit,
in libris centum deñ. condēnetur, ſoluendis ſine diminutione. ¶ Qui autem dictauerit pdicta
ſienter, pœna centum lib. deñ. condēnetur Cōi. ¶ Si quis uero falſum teſtimonium in cauſa ci
uili coram ordinariis delegatis, uel arbitris, ſeu arbitratoribus, uel ſubrogatis perhibuerit, pœ
na centum librarum deñ. & infamiæ puniat, & ultra arbitrio Rectoris, inſpectis qualitatibus
perſonarum cauſarum, & factorum, & nihilominus uel intereſſe parti condēnetur. ¶ Si autē
in cauſa criminali. ubi pœna eſſet ſimpliciter pecuniaria, ſi crimen uerum fuerit tamē aliqua
perſona falſum teſtimonium tulerit iiſdem pœnis librarum centū, & infamiæ puniatur. ¶ Si
uero falſum teſtimoniū tulerit in cauſa criminali, ubi pœna perſonalis in totum uel in partē,
principaliter uel conditionaliter, ſeu in defectū ueniret imponēda, ſi crimen qd imponit uerū
eſſet talis perhibens falſum teſtimonium condēnetur illa pœna perſonali qua punitus fuiſſet
aut condēnatus, aut puniri, uel condēnari deberet, ille cōtra quem falſum teſtimoniū dixerit.
¶ Quando uero delictū quod impingitur non eſſet uerum, ſi pro eo ueniſſet imponēda, pœna
pecuniaria qui falſum teſtimoniū dixerit dupplicata pœna puniat. ¶ Si uero ueniebat impo-
nenda pœna corporis afflictiua qui falſum teſtimoniū dixerit eadē pœna puniat, & pecunia
ria arbitrio iudicis, habita conſideratione præcedentiū & ſimiliū. ¶ Qui uero ſciēter teſtes pre
dictos produxerit, & nō uſus fuerit, pœna centum lib. deñ. pro quolibet teſte producto condē
netur, ſi uero uſus fuerit, pœna ducentorum. ¶ Qui autem ſubornauerit, & docuerit falſum teſti
monium dicere in quacūq; cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, puniatur pœna centum lib. & eadē
pœna teſtis qui ſibi mutauerit nomen. ¶ Quicunq; autem cōtra fecerit ſigillum Cōmunis, ſeu
bulectinum publice, igne uiuus comburatur, & ſi nō uenerit in fortiam Cōmunis condēnetur
in pœna prædicta, & cōfiſcationis bonorum applicandorum Cōi ¶ Qui aūt falſum cōmiſſe-
rit cum dicto ſigillo, uel bullectino, in libris quingētis deñ. condēnetur, & ſibi manus dextera
amputetur, ita q a' corpore ſeparetur. ¶ Qui uero falſificauerit aliquid mediante ſigillo Dñi
Poteſtatis in libris centum deñ condēnetur. ¶ Si autem falſificauerit aliquid mediāte ſigillo
gabellariorum, & aliorum deputatorū a' cōi, libris quinquaginta deñ. puniatur. ¶ Qui autē
aliquam aliam falſitatem cōmiſſerit, ſeu cōmitti fecerit, etiam tacendo, uel aliter quandocūq;
uel in eius arte, uel miniſterio, in lib. 25. deñ condēnet. ¶ Et ſi quis abſtulerit, uel furatus fue
rit, uel lacerauerit aliquam ſcripturam de ſupradictis, in totum uel in partem, in preiudicium
Cōmunis, uel ſpecialis perſonæ condēnetur in centum libris deñ. ¶ Et in omnibus & ſingulis
ſupradictis caſibus ultra pœnas prædictas teneātur facientes, & fieri facientes dictantes teſti-
monia, perhibentes mutantes, addentes credentes, & minuētes ad duplum intereſſe, & expen-
ſas parti in cuius preiudicium prædicta facta geſta, & operate fuerunt.

¶ De eorum.

De corrumpente officiale Communis. Rubrica. XLII.

QVicunq; officialem corrũperit pro iure reddendo, uel non, corrumpẽs, & corruptus incidat in pœnã centum lib. deñ. pro quolibet Cõmuni applicañ. Qui uero attentauerit corruptionem, licet officialis non cõſenſerit incidat in pœnam quinquaginta librarum applicandarum ut ſupra, & talis qui corruperit & corrumpere attentauerit, ſit priuatus officii adminiſtratione in quo tunc reperitur, & ad probãdum corruptionem, ſeu attentamenta ſufficient duo teſtes de ueritate, uel decem de credulitate.

De Homicidijs. Rubrica. XLIII.

QVicunq; perſona ſtudioſe hominem interfecerit, ſeu interfici mandauerit, & homicidiũ conſumatum fuerit, tam mandans, q̃ qui fecerit capite puniatur, ita q; moriantur, ſi in fortiam curiæ peruenerit. Si uero in fortiam curiæ nõ uenerit, eadem pœna mortis, & publicatione bonorum omnium Cõmuni applicandorum condẽnetur. Qui autem auxilium conſilium, uel fauorem præſtiterit ſcienter, in libris mille deñ. condẽnetur, quam ſi infra menſem non ſoluerit, a' die ſententiæ amputetur ei manus dextera. Si uero quis non ex ꝓpoſito ſed culpa aliqua ut interueniet cauſaliter hominẽ interfecerit, in libris quingẽtis deñ. puniatur, reſeruata in omnibus caſibus prædictis legitima filiis quod autem dictũ eſt de publicatione bonorum moderamus & reſtringimus, ut non poſſit publicatio bonorum homicidæ eſſe in maiori quantitate, & excedere maiorem ſummam q̃ ſint facultates interfecti, ita q; tantũ perdat homicida, & tantum publicetur de ipſius bonis propter homicidium quantum perdidiſſet interfectus, & noſtro cõmuni applicatum fuiſſet, ſi ipſe interfectus homicidium cõmiſiſſet.

De Aſſaſinis. Rubrica. XLIIII.

SI qua perſona offenderit, uel offendi aliqum fecerit per aſſaſinũ cum armis & ſanguinis effuſione, ſi ex offenſione, nec mors, nec cicatrix in facie perpetuo remanſura, neq; membri detruncatio, neq; abſiſſio, neq; debilitatio alicuius membri, uel nerui, uel officii mẽbri perpetuo duratura non ſequatur, offendi faciens puniatur pœna quingentarum librarum ſoluẽdarum, a' die date ſententiæ, infra decem dies, quas ſi non ſoluerit cum effectu lingua, & manus una ſibi abſcindatur, ita q; ſeparetur a' corpore. Qui uero offenderit in libras mille deñ. condẽnetur, quas ſi non ſoluerit infra quindecim dies, ut ſupra pro gula ſuſpẽdatur, ita q; moriatur omnino. Si uero aſſaſinus aliquẽ percuſſerit, & ex offenſione mors ſecuta fuerit, uel cicatrix perpetuo remanſura in facie, uel abſiſſi, detrũcatio, uel debilitatio perpetuo duratura alicuius nerui, uel membri ipſe aſſaſinus ſic percutiens, uel offendens, furcis per gulam ſuſpẽdatur, ita q; moriatur omnino, & bona ſua omnia cõfiſcentur. Qui uero percuti, uel offendi fecerit, uel mandauerit, capite puniatur, ita q; moriatur, & bona eius omnia publicentur. Si quis autem mandante, ſeu fieri faciente aliquo eius conſanguineo, uſq; in tertium gradum de iure Canonico excluſiue computandum ad uindictam iniuriæ tali mandanti, ſeu fieri facienti quomodolibet illate percuſerit, ſeu offenderit illum qui prius tali mandanti, ſeu fieri faciẽti, ad uindictã iniuriam intulerit, pœna huius ſtatuti ligari, ſeu puniri nolumus, niſi per coruptelam pecunie uel alterius rei percuſſerit, uel offenderit, etiam ad uindictam prefatam, ſed aliis pœnis ſtatutorum tam faciens, ſeu ſic offendens, q̃ etiam mandans, ſeu fieri faciens pari pœna puniatur Et non intelligatur aſſaſinus qui de mandato talis conſanguinei, de quo ſupra dicit' ſic offenderit, ut prefertur niſi pecunia, uel re alia corruptus, uel etiam pactus percuſſerit, ſeu offenderit & ad tenorem, & exterminium aſſaſinorũ ſtatuimus, q; ſi quis in aliqua terra uel loco pro aſſaſino, ſeu de aſſaſinato condẽnatus extiterit extra ciuitatem Maceratæ eiuſq; diſtrictu, & ad ipſam ciuitatem, ſeu deſtrictum uenerit, & ibi inuentus fuerit, & de tali condẽnatione per publicum inſtrumentum conſtiterit iterato per Rectorem dictæ Ciuitatis cum nouo proceſſu, uel

ſine libero Rectoris arbitrio puniatur, & condẽnetur in perſonam, & ære de aſſaſſinatu, alibi cõmiſſo de quo conſtiterit ut præfertur, & autoritate præſentis ſtatuti forenſis quilibet aſſaſſinium extra ciuitatem Maceratæ, eiuſq; diſtrictu faciens, uel cõmittens, ſeu qui cõmiſſerit in preteritum uagabũdus reputetur & habeatur. ¶ Volumus etiam q̃ ſi in Ciuit. Maceratæ, uel eius diſtrictu repertus fuerit aliquis aſſaſſinus famoſus, uel quem cõſtet Rectori aſſaſſinum eſſe uel fuiſſe per tres teſtes ſuper inde de publica uoce, & fama teſtificantes, ſeu deponentes, licet talis ſic repertus forenſis ſit, & in Ciuitate Maceratæ, uel eius diſtrictu non delinquerit per modũ aſſaſſinatus, neq; aſſaſſinatum ibi commiſſerit tñ, libero rectoris arbitrio, in perſona, & ære puniatur. ¶ Et ſi Rector decreuerit eum condẽnare in pœna minore morte ipſum repellat omnino de dicta Ciuitate & eius diſtrictu, & eundem in bãno perpetuo, æris & perſonæ ponat, & condẽnet. ¶ Aſſaſſinus autem intelligatur & reputetur autoritate præſentis ſtatuti. Qui pecunia, uel alia re corruptus, uel pactus aliquam perſonam offenderit, uel percuſſerit mãdato alterius ſeu altero fieri faciente, interueniẽte corruptela, ſeu pacto pecuniæ, ſeu alterius rei cuiuſcunq; ¶ Item ſi quis extiterit mediator inter aſſaſſinum & faciẽtem aſſaſſinatum committi uel fieri aut pecuniæ uel alterius rei depoſitare ſiue expromiſſor adhoc interuenerit, uel fuerit ſciter in omnibus & per omnia habeatur intelligatur & puniatur, ut aſſaſſinus præmiſſus. ¶ Et de contentis in præſenti ſtatuto procedi, cognoſci, & puniri poſſit quicquid ſic fuerit commiſſum, ut in præſenti ſtatuto continetur tempore officii Rectoris cognoſcentis, ſeu pcedentis de prædictis uel ante intra annum commiſſi maleficii, & hoc locum habeat in futuris.

¶ De pœna Adminantium. Rubrica. XLIIII.

ADminantes cõtra aliquem cum armis ferreis, uel ferratis, uel aliis armis, uidelicet baculo baſtono, uel alio non leui, inſtrumento pro qualibet uice puniatur, pœna librarum uigintiquinque deñ. ¶ Qui autem euaginauerit uel eleuauerit aliquod ex dictis armis, non tamen adminauerit centum ſolidorum pro qualibet uice pœna puniatur, leue aũt uel nõ leue inſtrumentum quod ſit relinquatur arbitrio iudicis. ¶ Si uero manu uacua, uerſus collum uel ab inde ſupra, contra aliquem adminauerit in quinque libris deñ. puniatur. ¶ Si ab inde, infra in ſolidos quatraginta.

¶ De Inſultantibus. Rubrica. XLV.

QVi ſcienter coactis, ſeu collectis ſibi quatuor uel pluribus inſultum fecerit cõtra aliquẽ ad domum, uel in domo eius habitationis, uel ad apotecam, uel ſtationẽ ppriam, uel conductam, inſultati, uel in ea, ſeu ad eius poſſeſſionem, uel in poſſeſſionem, uel in plateis cõmunis, quæ plateæ intelligantur ſecundum determinationem ſtatuti loquentis de duplicatione pœnarum, ſi cum armis principalis ſit aſſociatus, in libris centũ deñ. puniatur. ¶ Aſſocians uero quilibet ſeu cum tali ſic exiſtens in libris quinquaginta puniatur, ſi uero principalis prædictus ſine armis, in libris quinquaginta deñ. puniatur. ¶ Quilibet uero ſic aſſocians in libris uigintiquinque deñ. puniatur. ¶ Si uero alibi q̃ in aliquo, ex dictis locis inſultus factus fuerit contra aliquem ſi cum armis principalis in quinquaginta lib. dena. puniatur. ¶ Si ſine armis principalis inſultans in lib. uigintiquinque deñ. puniatur. ¶ Aſſocians uero, in ſolidis quatraginta puniatur. ¶ Si quis autem ſic inſultans in dicto inſultu percuſſerit aliquem à collo ſupra cum armis ſiue inſtrumentis ferreis, uel non ferreis cum ſanguinis effuſione, in domo uel ad domum uel in poſſeſſione, uel ad poſſeſſionem, ad apotecam, ſiue ſtationem propriam uel conductam, uel in ea, uel in plateis cõmunis, puniatur principalis, in libris trecẽtis deñ. ¶ Qui uero ſic aſſocians in libris centum deñ puniatur. ¶ Si uero à collo infra puniatur in medietate dictarum pœnarum. ¶ Si uero in tali inſultu, in aliquo ex dictis locis facto, inſultatus percuſſus fuerit, & ex percuſſione cicatrix perpetuo remanſura, in facie, uel in collo, ſiue debilitatio perpetua, ſiue inciſio cum debilitatione perpetuo duratura, alicuius nerui, uel membri, ſeu

officii

officii membri facta ſecuta, ſeu ſecutura principalis, in quingentis libris deñ. Quilibet uero ſic aſſociatus, in libris ducentis puniatur. ℭ Si autem ſic percuſſus mortuus fuerit, ſtatutum de homicidio obſeruetur, ſi uero ſic inſultatus percuſſus fuerit in aliquo, ex dictis locis, uel ad aliquẽ ex eis ſine ſanguine, & ſine cicatrice, & ſine inciſione, uel ſine debilitatione præmiſſis principalis quidem, in libris centum quinquaginta. ℭ Quilibet uero ſic aſſocians in libris ſeptuaginta quinque puniatur. ℭ Si autem cum premiſſa collecta, inſultatus alibi ꝙ̃ in aliquo, ex locis prædictis percuſſus fuerit cum armis, ſeu inſtrumentis ferreis, uel non ferreis, & cum ſanguine, & ex tali percuſſione cicatrix in facie, uel in collo perpetuo remãſura, uel debilitatio perpetua etiam ſine ſanguine, ſeu inciſio cum debilitatione perpetua alicuius nerui, uel membri, uel officii membri facta ſecuta, ſeu ſecutura principalis in quatringentis libris deñ. puniatur ¶ Si quis uero ſic aſſociãs in ducentis libris deñ. condẽnetur. ℭ Si uero ex percuſſione prædicta ſanguis tantum exiuerit, & nulla cicatrix inciſio, ſeu debilitatio ſupradicta fuerit facta ſecuta, uel ſecutura principalis in ducentis libris deñ. puniatur. ¶ Quilibet uero ſic aſſocians in centum libris deñ. puniatur. ¶ Si uero percuſſio ſine ſanguine facta fuerit in inſultu prædicto principalis in centum libris deñ. aſſocians uero in quinquaginta libris puniatur. ¶ Et in quolibet caſuũ prædictorum ſtatuti huius ubi inſultus & percuſſio, interuenerit ſolo, ſupraſcriptæ pœnæ uendicent ſibi locum, & de talibus percuſſionibus aliter non queratur. ¶ Et ne in dubium reuocetur quis fuerit principalis in collecta, de qua in præſenti ſtatuto continetur, quis uero aſſocians ille intelligatur quem declarauerit inſultatus. Et prædicta omnia, & ſingula locum habeãt ubi quatuor uel abinde ſupra fuerint cum principali ad prædicta, uel prædictorum aliquod committendum. ¶ Addentes ꝙ ſi inſultatus uel percuſſus percuteret, uel occideret inſultantem uel percutientem aut aſſociãtes, uel aliquem ipſorum ad pœnam aliquam minime teneatur. ¶ Si autem inſultus factus fuerit ſine collecta contra aliquem in domo, uel ad domum eius ſolitæ habitationis ad apotecam ſiue ſtationem eius propriam uel conductam, ipſius inſultati, uel in plateis communis. Si cum armis in uigintiquinque libris deñ. Si ſine armis in decẽ libris deñ. puniatur inſultans. Si uero alibi ꝙ̃ in aliquo, uel ad aliquem ex dictis locis factus fuerit inſultus, ſi cum armis in decem libris deñ. Si ſine armis in quinque libris deñ. puniatur inſultans & pœna talis inſultus confundatur, ſi percuſſio facta fuerit, uel adminatio. ¶ Si ex adminatione uel percuſſione reſultaret maior pœna, ꝙ̃ pœna inſultus alias non confundatur. Et intelligatur inſultus cum armis uel ſine, ſi inſultans mouerit ſe de loco ad locum per plures paſſus.

ℭ *De pena percutientium cum* Armis *vel ſine.* *Rubrica.* XLVI.

SI quis aliquam perſonam cum armis ſeu, inſtrumentis uno, uel pluribus ferreis, uel ferratis & cum ferro talium armorum percuſſerit in collo, uel a' collo ſupra cum ſanguinis effuſione, in libris centũ quinquaginta deñ. pro percuſſione qualibet puniatur. ℭ Et ſi tali ex percuſſione ſignum enorme, uel cicatrix in facie, uel in gula, euidens perpetuo remanſura facta ſecuta, uel ſecutura fuerit, uel cranei fractura, in libris trecentis puniatur. ℭ Si uero naſum uel eius partem auriculam uel eius partem, labium uel eius partem inciſerit, ita ꝙ a' facie ſeparauerit, uel oculum cecauerit, uel effoderit, in libris quingentis deñ. puniatur, quas ſi nõ ſoluerit infra quindecim dies, a' die latæ ſententiæ numerandos, ei naſus, auricula, ſeu labium ſuum prout alteri, inciſerit, & ſic ſeparauerit, & oculus quẽ ſic cecauerit, uel effoderit ſimiliter incidatᷣ effodiaturq́. ℭ Si uero a' collo infra cum dictis armis, uel aliquo gñe eorum cum ſanguinis effuſione, uel ſine aliquem percuſſerit, & ex percuſſione totalis inciſio, uel debilitatio perpetua nerui uel oſſis, uel membri, uel officii membri facta ſecuta, ſeu ſecutura fuerit, in libris quatringentis puniatur, quam pœnam ſi infra menſem a' die latæ ſententiæ non ſoluerit ſimile membrum, & os, uel membri officium prout alteri inciſerit, uel debilitauerit amputetur, ſeu incidatur. ¶ Si uero ex percuſſione facta cum aliquo ex dictis armis a' collo infra ſanguis tantum exiuerit, & nulla de prædictis facta uel ſecuta fuerit debilitatio, in libris centum deñ. condẽnetur. ¶ Si uero ex tali percuſſione cum aliquo ex dictis armis ſanguis non exiuerit & percuſſio in collo, uel

a' collo ſupra cum liuore facta fuerit, in libris centum deñ. pro percuſſione qualibet condēne
tur ¶ Si ſine liuore in lib. quinquaginta condēnetur. ¶ Si autē a' collo infra cum aliquo ex di
ctis armis, ſi ſine ſanguine percuſſerit, Si cum liuore, in libris quinquaginta deñ. ¶ Si ſine liuo
re, in libris xxv. pro percuſſione qualibet condēnetur. ¶ Si uno ictu ſeu actu plures percuſſiones
cum aliquo ex dictis armis factę fuerint, ſi a' collo ſupra, puniatur percutiens per tot percuſſio
nes quot quis reperiatur percuſſus. ¶ Si uero a' collo infra factæ, uel ſecutæ cum ſanguine, in
libris centum, ac ſi tamen una percuſſio dumtaxat puniatur & condēnetur. ¶ Si uero cum ali-
quo inſtrumento bipartito, ſeu tripartito, uel pluri partito, ueluti forcipe, bidente, pectine, ra-
ſtro, uel ſimilibus aliquem percuſſerit, uel uulnerauerit cum ſanguine, quāuis uno ictu cum ta-
li inſtrumento pluria uulnera fecerit, in libris ducentis puniatur. ¶ Si uero ex percuſſione cum
aliquo ex dictis armis, ſeu inſtrumētis prædictis facta dens uel plures ceciderint, ſeu rupti fue-
rint puniatur percutiēs, pro quolibet dente prædicto, in quinquaginta lib. deñ. ¶ Si uero quis
in totum uel in partem alicui linguam abſciderit, in libris ducentis puniatur. ¶ Si uero quis eu
nuchum, ſeu caſtratum fecerit, quoquo modo hominem ita q̄ ad generandum reddatur inha
bilis in totum, in libris quingentis deñ. condēnetur, quas ſi infra quindecim dies, a' die latæ
ſententiæ non ſoluerit manus dextra eidem amputetur. ¶ Si uero alterum tantum teſticulum
alicui inciſerit, ſeu amputauerit, uel a' corpore ſeparauerit, in libris ducētis deñ. puniatur, quas
ſi infra quindecim dies, a' die latæ ſententiæ, non ſoluerit, manus ſiniſtra ei amputetur, ita q̄
a' corpore ſeparetur. ¶ Si quis autem cum aliquo uaſe terreo, uel alio inſtrumento, aut haſta
baculo, ligno, lapidem, fuſte, mazza plumbata, & iis ſimilibus, uel cum aliquo ex armis ferrū
habentibus non modo cum ferro, quod in aliquo ex prædictis exiſteret, ſi in collo, uel a' collo
ſupra percuſſerit, & ex percuſſione ſanguis exiuerit, pro qualibet percuſſione, in libris centum
denariorū puniatur. ¶ Si uero ex percuſſione cum aliquo ex dictis inſtrumentis facta cicatrix
uel ſignum euidens in collo, ſeu facie, uel debilitatio perpetua alicuius nerui, uel membri, uel
officii membri, uel oſſis ructura, ſeu fractio facta ſecuta, uel ſecutura fuerit, in libris ducētis pu-
niatur. ¶ Si uero oculum cecauerit, uel effoderit ex percuſſione cum aliquo ex ipſis inſtrumen
tis facta, in libris quingentis denariorum, pro quolibet oculo cecato, uel effoſſo condēnetur,
quam condēnationem quingentarum librarum deñ. ſi infra quindecim dies, a' die latæ ſenten
tiæ non ſoluerit, ſibi unus ſuus oculus, uel ambo, prout alteri, effoderit, ſeu cecauerit, ſimiliter
effodiatur. ¶ Si uero ex percuſſione cum aliquo ex dictis inſtrumētis facta dens de ore percuſ-
ſi ceciderit, uel ruptus fuerit, pro quolibet tali dente, in libris quinquaginta deñ. puniatur, &
condēnetur. ¶ Si uero ſine ſanguine, in collo, uel a' collo ſupra cum liuore percuſſerit cum ali
quo ex dictis inſtrumētis, in libris centum deñ. condēnetur. ¶ Si ſine liuore, in libris quinqua
ginta deñ. condēnetur. ¶ Si uero a' collo, infra cum liuore, uel ſine cum aliquo ex dictis in-
ſtrumentis percuſſerit, in xxv. libris deñ. puniatur. ¶ Si qs aūt percuſſerit cum fraſca, uinculo,
corrigia canna, & his ſimilibus aliquem. ¶ Si in collo, uel a' collo ſupra, & ſanguis exiuerit, in
xxv. libris deñ. ¶ Et ſi ſanguis non exiuerit, in medietate dictæ pœnæ puniatur. ¶ Si autem a'
collo infra, & ſanguis exiuerit, in decem lib. deñ. ¶ Si uero ſine ſanguine, in cētum ſolidos pu
niatur. ¶ Si quis uero lapidem, uel aliquod ex prædictis inſtrumentis proiecerit cōtra aliquem
& non percuſſerit, condemnetur pro quolibet, & qualibet uice, in libris quinque deñ ¶ Si quis
autem unico ictu cum aliquo ex dictis inſtrumentis plures percuſſiones fecerit, condēnetur p̄
tot percuſſionibus, q̄ quis reperiatur percuſſus. ¶ Si autem dētibus aliquem quis momorderit
cum ſanguine, uel liuore, ſeu utroq; in quinquaginta libris deñ. puniatur. ¶ Si uero naſum, la-
bium, digitum, auriculam, uel genas dentibus momorderit, & carnem inde abſtulerit, ſeu ex-
portauerit, aut cadere fecerit, in centum libris deñ. condēnetur & puniatur. Et ſimiliter ſi tale
morſu neruum, membrum, uel membri officium debilitauerit, uel detruncauerit, in totum uel
in partem, aut carnem de aliqua parte corporis quæ ſupra preſcribitur abſtulerit, ſeu in terrā
cadere fecerit, in centum libris puniatur. ¶ Et ſi quando dubium fuerit, ſeu in dubium uertere-
tur in aliquo caſu præſentium ſtatutorum, uel alterius huius uoluminis, utrum uel quando ſi-
gnum, uel cicatrix euidens, ſeu enormis, uel nerui, uel membris, uel officii membri debilitatio
perpetua, aut oſſis, uel dentis fractura, facta, ſecuta, uel ſecutura fuerit, duorum medicorum iu-

dicio

dic.o relinquatur,& ſtetur per rectorem. ℭ Si quis autē manu uacua brachio,cubito,calce,uel capite,uel quocunq; humano membro,uel parte membri aliquē in collo,uel a' collo ſupra percuſſerit,ſi ſanguis inde exiuerit in libris 50.deñ.puniatur.Si uero ſanguis inde non exiuerit,in libris xxv puniatur. ℭ Si uero a' collo infra ſic percuſſerit,ſi cum ſanguine in xxv.libris puniatur.Si ſine ſanguine,in x.libris puniatur. ℭ Si uero ex tali percuſſione oculus cecatus ſeu effoſſus fuerit,aut os debilitatum perpetuo,aut fractum,uel dens ruptus,ſeu euulſus fuerit,uel neruus membri,ſeu officii membri debilitatio perpetua facta,ſecuta ſeu ſecutura fuerit,talis ſic percutiens in libris 100.deñ.puniatur. ℭ Et in caſu prædicto quo quis ex tali percuſſione oculū cecauerit uel effoderit,ſi condēnationem prædictam infra xv. dies,a' die latæ ſententiæ non ſoluerit,manus ſibi amputetur,ita q a' corpore ſeparetur. ℭ Si quis aūt alteri barbam,uel eius partem euulſerit,ſeu extirauerit,aut capillos capitis,uel aurē ſeu aures alteri extirauerit,ſi ſanguis inde non exiuerit, in libris xxv. puniatur. Si uero ſanguis inde exiuerit,in libris 50. puniatur. ℭ Si uero ex hoc aurem de capite detrūcauerit,ſeu ſeparauerit totam,uel in partem,in libris centum puniatur,quam condēnationem ſi infra decem dies a' die latæ ſentētiæ non ſoluerit manus ſibi amputetur,ita q a' corpore ſeparetur. ¶ Si uero quis aliquem impinſerit,& in terram cadere nō fecerit in libris x. puniatur. ℭ Si uero ſpiritum cadere fecerit,ſi ſanguis inde nō exiuerit in libris xii. cum dimidie puniatur.Si uero ex dicta impicta,uel eius occaſione ſanguis exiuerit,impellēs in xxv. libris puniatur. ℭ Si uero quis aliquem impulerit,ſeu cadere fecerit,& exinde,uel eius occaſione,oculus effoſſus,uel cecatus fuerit,aut oſſis fractura ſeu membri nerui,uel officii mēbri debilitatio perpetua facta ſecuta,uel ſecutura fuerit,puniat̃,ſic impellens,in ducentis libris deñ. ℭ Si uero quis aliquem per terram traxerit, ſiue ſtraſinauerit,ſi ex hoc ſanguis non exiuerit,in xxv.libris deñ.puniatur. Si uero ex hoc ſanguis exiuerit in 50. libris puniatur. ℭ Si uero ex hoc os fractum fuerit,aut nerui,membri,uel officii membri debilitatio perpetua facta ſecuta uel ſecutura fuerit,in libris ducentis puniatur. ℭ Et ſi quis ceperit iniurioſe aliquē in perſonā puniatur in x.libris. ℭ Si uero dicta maleficia cōmitterentur inter mulierem & mulierē,tunc puniatur delinquens in medietatē dictarum pœnarū. ℭ Si quis biretum pileum, uel aliud tectoriū capitis uirile,aut muliebre alteris traxerit de capite,ſeu cadere fecerit,aut indumentū aliquod in alterius dorſo laniauerit,in libris decē deñ.& in emēdatione dāni in duplū puniatur adiicientes prędictis q minores xiiii.annis delinquentes tamen maiores decem puniatur,& condēnetur in medietate pœnæ,qua puniuntur alii maiores xiiii. annis,minores uero decem annis delinquentes Rectoris arbitrio puniantur,dum tamen medietatem pœnæ non excedat delicti eius quod debet puniri minor xiiii. & maior x. & perſonæ delinquentis,& perſonæ in qua delinquitur conditione penſata.

ℭ *De pœna ſpuentis,vel proicientis aliquid turpe,in faciem.* Rubrica. XLVII.

SI qua perſona ſpuerit,uel iniurioſe proiecerit uinum,aquam,poma in faciē alicuius puniatur in decem libris. ℭ Si uero in alia parte corporis,in quinque libris deñ.Si uero lutum fecem,uel aliud ſordidum in faciem proiecerit,pœna centū lib.puniatur,infra uero pœna 50. ſaluis ſtatuti loquentibus de cicatrice & uulneribus. ¶ Si uero fecerit iniurioſe ficus contra aliquem,puniatur in centum ſolidis.

ℭ *De pœna percutientis prægnantem.* Rubrica. XLVIII.

QVæcunq; perſona percuſſerit aliquā fœminam pregnantem,uel cadere fecerit in terrā, irato animo,& malo modo,unde dicta p̃gnans abortum fecerit puniat̃ in libris quingentis denariorum. quas ſi non ſoluerit infra menſem,a' die latæ ſententiæ caput a' ſpatulis amputetur,& ſi caſualiter fecerit ludendo,uel aliter ſiniſtre in centum libris denariorū puniatur,quas ſi non ſoluerit infra menſem manus amputetur,exceptis marito,patre,matre,auo,uel auia,fratre uel ſorore,uel alia perſona attinente,& faciente per modum correptionis,uel

ludendo, uel alio modo ſiniſtro, qui tamen ut habeant occaſionem modeſte ſe gerendi puniatur in libris uigintiquinque denariorum.

¶ De Inſultatis. Rubrica. XLIX.

Liceat cuicunq; inſultato ſeu aſſalito cum armis uel ſine ut uulneretur, uel percutiatur in ipſo inſultu aſſalimento, ſeu miſchia, ſe defendere & offendere inſultanté, & percutere uolenté ſine ulla pœna, & ſufficiat ad defenſionem pbare ſe eſſe primo percuſſum uel inſultatum.

¶ De miniſtrantibus poculum, ſeu eſcam nociuam. Rubrica. L.

Quæcunq; perſona dederit alicui mulieri pregnāti aliquod poculum, ſeu rem comeſtibilem unde abortum fecerit, ſi præbens fuerit maſculus, pœna mortis naturalis puniat. Et ſi fœmina comburatur, & moriat, niſi ſoluerit infra quindecim dies libras quinquagintas deñ. ſine aliqua diminutione. ¶ Si uero data fuerit eſca, uel potus prædicti maſculo, uel fœminæ non pregnāti, & inde mors ſecuta fuerit, maſculus capite puniatur, fœmina uero comburatur ita q; moriatur, et ſi mors non ſecuta fuerit puniatur in ducentis libris deñ. Et agentes & conſentientes, ſi mors inde ſecuta fuerit puniantur in ducentis libris deñ. ¶ Si uero non ſecuta fuerit mors in centum pro quolibet, & qualibet uice.

¶ De faciente vindicta contra alium q̃ ſuum offenſorem. Rubrica. LI.

Quicunq; fecerit, uel fieri fecerit cōtra alium q̃ contra illum qui eum offendiſſet puniatur pœna triplicata illius delicti, & in triplo plus illa pœna, quá paſſus fuiſſet ſi offendiſſet ſuum offenſorem, & ſine diminutione aliqua, & exilio annorum trium a Ciuitate & diſtrictu, & plus & minus arbitrio iudicis, attenta qualitate perſonarum & facti.

¶ De ponentibus Cornua, vel aliud turpe. Rubrica. LII.

Quicūq; poſuerit ad domum, uel hoſtium alicuius de nocte, uel poni fecerit, ſeu proiecerit aliqua oſſa, uel cornua, uel putredinem, uel inhoneſtum aliquod turpe, uel ſcripturam aliquam continentē aliquod iniurioſum, uel literas inimicitiæ, condēnetur et puniatur in ducentis libris deñ. ſi probari poterit legitime, uel per famam publicam probādam per quinque teſtes, & dicta pœna non deminuatur, ſed ipſa puniatur & condemnetur, aliquo ſtatuto in contrarium loquente non obſtante.

¶ De pœna offendentis officiales. Rubrica. LIII.

Quicunq; uulnerauerit, uel offenderit Poteſtatem, iudicem militem ſociū, puniat pœna quatruplici, qua puniretur ſi offendiſſet priuatū ciuem dictæ ciuitatis. ¶ Si uero offenderit uel uulnerauerit Notarium uel domicellū, pœna triplici puniat. ¶ Si uero camerariū offenderit uel Sindicum cōmunis, uel alium officialem Cōis forenſem. pœna duplici puniat, & cōdēnetur, ſaluo ſtatuto quod loquitur de D. Prioribus, & eorū officio. ¶ Si uero famulos ſocii militis, uel birros pœna duplici, quarum pœnarū alteratio & augumentū tunc habeat locum quando aliqua dictarū perſonarum fuerit offenſa ex cauſa officii ipſius adminiſtrantis.

¶ De pœna impedientium officiales in executione. Rubrica. LIIII.

Quæcunq; perſona impedierit, uel impediri fecerit D. Poteſtatem, uel eius iudicem, uel alium officialem cōis, uel familiarē, uel aliam quācūq; perſonā quæ caperet ſeu capere

uellet

uellet, ſeu captum duceret aliquem maleſactorem, uel quando fieret aliqua iuſtitia, ſeu executio iuſtitiæ, uel alicuius ſententiæ, uel dictis malefactoribus captis ducendis, ſeu iuſtitiandis dederit auxilium, conſilium, uel fauorem ad fugiendum, ſeu ſuadendũ, & eum fugere, uel euadere fecerit, uel nõ, uel nõ ſteterit per eũ quominus fugeret, uel euaderet, uel quominus dictæ ſententiæ, executio fieret, tunc dictus talis ſic impediens, uel impediri faciens, uel præſtans in prædictis auxilium, conſilium & fauorem, condemnetur & puniatur eiſdem pœna, & modo quibus deberet puniri dictus malefactor ſi haberi potuiſſet in perſona, alias in prædictis banniatur de dicta Ciuitate, eiuſq; diſtrictu.

De Retinente perſonam de qua ſit ſuſpitio aliqua. Rubrica. LV.

QVæcunq; perſona retinuerit aliam quácunq; perſonam, de qua ueriſimiliter poſſit dubitari q; talis perſona ſic retẽta, & recepta offenderet, uel offendere poſſet aliquã aliã perſonam pro eo caſu ſit licitum unicuiq; prædicta timenti denũtiare ſupradicto D. Poteſtati, & ſuæ curiæ, & tunc dictus D. Poteſtas preciſe teneatur infra terminum competentem precipere illi tali perſonæ ſic receptanti, & retinenti, ſub pœna quingentarum lib. deñ q; incontinenti illam talem perſonã ſic ſuſpectã a' ſe & ſua domo, ac familia expellere debeat, uel idoneæ cauere pro pœna & aſſecuratione petentis arbitrio dicti D. Poteſtatis, quod ſi non fecerit condemnetur & puniatur in prædictis quingentis libris cómuni prædicto. Et ſi talis perſona retenta non cauerit, ut ſupra, uel non receſſeſſerit puniatur aliis libris quingentis.

De fideiuſſoribus non offendendis. Rubrica. LVI.

SI quis coram Poteſtate dictæ Ciuitatis propoſuerit ſe aliquem habere ſuſpectũ, ne ipſum uelit offendere præcedentibus minis indiciis, uel ſignis, ex quibus uerifimiliter quis debeat dubitare talis Poteſtas ad petitionem, uel requiſitionem talis ſuſpicantis teneatur, & debeat illum, de quo ſic timetur uel habetur ſuſpitio cogere de facto, & ſine aliquo proceſſu, prout ei uidebitur præſtare eidem ſuſpicãti, ſeu timenti fideiuſſores idoneos, ſeu fideiuſſorem idoneum, necnon & talem habitum ſic ſuſpectum ad cauendum & promittendum ſuo proprio nomine de non offendendo talem ſuſpicantem ſub pœna qua dictus Rector decreuerit eius arbitrio a' centum libris denariorũ, uſq; ad mille, quæ pœna ſi cõtrafactũ fuerit, a' tali cauente, ſeu eius fideiuſſoribus, de facto, & ſine proceſſu aliquo exigatur cõueniendo etiam fideiuſſores omiſſo principali, habeant tamen fideiuſſores regreſſum in perſonã talis principalis, & eius bona de facto, & ſine aliquo proceſſu, uel ſcriptura realiter & perſonaliter cogatur eos ſeruare indẽnes & Rector habeat liberum arbitrium mulctandi, & puniendi, at etiã perſonaliter cogẽdi, & carcerandi, nec non ad confinia, & relegationem mittendi illum de quo ſic timetur, uel ſuſpitio haberetur quouſq; cauerit, & ſatiſdederit, ut perfertur ſine alicuius pceſſus, uel ſcripture interuentu. Poſſit etiã dictus Rector cogere modo & forma prædictis, ſi ei uidebitur talem ſuſpicantem uel timentem ad cauendum, & fideiubendum, de non offendendo illum quem ſic ſibi reputat eſſe ſuſpectum. Hoc autem in præſenti ſtatuto uolumus & diſponimus, q; nullus poſſit poſtulare, uel petere tales fideiuſſores, uel fideiuſſorem, de quibus ſupra fit mentio, ab aliquo quem prius offenderit, nec ab ipſius offenſi conſanguineis, uel affinibus quibuſcunq; nec prædictos, uel eorum aliquem poſſit ſic reputare ſuſpectos, uel etiam allegare, niſi pro quiete Ciuitatis, & euitandis ſcandalis, aliud Poteſtati uideatur.

De offendente Ciuem vel habitatorem Ciuitatis. Rubrica. LVII.

SI aliqua perſona forenſis offenderet aliquem Ciuem, uel habitatorem dictæ Ciuitatis, puniatur in pœna dupli, qua puniretur, ſi Ciuis ciuem offenderet. Et ſi forenſes inter ſe aliquas offenſas facerent, tunc puniantur media pœna qua Ciues inter ſe offendentes puni

untur, ſaluo de aſſaſſinatu, homicidio, & aliis enormibus maleficiis, ſeu proditione, quo caſu puniantur, ut ſupra dictum eſt in aliis ſtatutis. ¶ Si uero forenſis, uel alius cuiuſcunq; conditionis exiſteret, non ſoluerit pœnam Communi, de maleficio, delicto, uel exceſſu commiſſo contra ciuem, uel habitatorem Ciuitatis q; tunc eo caſu dictus ciuis, uel habitator ſi ueniret in aliquo puniendus, non poſſit cogi, ad ſoluendum aliquam pœnam, in dicto Cõmuni, dũmodo dictus ciuis, uel habitator non ſit autor dicti maleficii, exceſſus, uel delicti, & hoc caſu intelligatur habitator qui habitauit familiariter per duos annos in dicta Ciuitate.

¶ De Receptatoribus banditorum, et hoſtium Cõmunis. Rubrica. LVIII.

Quæcunq; perſona ſcienter receptauerit aliquem bannitum, uel aliquem publicum inimicum, & rebellem communis dictæ Ciuitatis in habitatione, uel domo, uel in alio loco poſita uel poſito in dicta Ciuitate, uel eius diſtrictu puniatur in quingentis libris den. intra Ciuitatem tantum, extra ipſam in medietate dictæ pœnæ. ¶ Et intelligatur receptaſſe eo ipſo q; dictus bannitus, uel malefactor ſtaret, uel moraretur in aliqua domo, uel habitatione, uel alio loco dicti receptantis, & ſi manſio prohibita denegata ſeu uetita non fuerit per dictum receptantem, quo minus ibi ſtaret de qua prohibitione appareat publicum inſtrumentum, uel probatio duorum teſtium bonæ famæ, & ſi talis bannitus, uel rebellis, uel malefactor prædictus quicunq; inde diſcederet dictus receptans teneatur denuntiare & manifeſtare hoc D. Poteſtati, & ſuæ curiæ, quo facto nullatenus puniatur, ut ſupra dictũ eſt, & eadem pœna puniatur quicunq; cõmitatus fuerit, ſeu aſſociauerit, uel ſecum duxerit aliquem bannitum, uel publicum inimicum, uel rebellem dicti Cõmunis, uel alium quẽcunq; malefactorem per dictam Ciuitatem, uel eius diſtrictum, ſeu quomodolibet eidem alimenta præſtiterit.

¶ In quibus caſibus poſſit excuſari per Procuratorem in Maleficijs. Rubrica. LVIIII.

Quia contingit multotiens q; bãniti pro maleficiis, ſeu maleficio, uel delicto, uel debito malitioſe accuſantur, ſeu faciunt ſe accuſari, ad hoc ut poſſint ad dictam Ciuitatem redire dictæ malitie obuiantes, dicimus & ordinamus, q; ſi talis bãnitus accuſaretur uel inquireretur cõtra ipſum de tali maleficio, de quo eẽt pœna mere pecuniaria liceat ſibi ſe defendere per ꝓcuratorem ſeu aduocatum, quẽ ad prædicta uoluerit datis fideiuſſoribus idoneis de dicta condẽnatione ſoluenda, ſi debuerit condẽnari Si autem deberet imponi ſibi pœna quæcunq; perſonalis, ita q; pro dicto delicto, ſeu maleficio deberet in carceribus perſonaliter detineri, tunc detur licẽtia, & ſecuritas dicto bãnito de omnibus & ſingulis ſuis aliis condẽnationibus, & ſi uenerit perſonaliter detineatur, ita q; ſi fuerit culpabilis puniatur, ut debet alioquin libere relaxetur, & capi non poſſit illo die, uel ſequenti, quibus fuerit relaxatus aliquo modo, uel cauſa, à quacunq; perſona, & ſit in arbitrio Poteſtatis punire dictum accuſatorem accuſato, abſoluto, prout crediderit conuenire.

¶ De Depoſito faciendo pro condemnatis. Rubrica. LX.

Quia multoties contingit, q; Ciues, & habitatores Maceratæ, uel eius diſtrictus abſentes accuſantur doloſe, ſtatuimus & ordinamus, q; quandocũq; & qũocunq; aliqua ex dictis perſonis abſentibus accuſaretᷣ, tunc arbitrio, & declaratione D. Priorum teneatur, & debeat facere depoſitum in pecunia numerata penes idoneum mercatorem de illa quãtitate pecuniæ qua ueriſimiliter debeat ipſum accuſatum poſſe expendere in redeundo Maceratam, ad ſe defendendum pro accuſatione predicta, & poſtea ſumptibus talis accuſatoris mittatur nuntius & cedula pro parte dicti domini Poteſtatis ad requirendum talem perſonam accuſatam, ubi eſſet & expectetur poſt relationem dicti nuntii tanto tempore quanto domini Priores arbitrati fuerint eum uel eam poſſe, uel potuiſſe redire qua non comparẽte procedatur ut ſupra dictũ

eſt, ſi uero

eſt,ſi uero comparuerit reſtituantur in continenti,omnes & ſingule expenſe quas uerisimiliter moſtrauerit ſe feciſſe & poſtea procedatur ut de iure fuerit & in ſupra dictis omnibus duret inſtantia,& tempus finiendi proceſſus per unum menſem.

De Furioſis & mentecaptis, Rubrica. LXI.

FVrioſi,& dementes & mente capti detineantur in carceribus comunis uel in eorum domibus ad ſenſum & uolũtatem eorum conſaguineorum ſi uoluerint ab eis præſtitis alimẽtis ad hoc ut aliam perſonam non offendant & ſi conſanguinei prædicti neglexerint fiant prædicta arbitrio Poteſtatis de quibus fatuis furioſis & mente captis Poteſtas prædictus inquiri facere teneatur de duobus menſibus,in duos meſes ſemel.

De bonis malefactoris. Rubrica. LXII.

QVotieſcũq; aliquis commiteret aliquod maleficium bona dicti malefactoris ſint comuni effectualiter obligate pro cõdemnatione ſoluenda,& ſi appareret aliquod inſtrumẽtum obligationis uel alienationis bonorum dictorum malefactorum pro dictis defendendis tunc ponatur, & legatur in concilio generalis dictæ Ciuitatis quid de dicta defenſione, & inſtrument ſit faciendum,& inde fiat prout in dicto Concilio fuerit ſtabilitum ſaluo q; hoc ſtatutum non intelligatur de inſtrumento dotali alicuius mulieris.

De Percutientibus, & verberantibus, Patrem Matrem, ſeu aſcendentem. Rubria. LXIII.

QVicunq; Patrem uel Matrem, uel aliquem aſcendentem recta linea, uerberauerit uel uulnerauerit ſeu percuſſerit uel per capillos traxerit ſeu quocunq; modo offenderit dicto,uel facto,puniatur pœna quatruplici qua alias puniri deberet ſi aliũ offendiſſet, ſaluo q; ſi pax inde ſecuta fuerit inter partes prædictas, ſoluat quantum ſi prædicta commiſiſſet in extraneam perſonam ciuem,& iſto caſu beneficium pacis ulterius non admittatur.

De Retinentibus aliquem in priuato Carcere, Rubrica. LXIIII.

QVecunq; perſona retinuerit aliquam perſonam incluſam,priuando ipſam propria libertate per unam horam,in propria uel aliena domo,uel habitatione puniatur,& condemnetur in ducentis libris deñ.ſaluo ſi haberet repreſalias uel aliquod ius propter quod poſſet uel deberet ipſam perſonam retinere incluſam, q; tunc ad aliquam pœnam minime teneatur,uti maritus uxorem uel pater filium cui patri liceat filios ebrios,alcatores,luſores,impudicos,diſſolutos,malorum morum ſibi,uel matri inobedientes,non ſolum includere & retinere in priuato carcere,ſine aliqua temporis præfinitione,ſed etiam uirgis cedere, & baculis percutere,uerberare,& etiam cum attenuatione & diminutione cibi,in aqua & pane,ꝑ arbitrio ſuo dummõ inde non ſequatur mors,uel membri,uel officii membri impedimentum,uel dãnum. Et eadem concedimus maritis contra uxores propter cauſas prædictas,uel quia inuenerint ipſas diſcipatrices ſubſtantiarum ſuarum,& propter alias cauſas pro quibus accedere ad palatium eſſet dedecus,& ponerentur in deriſu. Poſſit tamen,iudex Ciuitatis undecunq; perlata querimonia,ſeu habita notitia contra immenſam ſeuitiam prouidere,dummodo cum conſenſu coniunctorum,& ipſorum conſilio faciat,& ſecrete,& extraiudicialiter. Fratribus autem aduerſus ſorores prædicta non concedimus,niſi preuio conſenſu aliorum duorum proximiorum,quos uerisimile ſit concurrere,in uoluntatem prædictam ex iuſtis & probabilibus cauſis. Ille autem qui ex cauſa repreſaliarum retinuerit aliquem teneatur infra duos dies notificare Cancellario Communis ſuam detentionem,

ℭ De Intrantibus, uel exeuntibus aliter ꝙ per portam Ciuitatis. Rubrica. LXV.

NEmo audeat ingredi, uel egredi de Ciuitate, aut intrantes, uel exeuntes per feneſtram, uel muros, uel aliunde ꝙ per portas extraere, ſub pœna decem librarum deñ. ſi de nocte, ſi uero de die centum ſolidorum, niſi fuerit perſona ſuſpecta, in qua pœna duplicetur, & ſi infra decem dies non ſoluerit ſine diminutione mittatur in exilium per duos annos.

ℭ De Caſibus in quibus non eſt ſpecificata pœna. Rubrica. LXVI.

IN omnibus & quibuſcunq; caſibus, in quibus in hoc uolumine ſtatutorũ non reperiatur determinata pœna, Dominus iudex Ciuitatis procedat de ſimilibus ad ſimilia, de maiori ad minus, & econtra arbitrio ſuo.

ℭ De Stationibus claudendis. Rubrica. LXVII.

IN continenti ꝙ ſitum fuerit, uel ueriſimiliter dubitatũ, uel publice dictum de aliquo tractatu turbatione, ſiue proditione contra ſtatum Sanctæ Matris Eccleſiæ, uel pacificum preſentem ſtatum, omnes & ſinguli claudant, & claudere debeãt eorum ſtationes, & apothecas quouſq; ueritas inueniatur, & inde fiat iuſtitia, & executio ordinate, & Ciuitas quieſcat, & prædicti omnes accedant ad Priores & Poteſtatem, & cum eis maneant cum armis uel ſine, prout prædicti Priores et Poteſtas ordinauerint, ſub pœna centum lib. deñ pro quolibet contrafaciente & uice qualibet maiori & minori, arbitrio Poteſtatis & Priorum.

ℭ De componentibus aliquid in iniuriam alicuius. Rubrica. LXVIII.

SI quis compoſuerit aliquod carmen, cantionem, ballatam, ſonictum, madrigale, muctum, uel dictatum ad iniuriam, uel cõtumeliam alicuius, unde preiudiciũ honori, & famæ illius de quo eſt aliquid dictum uel ſcriptum generetur, incidat in pœnam quingentarum librarum deñ. ſoluendarum ſine diminutione, ſi talis de quo dictum ſiue ſcriptum fuerit perſona honeſta, & ex honeſta familia nata. ℭ Si autem cõtra aliquam uirginem, uel maritatam, pœna duplicetur, & ſi non fuerit ſoluta infra quindecim dies, a' die condemnationis ſine diminutione lingua perforetur. ℭ Et iiſdem pœnis puniatur, qui cantauerit, dixerit, uel dictauerit.

ℭ De impedientibus Diuinum Officium. Rubrica. LXIX.

SI quis ſtudioſe, & per contemptum turbauerit diuinum Officium, concionem, uel aliud ſacramentum Eccleſiæ, condẽnetur in xxv. libris deñ quam pœnã ſi non ſoluerit infra decẽ dies, a' die condemnationis, mittatur in exilium per tres menſes, a' Ciuitate & diſtrictu.

ℭ De Raptoribus. Rubrica. LXX.

QVicunq; rapuerit mulierem nubilem uel maritatam ſeu aliam honeſte uiuentẽ, uel monialem libidinis cauſa transferendo de loco ad locum, furcis ſuſpẽdatur, ita ꝙ moriatur. ℭ Et ſi per uim cognouerit ſine tranſportatione aliqua, caput amputetur, ita ꝙ moriatur, ſaluis tamen caſibus inferius prouidendis ſub Rubrica de Adulterio, ſtupro, uel alibi, in præſenti uolumine. ℭ Et quicunq; filium uel filiam, uel alicuius deſcendentem ſeduxerit, & ſeducendo ſubtraxerit, licet uolentem tamen contra uolũtatem patris uel matris, uel aſcendentiũ & duxerit extra ciuitatem, & diſtrictũ, uel occultauerit per unam noctem, tantum patri matri, uel aſcendentibus cauſa ſtupri uel male faciendi cum ipſo uel ipſa, puniatur in pœnam mor-

tis natu

tis naturalis. ℭ Et ſi cauſa extorquendi pecunias a' patre, uel alia perſona, ſuſpendatur furcis, ita q̃ moriatur, & prædicta nõ uendicent ſibi locum in cõmittentibus prædicta uel eorum ali quod perſonis uilibus, ſeu uilium perſonarum, filiis ſeu filiabus, in quibus pœna ſit citra mor tem, lib. tamen quingentarum, & ultra relegationis arbitrio conſilii Credentiæ condẽnetur.

ℭ De Furtis. Rubrica. LXXI.

Furtum quicũq; fecerit, uel fieri fecerit in Ciuitate uel diſtrictu, rerum uel rei ualoris ſolido- rum quinque, uel ab inde infra condẽnetur dicta cauſa in ſolidis quatraginta, & ſi non ſol uerit infra decem dies, a' die latæ ſententiæ, pœna huiuſmodi duplicetur. ℭ Et qui furtum fe- cerit, uel fieri fecerit in aliquo ex prædictis locis rerum uel rei ualoris, a' quinque ſolidis ſupra uſq; ad xx. ſolidos, cõdemnetur in centum ſolidis, quam pœnam ſi non ſoluerit infra x. dies, ut premittitur, pœna duplicetur. ℘ Sed ſi furtum fecerit, uel fieri fecerit rerum uel rei ualentiũ a' uiginti ſolidis uſq; ad quatraginta ſolidos, condẽnetur in decem libris deñ. quas ſi non ſol uerit infra decem dies, a' die latæ ſententiæ, ſimiliter pœna duplicetur, ut ſupra, & non poſſit ſtare in dicta Ciuitate toto tempore Poteſtatis eum cõdemnantis. Sed ſi furtum fecerit rerum uel rei ualentium a' quatraginta ſolidis, ſupra ad centum ſolidos, condẽnetur & puniatur in xxv. libris deñ. quas ſi non ſoluerit infra dictum terminũ, ſimiliter duplicetur pœna, cum exi- lio. ℭ Sed ſi furtum fecerit, uel fieri fecerit rerum uel rei ualẽtium a' centum ſolidis ſupra uſq; ad decem libras deñ. condẽnetur in quinquaginta libris deñ. quas ſi non ſoluerit ad dictũ ter- minum duplicetur pœna cum exilio, ut ſupra. ℭ Sed ſi furtum fecerit rerum uel rei ualentium a' decem libris uſq; ad xxv. lib. denariorum, condẽnetur in centum libris deñ quas ſi non ſol- uerit infra terminum decem dierum, a' die latæ ſentẽtiæ pœna duplicetur cum exilio, ut ſupra ſtet tamen per horam mitreatus ad cathenam in platea. ℭ Sed ſi furtum fecerit uel fieri fecerit rerum uel rei ualentium a' xxv. libris ſupra uſq; ad lib. 50. condemnetur Cõmuni in 150. li- bris deñ quas ſi non ſoluerit infra dictum terminum fuſtigetur & duplicetur ſibi pœna. ℘ Sed ſi furtum fecerit in aliquo ex dictis locis rerum uel rei ualẽtium 50 lib. uel ab inde ſupra uſq; ad centum lib. condẽnetur in ducentis libris deñ. quas ſi non ſoluerit infra dictum terminum pœna duplicetur, & fuſtigetur cum exilio ſex menſium. Et prædicta intelligãtur, & locum ha beant pro primo furto, pro ſecundo uero furto facto per interuallum temporis unius diei ad minus poſt primum furtum duplicentur dictæ pœnæ pecuniariæ, quas uel quam pœnam pe cuniariam, ſi non ſoluerit delinquẽs infra decem dies, ut dictum eſt puniatur in perſonam ſe- cundum diſtinctionem ſuperius declaratam. ℭ Si quis uero ultra duo furta, tertium furtũ, uel plura cõmiſerit etiam extra territorium Maceratæ, ſuſpendatur per gulam, ita q̃ moriatur, dũ modo tertium furtum uel quartum, uel ulterius in ciuitate Maceratæ, uel eius diſtrictu commi ſerit, uel fecerit, aut factum alibi contractauerit in ciuitate Maceratæ, uel eius diſtrictu, & dum tamen omnia furta per ipſum facta excedant ſummam ducentarum librarum. ℭ Et ſi non ex- cederent dictam ſummam ducentarum librarum & eſſet infra dictas ducentas libras, & ab in de infra, triplicetur pœna, habito reſpectu tam quo ad pecuniariam, quam quo ad corpora- lem, ad præcedentes caſus ſuperius deciſos. ℭ Et inſuper in quolibet caſu præſentis ſtatuti condemnetur delinquens ad reſtitutionem rei, uel rerum ſubtractarum, uel eius exiſtimatio- nem in duplum ultra extimationem earum, minor uero quatuordecim annis, maior tamen decem annis committens aliquod furtum poſſit pro qualibet uice, uſq; ad uiginti lib. deñ. con dẽnari, & nõ ultra nec aliter in perſona, uel rebus inſpecta, etiam qualitate delicti, & etiã con dẽnatione perſonæ. ℭ Fures uero contractantes in ciuitate Maceratæ, uel eius diſtrictu, furta alibi facta ſeu cum ipſis ad eandem Ciuitatem uel diſtrictũ uenientes, pro primo uel ſecundo furto puniant̃ in pœnis ſupra dictis, & cõditionibus ſupraſcriptis, pro tertio uero furto punia tur, ut ſuperius declaratũ eſt. ℭ Et nihilominus res ſubtractas cum duplo extimationis earum reddere compellatur, nocturni uero ſeu diurni publici, & famoſi fures, ſeu raptores in Ciuita- te Maceratæ, uel eius diſtrictu furtum aliquod uel rapinam committentes, aut cõmiſſum, ſeu

commiſſam, alibi in eadem Ciuitate, uel eius diſtrictu contractantes libero Poteſtatis arbitrio in perſona etiam uſq; ad mortem incluſiue puniatur. ¶ Volumus tamē & ſtatuimus ꝙ hi tantum publici & famoſi fures, & raptores haberi & reputari debeant, ut ſupra & condēnari poſſint & debeant qui tria furta, aut etiam tres rapinas cōmiſerint excedentes, ſeu excedētia ſummam ducentarum lib. deñ. ut ſupra dictum eſt, quæ in proceſſu, & ſententia oratio exprimi debeat, & aliter non poſſint, ut publici & famoſi fures, & raptores puniri ſeu condēnari. ꝑ Inuenti cum furtis uel rapinis uel cum rebus furatis, uel raptis fugientes poſſint a quolibet capi, & uerberari. & ſi ſe telis aut armis defenderint, impune poſſint occidi. ¶ Si quis autem in domo ſuæ habitationis aliquam perſonam ſuſpectam inuenerit quam ueriſimiliter ſit in eadem domo furandi, uel alia illicita, ſeu inhoneſta cauſa intraſſe liceat inuentori ſuæq; familiæ ſic inuentum, capere & ad Curiam ducere, & etiam percutere uſq; ad mortem incluſiue, dummodo poſtea oſtēdatur rationabilis ſuſpitio occiſus illicita cauſa intrauerit ¶ Attentis qualitatibus perſonarum et temporum. ¶ Huic autem preſenti ſtatuto adiicimus ꝙ ſi aliqua perſona ſimul & ſemel ſine temporis interuallo plures res furatus fuerit pro uno furto tātum debeat condēnari. ¶ Vbicunq; autem in ꝑſenti ſtatuto pœna augetur propter non ſolutiones factas in tempore, de quo in ſentētia, & reperitur eſſe pecuniaria etiā corporalis inſimul nunꝗ corporalis imponatur, ſi condēnatus ſoluerit pecuniaria in auctā infra xv. dies, ſtatuta autem dānorum datorum in ſuo robore firma perdurent, nec ipſis per præſens ſtatutum aliqualiter derogetur ¶ Item ſi quis patronus ſuū bubulcum, uel pactualem, uel ſeruientem, de furto cuius quātitas uel extimatio ſolidos quatraginta nō excedat accuſauerit talis patroni iuramēto ſtari debeat, nec ſuper tali accuſatione probationes aliæ exigantur, quo caſu talis accuſatus ualeat condēnari ad talem rem, uel quantitatem quæ furto ſubtracta dicitur, & ad tantūdem deñ. ¶ Item ſi quis bubulcus ſine ſpeciali licentia ſui patroni uendiderit aliquam operam boum, in ſolidis centum denar. puniatur, uice qualibet, cuius pœnæ medietas ſit patroni de hoc accuſantis, & idē eodemq; modo ſtatutum intelligatur, in eo qui pacto aſtrictus eſt non laborare niſi terrenum, ſeu poſſeſſionem patroni, uel domini paciſcentis, ſaluis caſibus annotatis in ſequenti ſtatuto. ¶ Alueos, arnas apes, uel cupos arborum nemo corrumpat uel frangat in alienis rebus ſub pœna xxv. librarum deñ. & damni emendatione. ¶ Et ſi quis de poſſeſſionibus acceperit giptos apium teneatur eadem die notificare domino, ſub pœna quatraginta ſolidorum, & reſtitutionis gipti, & ſi dominus apium unde proceſſerit giptus ſequeretur poſt eum liceat reacipere de quocunq; loco ubi conſederint, ſeu puſauerint ſine inciſione rami ſeu fraſchæ, arboris ſed ſi inciderit det medietatem apium domino arboris, qui autem corruperit fregerit, inciderit, uel melauerit in alieno loco ſi infra quindecim dies, a lata ſententia non ſoluerit xxv. libras publicæ fuſtigetur, & eiſdem pœnis puniantur qui alueos ſeu arnas cum apibus de poſſeſſionibus alienis furati fuerint.

¶ *De accipiente Iugum, aratrum, vel alia inſtrumenta.* Rubrica. LXXII.

SI quis de poſſeſſione alterius palā uel occulte, cauſa pro ſe retinendi, acceperit aratrum, ſoluat quinquaginta ſolidos pro pœna cōmuni, pro iugo xx. ſolidos, ꝓ cathena xx. ſolidos, pro uomere quatuor libras, pro cultro quatraginta ſolidos, pro perticaria centum ſolidos, ultra reſtitutionem rerum ablatarum domino faciendam, & operarum perditarum, ſecundum extimationem faciendam iuramento damnum paſſi.

¶ De *receptantibus Fures vel latrones.* Rubrica. LXXIII.

FVres uel latrones ſcienter receptans, iiſdem pœnis puniatur, quibus dicti fures. ¶ Et idem ſtatuimus in receptatoribus publicorum & famoſorum latronum, & de robatorum ſtratarum, ut iiſdem omnino pœnis puniantur, quibus ipſi publici & famoſi latrones & ſtratarum robatores.

¶ De offen

De offendentibus Lenones. Rubrica. LXXIIII.

LEnonem ſeu ruffianam, uel ruffianum offendens, etiam ſcienter, ſeu aliam quācunq; perſonam turpis & inhoneſtæ uitæ, ſeu uilis conditionis, & abiectæ famæ, puniatur dimidia pœna, qua puniretur ſi offendiſſet perſonā bonæ cōditionis, & famæ excepto homicidio, uel alia enormiſſima offenſa, in quibus iura alia municipalia, & cōmunia ſeruentur.

De contrahentibus matrimonium cum filia familias. Rubrica. LXXV.

MAtrimonium contrahens cum aliqua muliere habente patrem ſine conſenſu ipſius patris uel aui paterni, incidat in pœnam trecentarum lib. deñ. ¶ Si pater uel auus, habēs filiam in poteſtate fuerit habilis ad preſtādum conſenſum, ubi uero talis mulier nō haberet patrem, uel auum antedictum debeat contrahēs habere conſenſum trium cōſanguineorum proximiorum, ſub pœna ducentarum lib. deñ. & eadem pœna puniatur mulier quæ contraxerit matrimonium cum aliquo minore annorum xxv. ætatis ſuæ, ſine conſenſu patris, aui, uel proximiorum cōſanguineorum, ut ſupra, & ipſo facto ſit priuata omni comodo ſucceſſionis, & parte hereditatis, & bonorum quæ eidem cōtingere potuiſſent, uel poterunt ex ſucceſſione quorūcunq; ſuorum cōſanguineorum ab inteſtato decedētium, & applicetur illis quibus applicari debuiſſet quādo ipſa fuiſſet omni iure incapax, ſucceſſionum pdictarum & in oibus & ſingulis predictis caſibus cōtractus, obligatio, & inſtrumentum dotium matrimonii ſupra dicti ſint ipſo iure nullius momenti, et Notarius qui de predictis inſtrumētum fecerit puniatur pœna cētum lib. deñ. applicañ. cōmuni, & poſſit a' quolibet accuſari.

De Pace, et per quos fieri poſſit. Rubrica. LXXVI.

PAx legitimi tutoris, uel tutricis facta cum preſentia duorum cōſanguineorum proximiorū pupilli bonæ conditionis & famæ, unius ex parte pātris, alterius ex parte matris, ualeat & teneat, & aliter nō ualeat. ¶ Et ſimiliter proſit & ualeat pax facta a' curatore furioſi demētis, uel mentecapti, cum cōſenſu conſanguineorum, ut ſupra. ¶ Valeat etiam pax facta a' ſindico uniuerſitatis collegii, capituli, uel conuentus, ſpecialiter tamen ad hoc conſtituti, etiam de maleficio cōmiſſo in quacūq; perſona collegii, capituli, ſeu cōuentus, & uniuerſitatis, & ſecūdum formam ſupradictam, poſſit fieri pax de quolibet maleficio, & proſit excepto, ubi pro delicto ueniret imponenda pœna mortis naturalis, uel ciuilis, ſeu perditionis membri, nec habeat locum pax in damnis datis, & furtis rerum minutarum.

De frangentibus pacem. Rubrica. LXXVII.

PAcem uel treguam, quicunq; fregerit, patiatur pœnam quadriplicatām eius quam pateretur pro illo maleficio, ſi pax fracta non fuiſſet, ultra cōuentum inter partes. Rupta autem non intelligatur pax uel tregua per uerba iniurioſa, ſed tantum ſi dolo malo aliqua percuſſio interuenerit inter partes.

De minante contra Officialem. Rubrica. LXXVIII.

MInas quicūq; intulerit uel percuſſiones cōtra officialem, in exercitio, & actu officii, ſeu etiā ex cauſa executionis factæ pro debito officii, ſoluat quatruplicatam pœnā, qua alias puniri deberet pro maleficio, iniuria, offenſa, uel minis cōmiſſis, ſeu illatis uel dictis in perſonā priuati hominis, niſi dictus officialis nō ex cauſa officii, ſed ut priuatus offenderit, uel prouocauerit minātem, ſeu offenſorem ſuum. ℗ Et qui dixerit aduerſus Poteſtatem uel officiales, q; ſibi non facit iuſtitiam, uel ſimilia uerba cōdolentia de mala adminiſtrata iuſtitia, nō intelligatur

minas uel iniuriam intuliſſe dummodo non inreuerenter & ludibrioſe dixerit.

¶ *De capientibus, et offendentibus latrones, et homicidas.* *Rubrica.* LXXIX.

LAtrones, & homicidas, & robatores ſtratarum, & uulneratorem, & alium quemcunq; maleſactorem, unicuiq; capere liceat, dũmodo captum eodem die preſentet Poteſtati, ſeu Curiæ, ſi in Ciuitate, & ſi in diſtrictu eodem uel ſequenti die, & ſi maleſactor ſe defenderet, uel aufugeret, liceat ipſum offendere, etiam uſq; ad mortem incluſiue & impune.

¶ *De intrante in Domum alterius.* *Rubrica.* LXXX.

DOmum, locum, ſeu habitationem alicuius ingredi nemini liceat contra prohibitionem domini, uel poſſeſſoris, ſub pœna uigintiquinque lib. deñ. uice qualibet contrafacienti, applicañ. Communi.

¶ *De Cogente aliquem ad faciendum aliquid.* *Rubrica.* LXXXI.

VIm quicunq; intulerit, & promiſſionem, uel obligationem, pacta, uel aliquam ſcripturam ſacramentum teſtamẽtum, uel ultimam uoluntatem extorſerit condemnetur in lib. xxv. deñ. & omnis contractus & inſtrumentum, inde cõfectum ſit ipſo iure nullum, & uim ſufficiat probare per unum teſtem de ueritate, & quinque de fama, uel decem, uel uiginti de credulitate. ¶ Et quicunq; inferendo minas percutiendo, uel uulnerando, ſeu expellendo, uel moleſtãdo petierit uel peti fecerit aliquid dari, uel fieri ab aliquo, incidat in pœnã quinquaginta lib. deñ. ultra pœnas delicti uulneris, & minarum, & ſi mediantibus dictis minis & modis ſpecificatis petitor aliquam promiſſionem quãtitatem, uel rem extorſerit compellatur ad reſtitutionem dupli quantitatis, uel ualoris rei quam receperit faciendo illi contra quem minas moleſtias, & iniurias prædictas intulerit, & puniatur pœna centum lib. deñ. irremiſſibiliter.

¶ *De auferente per vim rem mobilem.* *Rubrica.* LXXXII.

VIolenter rem aliquam mobilẽ ualoris cẽtum ſolidorũ, uel ab inde infra, unam uel plures ſeu pecuniam, uſq; ad centum ſolidos, uel infra, dum tamen non animo derobandi fecerit, in libris uigintiquinque deñ. puniatur. ¶ Si uero pecuniam uel res ualoris excedentis ſolidos centum uſq; ad libras decem incluſiue abſtulerit, in libris quinquaginta puniatur. ¶ Sed ſi exceſſerit ualorem prædictum quãtacunq; pecunia ſit, uel ualor, libris centum puniatur, & in quolibet caſu antedicto teneatur ad reſtitutionem rei, ſeu pecuniæ ablatæ, & ad reſtitutionem damni quod inde contigerit, ſitq; ipſo facto priuatus omni iure quod ſibi competebat in re ablata. ¶ Et in prædictis ceſſent pœnæ conſtitutæ contra furta facientes cum abſit animus furãdi, & non habeãt locum pœnæ prædictæ, in auferentibus res in domibus, hortis, uineis, & poſſeſſionibus ſuis ſeu aliter damnum dantibus.

¶ *De Recuperatione conceſſa.* *Rubrica.* LXXXIII.

REcuperare & arreſtare recuperari, & arreſtari facere rem ſuam mobilem, uel quaſi mobilem, & ſibi per uim uel alio modo, illicito ablatam, uel furatam, unicuiq; liceat, ne barattetur, uel exportetur extra Ciuitatem dũmodo faciat ſine magno rumore & perturbatione Ciuitatis, & teneatur ad reſtũ, & recuperationem, & factũ per ſe, uel per alios ſuo nomine in continenti notificare Poteſtati, ſeu curiæ, qui etiam teneatur ſibi puidere de opportuno auxilio ne res exportẽtur extra Ciuitatem & diſtrictum quando arreſtatæ & recuperatæ non eſſent.

¶ De Be-

¶ De Beneficio confeſſionis pacis, & ſolutionis. Rubrica. LXXXIIII.

CONfeſſus quicunq; fuerit ſponte delictum de quo proceditur contra eum diminuatur ſibi quarta pars totius in quo condemnari deberet ſecundum formam ſtatutorum & iuris, niſi eſſent delicta pro quibus ueniret imponenda pœna perſonalis, uel membri mutilatio, ſeu amiſſio principaliter, uel in defectum pœnæ pecuniariæ non ſolutæ, ſeu non ſoluẽdæ, uel ubi ſtatutum loqueretur ꝙ pœna ſoluat de facto irremiſſibiliter, uel ſine diminutione, ſeu remiſſione, uel alio modo quo appareat mentem ſtatuentiũ fuiſſe denegandi beneficium prædictũ Et ſi talis accuſatus denũtiatus uel inquiſitus pacem ab iniuriato habuerit, & produxerit ante ſententiam, alia quarta pars pœnæ minuatur totius quantitatis in qua deberet condẽnari. Et ſi poſt latam ſententiam ſoluerit infra decem dies poſſit retinere aliam quartam partem, totius ita ꝙ habita pace cõfeſſione facta, & ipſa ſolutione, ut ſupra intra dictos terminos ſoluat ad unam quartam totius condemnationis teneatur, & non ultra.

¶ De non extrahendis cauſis extra Curiam. Rubrica. LXXXV.

CAuſas lites uel quæſtiones motas uel mouendas ciuiles uel criminales, ſeu mixtas primarum & ſecundarum inſtantiarum negocii principalis nemini cuiuſcunq; ſtatus, gradus, conditionis exiſtat directe uel indirecte extrahere liceat per ſe uel alium dicto facto, uel ſcripto ſeu alias quomodolibet extra Curiam Ciuitatis, ſub pœna centum librarum deñ. ſoluẽñ. ſine diminutione.

¶ De Mortuarijs, & funeralibus. Rubrica. LXXXVI.

CAdauer dum effertur ad Eccleſiam, intereũdũ nunq̃ deponatur feretrum, & ante domum defuncti nullus faciẽ ſuam laceret nõ nudet caput bireto ſeu capuito, uel infula, nec pannos laniet, ſed quiete & modeſte ſtet, & moretur. Et nulla mulier, etiam mater, uxor, uel filia, exeat limen domus in ſequẽdo cadauer. ¶ Et nemini liceat dum cadauer ꝑparatur ad feretrũ uel eſt in feretro, ante aduentum clericorum ingredi domum defunctę perſone niſi bis & poſt eorum aduentum ſemel contrafaciẽtes, aũt uice qualibet, in quolibet prædictorum caſuum puniantur in cẽtum ſolidis, ſine diminutione. ¶ Et nemini liceat mutare ueſtimenta ꝓpter dolorem alicuius perſone defuncte, niſi filiis militũ nobilium iudicum, & medicorũ filiis, fratribus & nepotibus carnalibus, & filiabus nuptis, & nõ nuptis, & aliis exiſtẽtibus in eadẽ familia defuncte perſone quibus liceat indui ueſtibus lugubribus, quas tñ ultra ſex menſes ferre non liceat. Idẽꝙ in mulieribus decernimus exceptis uxore filiabus, ſororibus, neptibus carnalibus & matribus quibus liceat portare ueſtimenta lugubria per annum impune, ſed uxori etiam ultra annum donec ſibi placuerit, pœna contrafacienti cuilibet ſolidorum centum, ſine diminutione exigendorum. ¶ Nec uxori liceat indui melioribus ueſtibus, ſed communibus, nec argenteis cingulis niſi relicta eſſent per uirum ſuum alias perdat ſupra dicta, & incurrat pœnam decem librarum deñ. ut ſupra. ¶ Non tamen præſenti ſtatuto includatur caſus decedentium in officio Prioratus.

¶ De fractoribus Carcerum. Rubrica. LXXXVII.

CArceratus pro maleficio, pro quo imponenda eſſet pœna corporis afflictiua principaliter uel in defectum non factæ ſolutionis, ſi carcerem fregerit, & inde exiuerit, pœna centũ librarum ipſo facto incurrat, ultra pœnam delicti pro qua detinebatur. ¶ Si autem carceratus fuiſſet pro debito, uel pro pœna pecuniaria puniatur cõi xxv. lib. deñ. ¶ Qui autẽ non exiſtens carceratus, carcerem publicũ dictæ ciuitatis doloſe fregerit, uel frangẽti ſeramenta præſtiterit,

ſe preſtari fecerit, uel detulerit ab aliis tranſmiſſa, inſtrumenti ad fracturam, eadem pœna puniatur, qua puniri deberet carceratus pro eo, pro quo erat detemptus ¶ Et ſi pro debito puniatur communi prædicto, ad tantūdem, & parti leſæ ad ſatisfationem debiti pro quo erat principalis carceratus. ¶ Si autē de platea, uel camera alicuius Rectoris, uel officialis aufugerit, non tamen ianuam effregerit, libris decem deñ. ſine remiſſione puniatur. ¶ Si uero in camera prædicta detinebatur clauſus propter qualitatem perſonæ, uel alia ratione, & hoſtium cameræ fregerit, iiſdem pœnis ſubiiciatur, quibus fragnentes carceres publicos, ut ſupra.

¶ De intrante columbariam alienam. Rubrica. LXXXVIII.

COlumbariam quæcunq; perſona ingreſſus fuerit ſine licentia domini p ſolo introitu qualibet uice puniatur. Si de die, in xxv. libris deñ. ſi de nocte in quinquaginta, irremiſſibiliter Et ſi occiderit colūbos, uel exportauerit, pro quolibet quem exportauerit, uel occiderit puniatur in ſolidis xx. ultra dictam pœnā, pro quolibet uero pipione, in quindecim ſolidis. p Et ſi aliud dānum dederit terrendo, & ſpauentado columbos, uel columbas puniatur in centum ſolidis, uice qualibet. ¶ Si uero proiecerit, iaculauerit, uel iactauerit manu, arcu, uel ſagitta, lapidem, cretam, uel aliud miſſile quodcunq;, licet non occiderit aliquem columbum, uel pipionem, pro qualibet uice qua iactauerit, uel baliſtrauerit, uel arcu miſerit aliquid, uel tormento archibuſio, ſcopetto, uel alio inſtrumento puniatur in centum ſolidis. Si uero occiderit iactando, ſagittando, uel baliſtrando, etiam pilis creteis, quæ mittuntur ab arcu, pro quolibet columbo uel columba, ſeu pipione mortuo, uel debilitato, in cētum ſolidis. ¶ Et in omnibus caſibus ſupradictis ſemper fiat condēnatio, ad emendationem dāni, de quo ſtetur ſacramēto dānum paſſi, uſq; ad quantitatem xx. ſolidorum. A uiginti ſolidis ſupra uſq; ad cētum, cum uno teſte, & ſacramento ipſius, ab inde ſupra, legitime probetur, & forma in pdictis maleficiis loco unius teſtis habeatur. ¶ Quicunq; aūt laqueos aliquos tetenderit, laciolos nuncupatos, ſeu aliud cum retibus, uel ſine, & prædictis modis colūbos cœperit, pro quolibet columbo, ſoluat ſolidos xx. Et unicuiq; liceat talem delinquētem accuſare, & pœnæ conſtitutæ contra iaculantes, ſiue offendentes columbos in columbariis, habeant etiam locum in incidiātibus columbis, & capientibus ipſos extra columbarias, etiam extra ipſas, & in locis remotis, dummodo ſtudioſe incidiādo cauſa capiendi ipſos, & non expellendi á damnis quam per ipſos inferentur in locis quorum defenſio pertineret ad expellentem.

¶ De Piſcherijs Rubrica. LXXXIX.

PIſcatus quicunq; fuerit ſine licentia domini, uel damnum intulerit in piſcheria, ſeu piſcina uel alio loco, ubi piſces retinentur, uice qualibet puniatur, ſi de die, in decem libris. Si uero uecauerit ſeu attoſicauerit piſcheriam, ſeu locum prædictum, pro uice qualibet condemnetur in xxv. libris denariorum, & ſufficiant probationes quæ in præcedenti capitulo de colūbis, & ipſos capientibus. ¶ Si uero de nocte, pœnæ duplicetur, ultra emendationem damni duplicati in omni caſu.

¶ De extrahentibus Graſſiam. Rubrica. LXXXX.

FRumentum, ordeum, ſpeltam, triticum, uel bladum cuiuſcunq; generis, neq; legumē neq; uinum, oleum, uel aliud quodcunq; ſimile, uel carnes ſalitas, uel alias quaſcūq; res ſimiles prædictis, neq; genus aliquod graſſiæ, cuiq; liceat extrahere de Ciuitate territorio, & diſtrictu Maceratæ, ſub pœna xxv. librarum deñ. cuilibet cōtrafacienti, & uice qualibet, & perditionis rerum quæ extrahūtur & exportantur, rerū animaliumq; ſeu beſtiarum in quibus exportant, ipſo facto, applicandarum Cōmuni, & uendendarum tunc per Camerarium Cōmunis ad utilitatem Cōmunis, concedentes cuilibet licentiam accuſandi, & denuntiandi exportātes & me

dietatem

dictatem pœnæ, & Poteſtas teneatur pcedere, inquirere, & inuenire ad denuntiationẽ cuiuſcunq; ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſeruatis & non ſeruatis ſolẽnitatibus, & ſubſtantialibus iuris & ſtatutorũ. ¶ Liceat etiam cuicunq; capere omnes & ſingulas perſonas, & beſtias ducẽtes exportantes ſeu extrahentes, dummodo inuentos & captos eadem die, uel ſequenti preſentet coram Poteſtate, & ſua curia, uel Dominis Prioribus, ſeu eorum officialibus, & præſentator prædictus habeat medietatẽ rerum uel exiſtimationis eorũ quando uenderẽtur. ¶ Per tranſire, & extrahere contra hanc prohibitionem, intelligantur omnes perſonæ, & animalia quæ reperirentur in confinibus uel prope confinia territorii ciuitatis, non tamen pręſenti ſtatuto intelligantur incluſi qui a' Dominis Prioribus licentiam habuerint per inſtrumẽtum publicum, uel cum ſigillo dictorum D. Priorum apodiſſam ſigillatam, nec qui importauerit induxerit & conduxerit dictam graſſiam in ciuitate Maceratæ, & non inuenerit emptorem.

¶ *De negante filiationem paternitatem, & alia.* *Rubrica.* LXXXXI.

Filium uel filiam presbiterum, uel profeſſum alicuius religionis, uel ordinis, uel non fuiſſe, iudicem, uel Notarium Priorem, Poteſtatem, uel officialem dicti Cõmunis, maritum, uel uxorem conſanguineum, ſeu rectorem alicuius eccleſiæ, ſeu hoſpitalis, abbatem, monacũ, abbatiſſam, uel monialem, uel religioſam perſonam militiam ſeu dignitatem alicuius perſonæ nemo in aliqua curia ciuili, uel criminali, arbitrio, uel arbitramẽto negare preſumat, dummodo de prædictis, uel ipſorum aliquo ſit uel fuerit publica uox & fama, & pro talibus habiti tractati, & nominati fuerint, de quorum filiatione paternitate officio ordine ſeu dignitate agitur niſi oponens infra terminum arbitrio cognoſcenti ſtatuendum probauerit contrarium qui ſi in probatione defecerit, incurrat pœnam decem lib. Cõmuni applicañ.

¶ *De forma Ratificationum.* *Rubrica.* LXXXXII.

Confeſſa quæcunq; perſona fuerit aliquod delictum per torturam corã Poteſtate ſeu eius curia non cogatur ad ratificationem faciendam niſi tantum publice ad tribunal, ſeu banchum iuris in publico auditorio, ſeu audientia Communis palam & publice, uulgari ſermone ſibi lecto, & uulgarizato proceſſu toto, ad plenã intelligentiã ipſius & omnium aſtantium preſentibus quatuor teſtibus fidedignis uel ultra, & aliter facta ratificatio ſit ipſo iure nulla, irrita & inanis, & Poteſtas ſeu officialis ſi proceſſus fuerit ex cauſa delicti, corporalem pœnam requirentis incidat in pœnam quinquaginta floreñ. auri. Vicarius ſeu iudex uigintiquinque, notarius uero qui ſcripſerit decem floreñ. auri. Si uero non requirebat pœnam perſonalem, medietatem dictarum pœnarum incurrant, Poteſtas Vicarius & Notarius reſpectiue. ¶ Omnibus tamen ratificationibus excuſationibus informationibus examinibus teſtiũ etiam per tormẽta fiendis Cancellarius cõmunis perſonaliter interſit, qui omnia & ſingula pdicta ſeriatim in uno quinterno ſpecialiter ad hoc facto, una cum notario maleficiorum perſcribat, & aliter geſta non ualeant. ¶ Et Poteſtas iudex ſeu eius curia teneatur, ſub pœna centum lib. deñ. Cõmuni applicañ. & ſuſpenſionis ab officio requirere Cancellarium ad prædicta & Cãcellarius accedere ſub iiſdem pœnis Et ſi ſcriptura Cancellarii non concordauerit cum ſcriptura notarii maleficiorum ſcripturæ Cancellarii ſtetur tanq̃ digniori.

¶ *De cudentibus, et expendentibus falſam monetam.* *Rubrica.* LXXXXIII.

Monetam in Ciuitate Maceratæ cudere, ſeu fabricare ſine expreſſa licentia, & uolũtate cõſilii Generalis cum id poſſit Conſilium ex priuilegio, ſub pœna falſi nemo audeat ¶ Falſam autem monetam ſiquis fabricauerit uel fabricari fecerit, uiuus comburatur, & domus ſeu locus ubi falſa moneta fabricata fuerit ſciente domino, eo ipſo confiſcata intelligatur ¶ Expendens uero falſam monetam ſcienter uel expendi faciẽs, ſi infra ſolidos uiginti deñ. libris

Digitized by Google

quinquaginta puniatur, ſi ſupra in ducentis, & intelligatur ſcienter expēdiſſe, ſeu expendi fe‑ciſſe qui data prius opera quæſiuerit, uel procurauerit talem monetā habere, deinde ipſam ex‑pendiſſe ſeu expendiſſe feciſſe inueniatur.

De colloquio non denegando Reis. Rubrica. LXXXIIII.

CArcerato, ſeu detempto pro quouis maleficio, exceſſu, uel delicto nō denegetur colloquiū cum alia perſona, & habeat ſic detemptus, & detempta modum ſe defendendi, niſi ante tormenta dicti rei & in termino purgatorio ad euitandas ſubornationes Poteſtati & Curiæ aliter uideatur.

De Copijs Proceſſuum, & Actorum. Rubrica. LXXXXV.

PRoceſſus, inditiorum, & aliorum actorum criminalium extraordinariorum, & damnorū datorum, dentur integre petentium expenſis cum termino competenti, & ſcribens habeat ſolidos duos pro quolibet folio, & foliū intelligatur, prout in ſtatutis libri Ciuilium, & poſſit petens per ſe, uel per alium ſcribere ad euitandum ſumptus.

De Adulterio, ſtupro, inceſtu, raptu, et infraſcriptis. Rubrica. LXXXXVI.

MOnialem, ſeu Monacam alicuius Monaſterii, inuitam, quicunq; rapuerit, ſeu de loco, in quo fuit rapta, ad aliud tranſtulerit per uim, cauſa carnaliter cognoſcendi, ſiue ipſam co‑gnouerit, ſiue non, capitis amputatione puniatur, ita q̧ anima ſeparetur a' corpore. Eadem pœna puniatur, qui uiolenter monialem ſeu monacam cognouerit in monaſterio carnaliter. Si autem uolentem, & conſentientem carnaliter cognouerit, licet in monaſterio, uel alio lo co, pœna quatricentarū lib. deñ. ſoluat ſine remiſſione, infra quindecim dies, a' lata ſententia alias publice fuſtigetur per ſtratas maiores Ciuitatis. Si uero attentauerit cōmittere prædicta non tamen peruenerit ad aliquem actum, puniatur in centum lib deñ. quas ſi non ſoluerit in fra xv. dies fuſtigetur, ut ſupra. Et quando condēnandus propter raptum, uel uiolentiam, pœna mortis, ut ſupra, non eſſet in fortia Curiæ, condēnetur etiam in publicatione bonorum Cōmuni applicañ. Conſanguineam uero ſuam, in primo, ſecundo, tertio, uel quarto gradu cō‑ſtitutam, quicūq; cognouerit carnaliter uolentem, pœna 400. librarū deñ cōmuni applicañ. puniatur. Si uero attentauerit, non tamen cognouerit, in centum libris deñ. condēnetur. Si uero uiolenter cognouerit non interueniēte raptu, pœna duplicata puniatur. Si uero rapue rit transferendo de loco, ad locum, pœna mortis naturalis, & publicationis bonorum, quē ad modum dictum eſt ſupra, de monialibus condēnetur. Qui uero affinem in primo, ſecundo, tertio, uel quarto gradu, affinitatis coniunctam uirginem cognouerit carnaliter, contra ſuam uoluntatem, puniatur pœna quatricentarum lib. deñ. ſine diminutione aliqua, quā ſi infra xv. dies non ſoluerit, publice fuſtigetur, ut ſupra. Si autem uolentem cognouerit, puniatur. 200. lib. deñ. ſolueñ. ut ſupra. Qui autem non coniunctam, neq; conſanguinitate, neq; affinitate cognouerit carnaliter, ſi uiolenter, pœna. 400 lib. puniatur. Si autem cum raptu, pœna mor‑tis naturalis, & publicationis bonorum, ut dictum fuit de cognoſcentibus, ſeu rapientibus mo niales puniatur. Si autem attentauerit uiolēter cognoſcere, in libris 50. deñ. ſolueñ ut ſupra puniatur. Gradus autem in prædictis computetur ſecundum Ius Canonicum, ſodomiticum uero uitium, quicunq; cōmiſſerit agens quidem xiiii. annis, uſq; ad xx. incluſiue condēnetur in libris centum deñ. Agens uero maior xx. uſq; ad quatraginta annos incluſiue, condēnetur in libris ducentum deñ. A' quatraginta annis ſupra, in libris tercentis, applicañ. Cōmuni, & ſol uendorum infra xv. dies, a' die latæ ſententiæ. Patiens uero maior quatuordecim annis pu niatur medietate pœnarum prædictarum ſine diminutione, quas ſi prædicti agentes, & patien tes ſemel ſoluerint, & iterum relapſi fuerint, condemnentur ultra prædictas pœnas ad pœnā

fuſtigatio‑

fuſtigationis per ſtratas maiores Ciuitatis infligendæ, niſi ſoluerit duplicatam pœnam infra quindecim dies, a' lata ſententia, ſine diminutione aliqua. ¶ Iudæam ſi quis chriſtianus cognouerit, puniatur pœna centum librarum applicandarum Communi ſine gratia. ¶ Iudæus uero qui chriſtianam cognoſcere carnaliter auſus fuerit, puniatur pœna mortis naturalis, prius genitalibus & lingua exciſis, cum publicatione bonorumm. ¶ Si uero attentauerit, pœna mille librarum applicandarum, & ſoluendarum, ut ſupra irremiſſibiliter condemnetur. ¶ Vxorem uero alienam bonæ uitæ & famæ carnaliter cognoſcens uolentem pœna quatricentarum librarum condemnetur ſoluendarum infra xv. dies, a' die latæ ſententiæ, niſi mulier cognita fuerit uilis & humilis conditionis, qui a' tunc puniatur pœna quinquaginta lib. ¶ Si autem uiolenter cognouerit, pœnæ duplicentur, quæ ſi non fuerint ſolutæ, infra xv. dies a' lata ſententia publice fuſtigetur, qui uim intulerit. Si uero attentauerit uiolēter cognoſcere, in libris centum puniatur. ¶ Attentare uero intelligatur, qui in domum ſeu fundum mulieris ſiue alterius intrauerit, & eam perſonaliter cœperit, uel tetigerit, aut oſculatus fuerit. Alienam uero uxorem non bonæ nec honeſtæ uitæ & famæ, carnaliter cognoſcens uolentem, puniatur pœna xxv. librarum. Si contra eius uoluntatem, in libris centum. Mulierem autē fuiſſe uel eſſe nō bonæ nec honeſte uitæ & famæ, ſufficiat probari per quinque teſtes, de publica uoce & fama deponentes. ¶ Viduam uero honeſtæ famæ, uolētem quicūq; cognouerit, in libris centum deñ. puniatur. Si contra eius uoluntatem ducentis, quas ſi non ſoluerit infra xv. dies, a' lata ſententia publice fuſtigetur, ut ſupra. ¶ Si uero rapuerit transferēdo de loco ad locum, puniatur iiſdem pœnis quibus rapiētes & cognoſcentes moniales, ut ſupra dictum fuit. ¶ Famulam uero pactualem pediſſequam, uel ancillam alienam non coniugatam, neq; uirginem, honeſte uitæ, ſi quis cognouerit, in libris centum deñ. cōmuni puniatur, quorū uigintiquinque dentur dictæ mulieri. Si uero fuerit uirgo uel iugata, pœna duplicetur, & diuidatur, ut ſupra. Si uero per uim cognouerit carnaliter pœnæ duplicetur. ¶ Qui uero ſuam famulam, ancillā, uel pediſſequam, uiolēter attentauerit, pœna xxv. lib. deñ. puniatur. ¶ Si uero cognouerit carnaliter, pœna duplicetur. Et in omnibus & ſingulis prædictis caſibus uolumus q; mulier quæ ſponte paſſa fuerit carnaliter ſe cognoſci puniatur medietate pœnarum prædictarum quibus maſculi. ¶ Volumus autem q; de ſpecificatis in hoc ſtatuto procedi, & cognoſci nō poſſit niſi per accuſationem iniuriam paſſi, ſeu etiam patris & fratris carnalis utrinq;, uel ex uno tamen latere coniuncti patroni, uel domini, & ſi aliter procederetur q̄ per accuſationem alicuius prædictorum non teneat ipſo iure, exceptis uitio ſodomitico cognitione carnali, ſeu attentatione monialis, uel coitu carnali, chriſtiani cum iudæa, & inceſtu, uſq; in gradum ſuper annotato, in quibus caſibus procedi poſſit per inquiſitionem, fama publica præcedēte, ad cuius probationē ſufficiant quinque teſtes. ¶ Subducens uero aliquam puellam, uel puerum, ſeu mulierem cauſa libidinis per modum lenocinii, ſeu lenocinium, attentans committere de muliere ſupra dicta puella, uel puero puniatur iiſdem pœnis, quibus puniretur maſculus ſiue fœmina qui talia delicta perpetraſſet.

¶ *De Fideiuſſoribus in maleficijs.* *Rubrica.* LXXXXVII.

Fideiubere quilibet poſſit pro alia perſona, in caſibus in quibus nō ſequeretur pœna corporalis, ſi ſit idoneus fide, & habeat correſpondētes facultates pœnæ de qua agitur, exceptis Aduocatis, procuratoribus, et aliis collegiatis deſcriptis in matriculis, tam collegii ſtudii, generalis Ciuitatis, q̄ curiæ gñalis, & ſi reciperentur promiſſio ſit ipſo iure nulla niſi collegiatus p collegiato fideiuberet, quilibet tamen fideiuſſor non repreſentando principalem perſonā pro qua fideiuſſit ad requiſitionem Poteſtatis, ſeu curiæ, teneatur pro ipſo condēnato tanq̄ principalis perſona cōfeſſa fuiſſet delictum, pro quo requiritur uſq; ad quātitatem pœnæ pmiſſam, & ſi eſſent plures fideiuſſores in uno proceſſu quilibet teneatur pro rata, ſi omnes inueniantur & ſint idonei, ſin autem idoneus, & qui inuenitur teneatur in ſolidum.

¶ De duplicatione pœnarum. Rubrica. LXXXXVIII.

Pœnæ omnes, & ſingulæ quæ per ſtatutum aliquod imponũtur, & ueniunt duplicãdæ ſemel tantum duplicẽtur reſpectu ſimplicis, & nõ pluries, duplicẽtur autẽ contra omnem, & quã libet perſonam, ſi aliquod ſupra dictorum uel infraſcriptorum maleficiorum commiſſerit uel fecerit intra domum, uel apothecam, in qua manſerit perſona, in cuius perſona patratum eſt maleficium niſi ſimul habitaret, uel ſi committeretur in portis Ciuitatis, & locis ipſarum qui loci intelligãtur caſulæ, & põtes dictarum portarũ incluſiue. ¶ Necnõ pœnæ duplicẽtur pro maleficiis, quæ committerẽtur in aliquo parlamẽto, uel conſilio dicti Communis ſeu generali, ſeu Credentiæ, uel quãdo fieret caualcata, exercitus uel cuſtodia aliqua pro Ciuitate de die, uel de nocte contra ipſos cuſtodes dum ipſi cuſtodiunt, uel ad cuſtodiã redeunt, uel iretur per officiales cõmunis ad aliquod feſtum, uel aliquis conſiliarius ad aliquod conſil.um, uel in aliqua platea cõmunis, uel iretur, uel rediretur, ex cauſa funeris, uel quia cucurriſſent ad ignẽ accenſum extinguendum, uel pro nuncio, ſeu ambaſciata cõis, pro negociis publicis de mandato rectoris, ſeu Priorũ, ſiue Poteſtatis, uel ſuorum officialium, uel cõmitteretur de nocte, & quo ad effectũ duplicanũ pœnas prædictas intelligatur nox, quando ſol non eſt naturaliter ſuper terram. ¶ Duplicẽtur etiam pœnæ, ſi maleficia, uel aliquod ipſorum commiſſa fuerint in platea magna Communis, & in palatiis D. Priorum, & Poteſtatis, uel D. Rectoris Prouinciæ, uel ante Eccleſias ſeu in ipſis Eccleſiis, cimiteriis & aliis locis ſacris, uel ſi offendunt Doctores collegii ſtudii noſtri, ſeu Aduocati, & Procuratores cõmunis, uel Notarii actuarii cõmunis, arbitri, uel arbitratores ex cauſa officiorum, & depoſitionis ipſorum.

¶ De perſonis exceptis a pœna. Rubrica. LXXXXIX.

MInores annorum octo ætatis ſuæ nullatenus puniantur occaſione maleficiorum, nec qui cauſa diuidendi rixam, aliquid fecerint impellendo, uel ſeparando rixantes, dummodo moderate facerent, uel qui offenderent ducentes animalia per Ciuitatem, uel eius diſtrictum perſona, uel animal aliquem offenderet cum ſalma, uel aliter, & qui uerberauerint, ſeu percuſſerint inuentos date damnum in rebus ſuis quibuſcunq; conſanguinei, uicini, uel amici ſui, ſeu qui offenderint proicientes lapides in domum, uel hortum ſuum, uel deponentes aliquid turpe letamen, & ſimilia literas, uel aliud continẽtem iniuriam, uel uituperium alicuius ante domum percuſſoris dũmõ percuſſio fiat ſine ferro, mortis, & membri cum perditione ſeu debilitatione, ſeu cicatrice in facie. ¶ Excipimus etiam qui uerberarent ſine ferro, uel alio atroci modo, aliquem aliquid exprobrantem contumelioſum ſibi uel coniunctis uſq; in tertium gradum & omnes & ſingulas percuſſiones quas percuſſus uel uulneratus faceret uel committeret in aliqua rixa, ſeu miſchia ad ſui defenſionem defendendo ſe, ſeu uulneratorem ſuum incontinenti uulnerando, & omnes & ſingulas percuſſiones, & uulnera fortuito, & nõ doloſe factas & a cõiuncto in coniunctum necnon uerbera & percuſſiones illatas a uiro in uxorem a parentibus in deſcendentes a patruo uel auunculo in nepotes, uel neptes, a fratre in fratres, uel ſorores, a conſanguineo, in conſanguineum, uſque in quartum gradum, dummodo non ueniant ad uulnera. Et ſaluo ſtatuto loquente de poteſtate parentum in filios. ¶ Similiter excipimus caſtigationes magiſtrorum in diſcipulos. & quod dictum eſt de conſanguineis, & fratribus intelligatur ſi fiat per maiorem ætatem in minorem cauſa correptionis, & dilectionis, & condecenti modo, arbitrio iudicis. ¶ Excipimus etiam dominos, & dominas uerberantes, & percutientes famulos, uel famulas ſeruientes, uel laborantes, modis tamen ſupra dictis, & omnia, & ſingula furta, & damna quæ fierent a filiis, uel aliis deſcendentibus patri, uel alii aſcendenti, uel a pupillo in rebus tutoris, uel minori, in rebus curatoris. ¶ Excipimus etiam illos qui caſtigant mentecaptos, & furioſos. ¶ Excipimus etiam percuſſiones uel uulnera, quæ caſu fortuito uel euentu fierent ubi non deprehenditur dolus, ſeu euidens & indiſcreta culpa, in quibus caſibus pœna aliqua non imponatur.

¶ De Quæſtionibus

De Queſtionibus, & tormentis. Rubrica. C.

AD quaeſtionem, & tormenta Poteſtas & alii officiales Maceratae poſſint procedere, ſi prae ceſſerint aliqua indicia, uel pſumptiones, uel probatum fuerit per unum teſtem de ueritate, uel quinq; teſtes de fama, contra perſonam cōtra quam proceditur in infraſcriptis maleficiis, uidelicet latronibus, robatoribus ſtratarum, furibus, falſariis, & qui falſitatē fieri fecerint, aſſaſſinis, & aſſaſſinari faciētibus, rebellibus, ſeu proditoribus ſedis Apoſtolicae, & cōis Maceratae, uel turbatoribus pacifici ſtatus dictae Ciuitatis, homicidis, uel qui clādeſtine uulneraſſe dicētur. blasfematoribus Dei uel D. noſtri Ieſu Chriſti, uel ſuae matris Mariae, uel S. Iuliani, uel aliorū Sanctorū, & in iis qui turpia, uel ignominioſa uerba protulerint cōtra Rectorem, ſeu dignitatem ipſius Poteſtatem, uel D. Priores, uel ipſorū officia, incēdiariis, uel qui gentem aliquam coadunauerint cauſa expellendi aliquā familiam gentem uel perſonā de Ciuitate & diſtrictu uel raptoribus mulierum, uel puerorū, uel qui uitium ſodomiticū, uel adulterium cōmiſſerint, ſeu uiolatoribus monialium, & qui mēbrum, uel mēbra mutilaſſent, membrum autem intelligatur etiam digitus, manus, ita q; quilibet digitus manus, uel pedis membrum faciat, quando manus uel pes non eſſet amputatus, uel amputata, ſed ſi eſſet amputatus pes uel manus tota, pro uno mēbro intelligatur, quādo directe probatur de aliqua particulari perſona, & cōcludēter alias non dicatur militare inditium ſupradictum. ¶ Fama generalis autem in qua non nominaretur perſona ſpecialiter non ſufficiat.

¶ De exactionibus condemnationum. Rubrica. CI.

COndēnationes factas per ſe, uel preceſſores in officio teneatur Poteſtas exigere omni modo, uia, & iure quibus fieri poterit cōtra quācunq; uniuerſitatem locum uel perſonam, ſub pœna 50. lib deñ. retinendarum tempore ſindicatus nec aliqua pretēſa diligētia facta ipſum excuſet niſi illa ante tēpus ſindicatus per xv. dies fuerit a' conſilio Credentiae approbata.

¶ De Medicis, & Aromatarijs. Rubrica. CII.

MEdicus ſiue conductus a' Cōtate, ſiue alius, nullus habeat partē in aliqua aromataria ſeu ſpeciaria, ſub pœna ducentarū lib. ab ipſo & ab aromatario, qui ipſum admiſſerit exigendarum, pportionabiliter, & ſi relaſſi fuerint ſoluant quatringentas lib. & ſucceſſiue grauentur in pœnis reincedentes, predictis etiam uſq; ad corporalem pœnam arbitrio iudicis.

De Mulieribus impudice viuentibus, Rubrica. CIII.

MVlier impudica, de cuius mala cōditione & fama pbabitur per quinq; teſtes uel per quinq; uicinos fidedignos, expellatur de uicinia, ad querelam cuiuſq; de uicinia, & Poteſtas aſſignet ipſi terminum decem dierum, ut poſſit reperire habitationem in aliquo uico, uel diuerticulo, ubi minus inhoneſtus ſit ad ipſas acceſſus.

¶ De Carceratione prohibita. Rubrica. CIIII.

CArcerare neminē poſſit Poteſtas uel alius officialis niſi pro grauibus maleficiis pro quibus ueniret imponenda pœna corporis afflictiua principaliter uel in defectum, ſed ſub fideiuſſoribus de ſoluen̄. iudicatum, & parendo Curiae relaxetur.

de Proceſſibus expediendis. Rubrica. V.

PRoceſſus omnes & ſingulos criminales a die quo fuerūt initiati teneantur Poteſtas & alii officiales expedire & per ſententiam terminare infra triginta dies cōtinuos grauiores au

tem infra quatraginta ad plus ſub pœna decem ducatorũ auri de ſuo ſalario retinendorũ per camerarium communis niſi aliud decretum fuerit in Conſilio credentiæ.

De Verborum ſignificatione. *Rubrica.* CVI.

MAſculinum genus concipiat fœmininum, & neutrum, & econuerſo, & ſingularis numerus pluralem, & econuerſo comprehendant, ita quod ſtatuta in uno genere uel numero, in aliis diſpoſita intelligantur tam in ciuilibus quam in criminalibus, & miſtis, ſiue ꝗ materia ſit indifferens ſeu ꝗ magis conueniat uni quam alteri, niſi ſpecialiter prouiſum fuerit aliud in præſenti uolumine.

De delinquentibus extra territorium. *Rubrica.* CVII.

DElinquentes extra territorium diſtrictum & ciuitatem, ciuis uel habitator poſſit & debeat puniri per iudices noſtros pœnis ſtatutorum Ciuitatis, perinde ac in Ciuitate, ac diſtrictu deliquiſſent, & ſi locus, terra, uel ciuitas ubi deliquerit ſimile ſtatum habeant.

De abolitione non concedenda. *Rubrica.* CVIII.

ABolitionem cuiuſq; accuſationis, uel denuntiationis nemini cōcedat aliquis iudex uel officialis noſtræ Ciuitatis, de aliquo maleficio, ſub pœna xxv. lib. deñ. tam concedenti, ꝗ petenti, & cōceſſio, & inde ſecuta, ſint ipſo iure nulla, excepto caſu accuſationis cōtempti mādati turbationis, & inuaſiōis poſſeſſionis, uel tenutæ, de quibus poſſit peti abolitio quādocūq; ante ſententiā, ſolutis tamen quinque ſolidis per petentem in cippo communis, & fide facta per Camerarium communis, de ſolutione teneatur pronuntiare non eſſe procedendum, ad ulteriora in prædictis.

De reuelantibus credita per Regimen. *Rubrica.* CIX.

CRedita ſibi negocia nuncium, ſeu ambaſciatam à regimine, quicunq; reuelauerit, in libris quinquaginta deñ. & plus & minus arbitrio Dominorum Priorum, & Poteſtatis puniatur, preſertim ſi malitioſe manifeſtauerit ſuper quo D. Priores & Poteſtas de ipſorum ordine inquirant ad petitionem cuiuſlibet denuntiantis uel accuſantis.

De arbitrio Poteſtatis, & aliorum officialium. *Rubrica.* CX.

ARbitrium habeat Dominus Poteſtas pro quocunq; negociō cauſa, uel re, quæ ſibi uidebitur imponendi pœnam, & ipſam de facto exigendi uſq; ad ſolidos centum, iudex ipſius uſq; ad quatraginta. Miles uſq; ad decem, & Cancellarius Communis, uſq; ad ſolidos triginta, Officiales cuſtodiæ, & damnorum datorum, uſq; ad decem, eiuſq; Notarius uſq; ad quinq; quæ pœnæ & mulctæ poſſint imponi, & exigi, corrigi, & minui, pro ipſorum arbitrio, ut ipſis debitur, ſecundum qualitatem perſonarum & facti.

De Teſtibus in Criminalibus. *Rubrica.* CXI.

MAſculi ſiue fœminæ admittātur ad teſtimonia, in cauſis criminalibus non obſtantibus ſexus uel ætatis impedimentis dummodo alia inhabilitas iuridica non reſiſtat, ut crimina non remaneant impunita.

De Amaſiis. *Rubrica.* CXII.

AMaſiam retinere nemo, ualeat qui uxorē habuerit ſub pœna quinquaginta lib. deñ. quā dimittere compelatur per Dñm Poteſtatem & ſi relapſus fuerit incidat in pœnam centū librarum & ſi ſecundo recidiuauerit augeatur pœna in libris quinquaginta, & ſucceſiue, uſque ad trecentas arbitrio Poteſtatis.

FINIS LIBER TERTIVS.

IN DEI NOMINE

LEGVM MVNICIPALIVM CIVITATIS MACERATAE DE EXTRAORDINARIIS LIBER QVARTVS FOELICITER INCIPIT.

Quod officiales Poteſtatis inquirant contra non cuſtodientes feſtiuitates Rubrica. I.

CVM diuina mandata ſeruando ad vitam ingrediamur æternam & a Domino Moneamur ut dies feſti ſanctificentur hac inuiolabili lege ſancimus, Prætorem huius noſtræ Ciuitatis Teneri uinculo iuramenti mittere officiales ſuos per Ciuitatem ad inquirendum ſi aliquis in diebus feſtiuis, qui ſecundum formam noſtrorum præſentium ſtatutorum cuſtodiri debent aliquod opus ſeruile exerceat uel operetur. Tam in eorum domibus & ſolitis habitationibus quam ſtationibus ſeu apotecis uel alibi Tam publice quam ſecreto ſeu apotechas, & ſtationes huiuſmodi apertas retineat & inuenti pœna uiginti ſolidorum pro quolibet & qualibet uice, & quolibet dictorum caſuum de facto, & ſine diminutiõe plectantur. ¶ Excipimus tamen omnes caſus in ſtatuto ſub Rubrica de feſtiuitatibus cuſtodiendis reſeruatos declarantes inſuper in duplum dictarum pœnarum de facto ut ſupra & ſine diminutione exigendarum incurrere hebreos omnes in dicta Ciuitate commorantes, repertos non cuſtodire dictos dies feſtos qui, a populo dictæ Ciuitatis coluntur quæ pœna ſit applicata pro quarta parte officiali effectualiter exequenti, & reſiduum Communitas dictæ Ciuitatis conſecuatur. Et Domini Priores pro Tempore exiſtentes de dicta pœna gratiam facere poſſint & officiales non poſſint habere quartam, niſi de his qui in commune uenerint. Declarantes quod extrahentes granum de foueis ad nullam teneantur pœnam.

De facientibus ſeu proicientibus in munditiam ſeu Turpitudinem aliquam in Eccleſiis ſeu Cimiteriis, plateis, puteis, fontibus, & aliis locis uſui publico deſignatis intus & extra Ciuitatem. Rubrica. II.

NVllus audeat, uel preſumat facere uel fieri facere per ſe, uel alium aliquam turpitudinem immunditiã, uel aliquod in honeſtũ in Eccleſiis ſituatis in dicta Ciuitate uel eius diſtrictu nec in earum Cimiteriis, nec in Plateis, & ſtratis regalibus dictæ Ciuitatis, nec etiam in puteis, & fontibus, nec prope eos per duas cannas, nec importis dictæ Ciuitatis, uel prope eas intus, uel extra per tres cannas incipiendo a pontibus dictarum portarum, & ꝙ animalia mortua proiici debeant per decem cannas longe a pontibus ſupradictis & ſi quis contrafecerit, ſi in Eccleſia aliqua de prædictis ſoluat bannum decem librarum ſi in Cimiterio alicuius ipſarum ſoluat bannum quinq; librarum, in puteis uel fontibus uel aliquo ipſorum quatraginta ſolidoꝝ. ¶ Si uero iuxta uel prope fontes uel puteos prædictos uel aliquem ipſoꝝ infra dictas cannas

ſoluat bannum uiginti ſolidorum pro quolibet & qualibet uice ſi uero aliqua perſona lauerit pannos, linum, olera, coramen uel aliam rem Cuius cauſa aqua deturparetur uel inficiatur ſi coramen in Centum ſolidis ſi pannos in quinquaginta ſolidis ſi linum uel aliam rem in uiginti quinq; ſolidis in quam pœnam incurrere debeat ſi lauerit pedes in aliquo ſupra dictorum fontium & puteorum & contra facientes pro quolibet & qualibet uice ſummarie & ſine diminutione puniantur, ſi uero extra dictas partes & prope aliquam ipſarum infra cõfines & Cannas prædictas aliquod animal mortuũ uel rem fetidam proiecerit, uel proicii fecerit puniatur uice qualibet in quatraginta ſolidis & illico amouere debeat, & lõgius proicere ſub dicta pœna, ℭ Si uero in uiis publicis cõmunitatis intus Ciuitatẽ uel aliqua ipſarum in decẽ libris uice qualibet puniatur. ℭ Addentes quod eadẽ pœna teneantur qui proiecerint aliquod animal mortuum per decem cannas a fonte agliani, & maiori, pœna plecti poſſint ſecundum qualitatem caſuum arbitrio Dominorum, Priorum, ℭ Volumus etiam neminilicere, proiicere fimũ ſeu foſſile Terrenum uel alias immunditias prope muros Ciuitatis, circum circa intus dictam Ciuitatem ſine licentia Dominorum Priorũ & pariter extra Ciuitatẽ per Cannas quatuor prope muros pœna quatraginta ſolidorum uice qualibet de facto exigenda cuius quarta pars ſit accuſatoris alia quarta officialis exequentis reliquum uero communis & accuſatore, Non interueniente, illa quarta communi aplicetur, & nihilominus proiectum inde omnino remouere Teneatur.

De palatiis publicis, plateis, foueis, ſtratis, & aliis rebus conſeruandis illeſis. Rubrica III.

VT Palatia publica, domus, & plateæ cõmunis, ſtratæ in fra Ciuitatem & extra uiæ, & angiportus, ſiue gabbæ porticus ſeu Tralannæ cõmunis, fouei ſeu Carbonariæ Ciuitatis, propugnacula, ſeu ſteccharta, mœnie dictæ Ciuitatis cum ſuis circunſtantiis fontes, & putei, & eorũ cõſeruæ ſeu aqueductus & omnia alia publica bona ſeruentur pro communi illeſa & a nemine occupentur & deguaſtentur præſenti ſtatuto ſancimus & ordinamus quod qui de inceps, & infuturum occupauerit, detinuerit deuaſtauerit, uel quomodolibet acceperit prædicta bona publica, ſeu præmiſſorum aliquod per ſe uel alium pœna uigintiquinq; librarum pro quolibet & qualibet uice, & quolibet dictorũ caſuum de facto & ſine diminutione puniatur, ℭ Et in quolibet Caſuum prædictorum ultra dictam pœnam ad reſtitutionem rei, occupatæ, acceptæ ſeu deguaſtate, & ad refectionem, inſtaurationem, & reſarcimen eiuſdem omnino Teneatur, ℭ Et ſi aliqua perſona demoliretur ſeu rumperet, & deguaſtaret, aut ruere faceret murũ circularem dictæ Ciuitatis, ſeu ipſius, propugnacula ſiue Turriones, ac etiam porticus, ſeu logias & uias lateratas dicti communis, uel de lapidibus ipſorum acciperet uel exportaret ſoluat pœnã decẽ librarũ pro quolibet & qualibet uice & quolibet dictorũ caſuũ & ſemper ſumptu ſuo, reficere & reſarcire teneatur ultra dictã pœnã, ℭ Et Magnifici Domini Priores pro Tempore exiſtentes ex eorum officio eligere teneantur tres homines ex antiquioribus & melioribus cuiuſlibet uicinantiæ ſiue contratæ quibus deferri faciant iuramentũ & ipſi ſic electi & iurati teneantur & debeant indagare & perſcrutari omnes & ſingulos, qui quomodolibet aliquod de prædictis occupauerint uel deguaſtauerint, retinuerint, ſeu acceperint, & quod dixerint, occupatum, demptum, & acceptum. Domini Priores prædicti uinculo iuramenti, reſtituere, ac reſarcire & reficere faciant, & eorum relationi credatur ad Totam pœnam ℭ Et q; prætor pro Tempore teneatur uinculo iuramenti & pœna uiginti quinq; librarum deñ. de ſuo ſalario, tam ad querelam accuſam, & relationem dictorum electorum de qualibet contrata, quam ex officio inquirere & procedere Contra, tenentes, ſeu occupantes, de foueis, palatiis plateis uiis, mœnibus, aliis poſſeſſionibus, & rebus dicti communis, intus, & extra dictam ciuitatem & de ipſis bonis, & poſſeſſionibus quibuſcunq; tenutam reaccipere & reintromittere pro communi, & tenentes & contrafacientes condemnare pœnis prædictis, & Teneatur Tam ipſe quam alius quiuis officialis dicti communis incipere primo, procedere contra detinentes, & occupantes, & deguaſtantes,

deguaſtantes, ſeu accipientes infra Ciuitatem, & ſubſequenter foris ſedulitatem, atq; laudabilem diligentiam adhibendo.

Vt faber non poſsit habere ſtationem ſiue apotecham in platea communis ſeu prope Eccleſiam. Rubrica. IIII.

NOn liceat alicui fabro conducere ſtationes ſeu Apotechas in platea communis, ſeu eius circuitu, ſeu prope Eccleſiam aliquam, ex cuius exercitio, clerici in diuinis officiis impedirentur ob clamorem & ſtrepitum tam belluarum illorumq; concurſum, quam famuiorum eas ducentium & ob Turpitudinem quæ ex cauſa prædicta ibidem fieri contingeret ſub pœna uiginti quinq; librarum ad quā tā locator quam conductor Teneantur, & nihilominus apotechas & ſtatiões prædictas relinquere cogantur ¶ Nec minus quis emere ſeu alio modo ſuam facere poſsit domos in locis prædictis exiſtētes ad artem prædictam exercendam, poſsint Tamen habere in locis prædictis apotecham cauſa retinendi res ſuas ad exercitium ſpectantes, dummodo, circa exercitium ſuū aliquid non operentur, ¶ Nec minus dicto fabro liceat ſanguinem extrahere alicui animali ante domum uel hoſtium ſui conuicini, ſed Tantum ante hoſtiū ipſius, Pœna quatraginta ſolidorum pro quolibet & uice qualibet, quæ de facto exigatur ad petitionem conuicini conquerentis, ¶ Et rector Teneatur uinculo iuramēti prædicta præconizari facere inter octo dies a die ſui introitus & diligentem inquiſitionem fieri facere, & repertos culpabiles punire infra Menſem Pœna quinquaginta librarum de ſuo ſalario, Quæ pœna remitti poſsit in totum uel in partem arbitrio Concilii credentiæ.

De Viis Mundandis in die ſabbati. Rubrica. V.

QVilibet die ſabbati obligatus ſit mundare ante domos proprias uidelicet ſtratas publicas intus Ciuitatem pœna decem ſolidorum uice qualibet & officialis extraordinariorum Teneatur inquirere contrafacientes omni die Dominico pœna prædicta, & ſi negligens fuerit in pœnam duplam incurratur.

Vt Nullus uadat de nocte illis quatuor diebus ultimis edomadis ſanctæ. Rubrica. VI.

AD reuerentiam & deuotionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſtatuimus nemini licere ire de nocte in illis quatuor diebus ultimis edomadis Sanctæ, ſcilicet a die mercurii Sancti & in illo die uſq; ad diem Reſurrectionis Domini Noſtri, canere tam de die quam de nocte cantica uanitatum ¶ Nec ludere ad aliquem ludum nec uadat canendo, nec aliud faciendo quod nō ſit de reuerentia paſsionis Noſtri Redemptoris Cum ſint multi qui uadant proiciendo lapides & percutiēdo portas eccleſiæ, & ridicule cantando poemata illicita ſeu iocola & faciēdo ludū non pertinentem ad religioſam deuotionē per ſtratas & angiportus ſiue gabbas ¶ Si quis ibi quid huiuſmodi fecerit ſoluat bannū quatraginta ſolidorū, & quod Regimen teneatur facere inquiſitionem ad petitionem cuiuſcunq; layci uel clerici denuntiantis pœna uigintiquinq; librarum den. de ſuo ſalario, & uinculo iuramenti cuius pœnæ medietas ſit communis aliaq; denuntiatoris ¶ Et quod nulla mulier audeat uel preſummat ire de nocte ad eccleſiā ad matutinum uel ad audiendū comemorationē acerbiſsime paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti quæ fieri ſolet in illis noctibus ſub pœna uiginti ſolidorum & Poteſtas ſeu eius uicarius prædicta faciat obſeruari uinculo iuramenti.

De habentibus foueas in uiis publicis communis. Rubrica. VII.

QVisquis in uiis publicis foueas haberet & illas incultas retineret adeo quod ſuper eis eguitare nemo ualeret delectaſq; relinqueret, præſertim quando aliis impedimentum fa

ceret, & damnum aliquod pateretur dolo, uel negligentia illius, uel alicuius, emendet ille uel illa, cuius eſt fouea damnum paſſo. ¶ Et ſoluat bannum uiginti ſolidorum, & hoc locum habere, uolumus inter habitatores Maceratæ, & ſi contigent aliquo tempore deguaſtari, uel detegi, die ſequenti Teneatur eas reaptare, & ſi non reaptauerit, & aliquis damnum ſubſtinuerit emẽdare. Teneatur & eo ipſo quod apparet diſcoperta habeatur pro plena probatione, & ultra emendationem ſoluat pœnã uiginti ſolidorum, ¶ Nullus autem poſſit fodere foueam in medio uiarum communis Maceratæ niſi ad minus remaneat Tertia pars uiæ foueæ fodiendæ in medio uiæ, Et Poteſtas Teneatur banniri facere ſub pœna prædicta, & facere executionẽ & quod dicitur de foueis in medio uiarum ut ſupra locum habeat in futurum.

De Proicientibus aquam uel aliud Turpe a feneſtris hoſtiis ſeu alio loco. Rubrica. VIII.

NEmo audeat proicere aquam a feneſtris ſeu alio loco domus uel aliquod aliud Turpitudinis, & ſi contra fecerit, & damnum intulerit alicui, ſiue Dominus domus fuerit ſiue conductor incidat in pœnam uiginti ſolidorum ſi de die & Tunc damnum emendet in duplum, ſi uero de nocte maxime poſt Tertium ſonum campane proiciens Teneatur alta uoce tribus uicibus dicere antequã proiciat, guarda uel ſimilia uerba, ¶ Et ſi qua perſona reſpondẽdo id prohibeat, tunc proicere non debeat ſub pœna quatraginta ſolidorum, & damni emendatione, & ſtetur ſacramento damnum paſſi, & quilibet poſſit denunciare & accuſare & ſtetur iuramento denumptiatoris uel accuſatoris quæ pœna de facto ſoluatur, ¶ Addentes quod ſi aquã purã proiceret a feneſtris in medietatem dictæ pœnæ Teneatur ſi uero ab hoſtio aquam nitidam proiceret nullam pœnã incurrat ¶ Si uero aliam turpitudinem proiceret in pœnam decem ſolidorum incurrere uolumus ¶ Nec minus alicui liceat proiicere, uel proiici facere tempore pluuiæ & pluuiali aqua decurrente per ſtratas fimum uel aliquod genus immunditiarũ ſeu aquas fœtidas & turpes in dictis ſtratis de die uel de nocte per feneſtras, ſeu hoſtia domorum uel, undecunq; ne pluuia ceſſante ſtratæ immundæ, & fetidæ remaneant, ob eiuſq; malum odorem & fœtorem aer inficiatur infirmitateſq; cauſentur, pœna .xxvi. ſolidorum pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet, ut ſupra applicanda quocunq; non obſtante.

De fece non conburenda in Ciuitate uel prope. Rubrica. VIIII.

NVlli liceat conburere uel comburi facere fecem intus Ciuitatem Maceratæ uel extra eius diſtrictum circunquaq; per ſexaginta cãnas ad pedem Sancti Pauli, & Canna ſit decem pedum & contraueniens uice qualibet incurrat pœnam centum ſolidorum ſine diminutione aliqua de facto exigẽdam & quilibet poſſit eum accuſare & habeat accuſator medietatem pœnæ prædictæ, & nullus ualeat licentiam concedere comburendi fecem infra dictos confines excepto Tempore belli & ſi daretur licentia minime comburentem excuſet.

De non Componendo fimum ſeu letamen in foro communis uel alibi intus & extra Ciuitatem. Rubrica. X.

NVllus audeat in foro publico ſeu ali[illegible]tus Ciuitatem uel extra in uiis publicis ſeu prope mœnia & in foueis Ciuitatis [illegible]m circa, proicere ſeu componere aliquam quantitatem fimi ſeu alicuius alterius turpitudinis, & ſi proiecerit & compoſuerit infra quindecim dies inde remouere teneantur. Alias incidat in pœnam decem librarum cuius medietas applicetur communi alia, uero accuſatori & officiali exequenti, & ſtetur iuramento dicti accuſatoris, ¶ Addentes quod ſi compoſitio fuerit facta ſuper foueas conſee

nantes

nantes granum, ſeu aliud genus bladi incidat in pœna quindecim librarum deñ. & ſi Dominus foueæ damnum ex dicta proiectione paſſus fuerit ſibi omnino emendet & Regimen teneatur obſeruare uel obſeruari facere ſub pœna uigintiquinq; librarũ deñ de ſuo ſalario, & in caſu ſemper Teneatur & compelli poſſint ad remouendum fimum, letamen uel quam uis Turpitudinẽ, ut ſupra ❡ Ordinamus etiam quod habentes domos in platea mercati teneantur remouere fimũ, foſſile ſeu terrenũ & alias turpitudines exiſtentes ante eorũ domos ſub dicta pœna ut ſupra applicanda & nullus audeat prædicta in dicta platea proiicere pœna .xx. ſolidorum ut ſupra de proiiciẽtibus in ſtratis publicis Et ſi infra octo dies poſtq̃ eidem proiicienti fuerit mandatũ per officiales non remouerit incidat in dictam pœnam .x. librarum exigenda ſecunda diuidenda ut ſupra.

De gradibus habendis ante domum ſuam. Rubrica. XI.

VNicuiq; liceat ante domum ſuam in uiis publicis ſi illæ fuerint latitudinis octo uel decem pedum habere duos gradus duorum Cantonum ſiue lapidum per longitudinem uerſus uiam in aliis uero uiis quæ non eſſent tante latitudinis unum gradum tantum modo habere liceat, ut his gradibus aſcenſus & deſcenſus leuior habeatur.

Vt Nemini liceat appodiare ſuper murum alterius ſine legitima cauſa. Rubrica. XII.

STatuimus Nulli licere rem aliquã ſiue ligna ſiue aliud inmictere in Muro ſiue pariete alicuius, nec aliquo modo ut uulgo dicitur appodiare niſi iuſtã cauſam & ius habuerit, & ſi quis cõtrafecerit condemnetur in libris uiginti quinq; denariorum, ❡ Et Nihilominus omne inmiſſum ſiue edificatum remouere & deſtruere teneatur ad in ſtantiam Domini parietis, & renuens ſoluat eandem pœnam uice qualibet, & orta de præmiſſis quæſtione coram prætore Ciuitatis illã cognoſcere & Terminare debeat, nulla ſeruata ſolẽnitate, ac nullo dato libello ſine ſtrepitu & figura iudicii infra uiginti dies uinculo iuramenti, ❡ Et ſi fuerit negligens & infra dictum Terminum non Terminauerit perdat de ſuo ſalario libras decem denariorum, & facta iudicis declaratione ſi edificans uel inmictens renuerit quod ſuper impoſitum uel ædificatum eſt, remouere, tunc Domino muri ſiue parietis liceat impune illud ædificatum & impoſitũ amouere ad ſui libitum non obſtante aliqua appellatione uel contradictione.

De Angiportu ſiue gabba inter uicinos Tenenda clauſa. Rubrica. XIII.

QVilquis habuerit aliquem angiportum ſiue gabbam inter ſe & ſuum uicinum teneatur in ſtante dicto uicino illum claudere muro, Ita quod dictus uicinus nõ poſſit damnum aliquod habere ex dicto angiportu ſiue gabba, ❡ Et ſi non fecerit liceat eidem uicino claudere ſine aliqua pœna & ſi damnum inde uicinus ſubſtinuerit emẽdet de cuius damni extimatione ſtetur ſacramento conquerentis & ulterius incurrat pœnam decem librarum denariorum cuius medietas accuſatori applicetur, & hoc locum habeat in præſentibus & futuris, lege aliqua contrarium diſponente non obſtante, ❡ Addentes nemini licere aliquẽ conductum ſeu cloacam ſiue ſciaquatorium in ea habere per quem proiciatur aqua ſeu emictatur aliqua Turpitudo ex qua proiectione murus conuicini lædi poſſet, niſi de conſenſu dicti ſui conuicini, Concedimus tamen poſſe habere feneſtram ferratam pro luce habenda per quam non poſſit emicti aliqua turpitudo, praeſcriptione aliqua non obſtante.

Vt Nullus audeat ædificare ultra medietatem uie. Rubrica. XIIII.

QVicunq; poſſidet Domum iuxta uiam, ſeu angiportum uel gabbam deſignatam uel diſignandam pro communi a decem annis citra & illa continuata fuerit per officiales

& uiales communis non habeat auctoritatem ędificādi uel imponnedi aliquid per ſe uel aliud ultra medietatem uię ſeu gabbe uerſus domum ſui conuicini, eo renuente, & ſi edificatum uel impoſitum aliquid fuerit, in continenti remouere debeat. ¶ Et ſi quis acceperit de dictis uiis tā intus quam extra Ciuitatem infra menſem reſtituat, Prioreſq; de menſe Ianuarii Teneantur in publico concilio credentiæ proponere quod eligantur duo homines boni & diſcreti de quo libet quarterio cum auctoritate aptandi uias, & Terminandi Tam intus quam extra Ciuitatem ¶ Qui quidē electi teneantur facere iurare duos homines & legales infra quinquaginta do mos uicinantię, & ſi prædicti uiderint aliquos cepiſſe de dictis uiis ſeu gabbis infra dictam uici nantiam reſtituere compellant & renuentes incurrant pœnam quatraginta ſolidorum, cuius medietas ſit accuſatoris. ¶ Et nihilominus mādatā adimplere cogātur & tenentibus illis iux ta uias, ſtratas ſeu gabbas ſit licitum ire & redire & cum ſuis neceſſariis exire ſicut conſuetū eſt a decē annis citra, Saluis pactis inter conuicinos ¶ Et grauariæ debeant ire & labi per medieta tem uiæ ſeu gabbæ saluo ſi iuerint per plateam alicuius determinatam, ne fiat Domino plateæ detrimentum. ¶ Et ſi quis haberet domum ſiue plateā & uiæ unde deberet ire & redire, eſſent impeditæ adeo quod inde tranſire non poſſet Prædicti uiales habeant arbitrium & teneantur ipſas deſignare & aptare & aptari facere per uicinos hinc inde, ita & Taliter quod inde quili bet trāſire poſſit & quid quid fecerint in prædictis pro aptatione dictarum uiarum ſeu andro num ad pœnam aliquam minime teneantur, & donec dictæ uiæ non fuerint aptatæ ita quod commode tranſiri non poſit, euntes per agros alienos iuxta uiam ad pœnam aliquam non Teneantur.

De Cloacis & conductis non habendis. Rubrica. XV.

HAc præſenti lege decernimus quod Cloacæ ſeu cōductus per quas ſiue per quos proiciūtur aquæ ſeu alia quæ uis turpitudo iuxta uias uel per uias per quas homines tranſeunt (ne tranſeuntes incommodum ſentiant, nec cōuicini fœtorem ſiue leſionem recipiant) quod domi nus debeat recludere uel per eam nec aquam ſiue aliam turpitudinem proiicere dictamque clauſuram infra quindecim dies facere teneatur poſtquam ſibi ab aliqua perſona proteſtatum fuerit. ¶ Et ſi negligens id non fuerit exequutus qualibet uice qua fuerit ſibi proteſtatū incur rat pœnam quatraginta ſolidorum cuius medietas communi, alia uero accuſatori uel promo tori inquiſitionis applicetur & Poteſtas teneatur uinculo iuramenti & pœna uiginti quinq; li brarum de eius ſalario retinēdarū ad petitionem cuiuſlibet conquerentis prædicta facere obſer uari. ¶ Et nemini ſit licitum habere neceſſariū ſeu cloacam uel ſciacquatoriū uel aliud ſimile ſupra Terram extra domum ſuam uerſus plateam uel domum ſui conuicini niſi accedente eius expreſſa uoluntate, uel niſi taliter faciens q leſionē ſuo conuicino non inferat & id quod emi ctitur non fluat ſuper domum ſui conuicini uel ipſius iuriſditionem, pœna centum ſolidorum qualibet uice, & nihilominus id quod emictitur remouere debeat, & omnes gabbæ in fine ipſa rum iuxta uias, & ſtratas claudantur & murentur de lapidibus in altum ad minus per ſex pe des ad pedem manus relicto foramine idoneo in fine ipſius per illum cuiuſcunq; gabbæ, Pœ na quatraginta ſolidorum & in prædictis & quolibet prædictorum, præſcriptio aliqua mini me noceat.

De Non habendo feneſtram uerſus uicinum. Rubrica. XVI.

NVlla perſona (ut honeſtas inter habitatores noſtræ Ciuitatis ſeruetur & ceſſet omnis oc caſio litium & inimicitiarumque de facili inter conuicinos oriri poſſent) ualeat habere uel facere aliquām feneſtram ſeu balconem, ſeu aliquam aliam aperturam ex qua pro ſpici poſſit in Domo, ſeu platea, ſeu, horto conuicini in muro, ſeu Domo ſua, iuxta plateam

[illegible]

plateam uel domum dicti ſui conuicini iuxta quam non habeat de ſua platea extra ſuum murum unum pedē ad pedem ſancti Pauli ℭ Qui uero eum uel eam habuerit claudat uel claudi faciat ſtatim poſtquam fuerit requiſitus per dominū plateæ areæ ſeu horti ut quilibet in domo ſua platea, & hortū libere & ſecure uiuere poſſit, qui uero contrafecerit ſoluat pro qualibet uice pœnam uiginti quinq; librarum cuius medietas ſit communis alia uero Domini plateæ uel domus, & nihilominus per officialem communis claudere compellatur, decernentes tamen non licere Domino plateæ iuxta murum laborare per unum pedem Sancti pauli ne dictus murus cadat & damnum Domino domus inferat.

De Caminis furnorum in altum eleuandis. Rubrica XVII.

STatuimus q; Domini furnorum teneantur ſtrictiſſime caminos furnorum tantum in altum eleuare & murare q; fumus eorum non ledat nec præiudicium ſeu grauamen inferat aliqui ſuo conuicino, contrafaciens uero, ſi fuerit accuſatus ſoluat bannum communi uiginti ſolidorum & nihilominus prætor teneatur ſilentium imponere prædictis habentibus furnos, & præcipere contrafacienti ſub certa pœna, ut præmiſſa exequantur & furnis utantur ita quod uicini in aliquo non ledantur

Quod nullus faciat Cooperire equam uel aſinam in platea foro & ſtratis Rubrica. XVIII

NEmini liceat, ſiue ſit habitator Ciuitatis Maceratæ ſiue aligenigena facere cooperire aliquam equam uel aſinam, in platea foro & ſtratis publicis & regalibus pœna Centum ſolidorum, & credatur ſacramento accuſatoris cum uno teſte & teneatur ſecretus, & denumptiator ſeu accuſator medietatem dictæ pœnæ conſeuatur.

De Mulieribus Citatis pro Teſtimonio ferendo Rubrica. XVIIII.

ORdinamus q; nulla Mulier cogatur uel cogi poſſit uenire uel ſtare in Palatio pro Teſtimonio ferendo ſed notarius cauſæ teneatur accedere ad domum ſuam uel ad aliquam ecleſiam propinquiorē dictæ mulieris in Ciuilibus tātū ſed diſpoſitionē ſtatuti ſecundū ſub Rubrica ix. ℭ Si uero in maleficiis dicta mulier uel mulieres ſtent ibi ad duos dies pro Teſtimonio prædicto, & officialis cōtrafaciens incurrat pœnam uiginti quinq; librarū, & nulla bona mulier & honeſta intret domum communis uel habitationem prætoris pœna quatraginta ſolidorum, & ſi regimen. predicta permiſſerit & contra uenire præſumpſent perdat de ſuo ſalario libras decē denariorū, ℭ Baiulus uero uel qui uis alius qui intercederet pro dicta muliere incurrat pœnam Centum ſolidorum, & ſi dictæ perſone non haberent unde ſoluerent fuſtigētur quarū pœnarū medietas ſit communis alia uero accuſatoris, ℭ Et illa mulier bona & honeſta intelligatur quando, a, pluribus aſtantibus coram officialibus ſeu officiali communis fides facta fuerit Mulierē illā eſſe honeſtæ uitæ, ℭ Et ſi prætor uel eius officiales ſeu quis alius officialis dicti communis procederent cōtra ipſas mulieres uel aliquam ipſarum decernimus ipſum proceſſum non ualere & quando dictæ mulieres excuſantur uel Teſtificantur debeat intereſſe maritus uel pater aut frater carnalis ſi habet, uel aliquis ſuus conſanguineus qui iuret ipſam Teſtificationem uel excuſationem tenere ſecretam & aliter aliquis officialis non recipiat dictam mulierem pœna centum ſolidorum de ſuo ſalario, & aliter ipſa mulier non poſſit cogi, nec compelli ſub dicta pœna, & hoc dicimus locum habere tam in Ciuilibus quam in Criminalibus, & extraordinariis

De Venditoribus qui debeant excepturare portionem Colonum & res uendita tradatur emptori pro certo pretio. Rubrica. XX.

QVisquis poſſeſſionem aliquam uendiderit alicui uel quo uis titulo Dominium in allium transtulerit, Teneatur & debeat ius & partem laboratoris uel conductoris excipere & qui contrafecerit incurrat pœnam decem librarum, & Nihilominus portio laboratoris uel alterius ſemper ſalua & inlæſa conſeruetur & habeatur, & in dubio in quolibet instrumento uenditionis factæ intelligatur excepta portio & ius laboratoris ſeu cuiuslibet alterius conductoris quam rem uenditam recepto prætio uenditor tradere teneatur emptori, Ne rem & pretium habeat ſed uno tantum contentus ſit, Maxime ſi requiſitus fuerit ab ipſo emptore pœna decem librarum uice qualibet qua fuerit requiſitus,

De Appretio uenditoris non diminuendo. Rubrica. XXI.

STatuimus quod appretium uenditoris nō minuatur cauſa rei uendite licet augumentetur emptori ubi prætium pro debito uel libertate pro emptione prædicta aut in dotem publice dederit, & ſe didiſſe oſtendiderit & notarii qui ſcripſerint noua cataſta teneantur & debeant bene & legaliter ad petitionem emptoris & uenditoris abolere terram uenditam ſine aliqua mora, ſeu conceſſam, donatam, uel relictam de appretio uenditoris, & illam ſcribere ſeu addere appretio illius cui res fuit uendita, conceſſa donata ſeu relicta, & pro ſuo ſalario habeat unum bonenenum pro qualibet parte, & ipſe partes ſoluere teneantur, & prædicti Notarii eligantur per Concilium Credentie ſeu generale, & imbuſſulentur.

Quod hii qui non ſunt appreciati apprecientur. Rubrica. XXII.

SI quis non reperietur in Cataſto communis appreciatus debeat appreciari per homines illius contrate uel quarterii & ponatur in cataſto communis & reſpondeat in datiuis pro eius precio, ut alii homines dicte Ciuitatis pro rebus eorũ appreciatis, ¶ Et Priores Ciuitatis in quolibet primo menſe anni obligati ſint congregare concilium credentie in quo eligantur homines ad explorandum & inquirendum quæ ſint illæ perſonæ quæ habent bona non deſcripta in apprecio communis & inuentos Teneantur facere appreciari & datiuas ſoluere ſecundum Tenores ſtatuti, Qui homines Teneantur iuramentum præſtare de bene & fideliter exercendo officium ſuum ſine aliqua paſſione humana ipſis Dominis Prioribus auctoritate ſupradicti concilii offerentibus.

De Venditionibus Dominorum de Lornano. Rubrica. XXIII.

ORdinamus ꝙ oēs uenditiones, ceſſiones, conceſſiones, & quietatiões factæ & faciendæ a Domino Alberto, Domino Raynaldo, Domino Vfredutio & ab omnibus aliis de lornano, & eorum heredibus, procuratoribus, Succeſſoribus uel aliquibus aliis nomine prædictorum hominibus de Macerata ſiue Maſculis ſiue fœminis firmæ ſint & ratæ perpetuo, & ſi Aliquis prædictorum uel alii eorum nomine contra fecerint, non audiantur & amictant exemptionem habitam a communi, ipſo facto & ſoluere Teneantur, Collectas, Datiuas, & alia obſequia, & emptores ut ſupra a Communi defendantur.

De Executione non facienda in Rebus Communis. Rubrica. XXIIII.

VTilitatem publicam intuentes decernimus nullam poſſe fieri executionem in aliqua Re Communis uel publico uſui deputata. Et ſi aliquis tantæ fuerit audacie quod

petere

petere auſus fuerit & facere procurauerit executionem in aliquo predictorum pœnam uiginti quinq; librarum denariorum applicandorũ dicto communi incurrat & etiam Teneatur dicto cõmuni ad omne id in quo res predicta leſa fuerit. ℂ Et ad hoc obſeruandũ officiales cõmunis uinculo iuramenti obligati omnino ſint, & huic noſtræ ſanctioni contrauenientes condemnare in pœnam prædictam, & condemnationem prædictam exigere ſine mora nõ obſtãte uoluntate Concilii Credentie licet generalis. ℂ Et ſi qua fierent in prædictis contra hanc noſtram legem illa Tamen non uiſa, teneantur Pretor & officiales in priſtinum ſtatum reſtituere ipſo facto, & omnia irrita, & nulla eſſe decernimus. ℂ Quam legem perpetuo ualiturã eſſe ordinamus, Et illam in qualibet renouatione ſtatutorum poni & firmari per ſtatuentes nullo diminuto uinculo iuramẽti, Et pœna regiminis arbitrio ſtatuẽda ſi contrafecerint ullo modo uel cauſa. ℂ Et quod futurum Regimen. infra primũ menſem ſui regiminis inquirat cõtra retinentes & habentes de bonis & rebus communis, & inuentum compellat ad reſtitutionem. facta ſatisfactiõe de eo quod quis receperit licite, à commuui, & ſi ultra recepiſſet cogat ipſum ad reſtituendum dicto communi, & infra dictum menſem preconizari faciat quod omnes & ſinguli qui haberent ius contra commune & in Tenutam aliquam rem communis acceperint debeant notificare regimini & ſi non fecerint perdant ius quod haberent, Et hoc locum habeant in præteritis, preſentibus, & futuris.

De hoſtio domus non extrahendo pro executione aliqua. Rubrica. XXV.

NVllus officialis ſeu baiulus Ciuitatis Maceratæ poſſit amouere & deguaſtare hoſtium a cardinibus domus alicuius habitatoris Ciuitatis Maceratæ ſeu eius Teritorii occaſiõe alicuius executionis, & etiam datiue, Adeo quod in hoſtio domorum feneſtris tegulis ſiue Cuppis Executio nullo modo fieri poſſit, & facta non Teneat & officiales & baiuli qui contra uenerint incurrant pœnam quatuor librarum pro quolibet & qualibet uice communi de facto applicandarum.

De Collecta ſoluenda de poſſeſſionibus. Rubrica. XXVI.

NE in ſolutione Collectarum inequalitas obſeruetur ob quam ſepæ Tumultus & ſeditiones exoriri ſolent ordinamus quod omnes poſſidentes aliquam rem immobilem in Ciuitatæ Maceratæ & eius Teritorio & diſtrictu quæ non reperiretur appreciata in Cataſto communis & hominum dictæ Ciuitatis ipſe poſſeſſiones, ſicut cætera aliorum ſint extimatæ & omnes collectæ, ac onera & exactiones quæ imponerentur inter homines dictæ Ciuitatis quomodocunq; uel qualitercunq; iuxta ipſorum bonorum extimationem ab eo exigantur excepto ſalariis Domini Poteſtatis, Cuſtodum portarum, & Campanilis, quæ exigi debeant per fumantem. ℂ Et ſi aliqui poſſidentes & Tenentes bona in dicta Ciuitate eiuſq; diſtrictu, Tam Ciuis quam alii requiſiti per officiales dicti communis uel eorum nuncios ipſa onera tam ordinaria quam extraordinaria ex qua uis cauſa impoſita & imponenda ſubire recuſarent pro pœna tantæ temeritatis contra eos ſic duximus ſtatuendum. ℂ Quod omnes poſſeſſiones ſite in Ciuitatæ Maceratæ eiuſque diſtrictu & pertinentiis eorum qui ſoluere recuſant ipſas Collectas per ſe uel interpoſitam perſonam nullatenus colantur arentur uel laborentur idque præconizari Regimen. publice faciat per Ciuitatem Maceratæ quod nullus debeat ipſas Terras & poſſeſſiones colere ℂ Et ſi inuenirentur aliqui uel aliquis de Macerata ſeu eius habitator ad colendum per ſe uel alios bona dictorum ut ſupra recuſantium condemnentur communi in quinquaginta libris denariorum, & ſi Dominus ipſarum poſſeſſionum per ſe colere faceret, nulla perſona de dicta Ciuitate, & eius diſtrictu eorum familiaret uel boues, & alia animalia hoſpitari debeat aut aliquam participationem cum eis habere ad pœnam

De lanionibus ſiue Macellaiibus. Rubrica. XXIX.

LAniones omnes & ſinguli qui Carnes macellauerint cuiuſcunq; generis debeant illas in
cidere & macellare modo & forma infraſcriptis, uidelicet quod ante feſtũ Paſcatis Reſur
rectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti per quindecim dies, & plus & minus ut uidebitur Magni
ficis Dominis Prioribus qui pro Tempore erunt fiant bandimenta per Ciuitatem in locis pu
blicis & conſuetis, quod quicunq; uellet adſummere onus prouidendi pro carnibus Vniuerſo
populo, comparere debeant Coram dictis Dominis Prioribus & Capitula exibeat de macellã
do Toto anno futuro bene & legaliter ſecundum quod fuerit conuentum, & qui promiſſerint
incipiant, die Sabbati Sancti de mane præparare carnes in ſtationibus per commune ordinan
dis abundanter cum cultellis & aliis neceſſariis bene molatis & mundatis, & Turpitudines an
te & intus ſtationes tergere & remouere, & ſemper ſic facere toto Tempore dicti anni cui pro
miſſioni finis ſit dies Cineris proxime uentura & quotieſcunq; in premiſſis defecerint incidãt
in pœnam uiginti ſolidorũ qualibet uice, ℭ Declarantes quod in ſtationibus in quibus uẽdun
tur carnes ueruecum, bouinarum, agnorum & porcorum non poſſint dicti macellatores ibidẽ
interficere & macellare, pecudes, Capras & ſues nondũ ſaginatos pœna decem librarum qua
libet uice, ℭ Teneantur etiã cõtinuato Tempore dicti anni habere carnes ſecundum temporũ
uarietatem, Caſtratinas, Bouinas, & Agninas, & abundanter omnibus petentibus in diuerſis
banchis, & ſi contrafecerint uice qualibet puniatur de facto pœna .xx. ſolidorum pro quoli
bet, ℭ Ipſaſq; carnes ſeparatim retinere ſub eadem pœna, Et ſi minori pondere uenderent
puniatur uice qualibet in qualibet uncia in ſolidis uiginti, & ſi darent unam carnem
pro alia ducatur circum circa plateam cum dictis carnibus in ſpatulis poſitis cum Tubis
ſonantibus ante eum, niſi ſoluerit ea die qua inuentus fuerit cum effectu communi prædicto ſi
ne aliqua diminutione libras uigintiquinq; denariorũ ℭ Et ſi darẽt & uenderent carnes morti
cinas infectas uel morboſas cuiuſq; generis carnium eſſent ſoluat de facto uice qualibet nomi
ne pœnæ libras decem denariorum, ℭ Et etiam Teneantur & debeant diligenter bene laua
re & mundare uentres & interiora animalium quæ occiderint & macellauerint, ita & Taliter
quod fœtor, & putredo ab eis emundetur ſub pœna decem ſolidorum uice qualibet pro quo
libet contrafaciente quæ pœnæ omnes ſummarie & de facto exigantur quæ pœnæ etiam lo
cum ſibi uendicent etiam in macellatoribus, omnium Caprarum & aliorum animalium ſimi
lium, ℭ Nolumus Tamen quod dicti, Macellatores quoquo pacto uendant carnes, Et
etiam ſues paruulas, in uigiliis feſtiuitatum Beate Mariæ Virginis & Sanctorum Apoſtolorũ,
& in quatuor Temporibus & in omnibus aliis uigiliis & ieiuniis ab eccleſia ordinatis pœna ui
ginti ſolidorum, & Regimen. faciat inuiolabiliter obſeruari uinculo iuramenti.

De Proxeneta ſiue amediatore Animalium. Rubrica. XXX.

QVilibet qui ſe interpoſuerit ut animalia uendantur & ut partes ad concordiam reducan
tur pro dicta interceſſione uidelicet ſi fuerit, bos, uel aſinus habeat a qualibet parte de
narios duodecim, De Equo uel iumento ſolidos duos a qualibet parte, Contrafacientes uero
contra uoluntatem dicti proxenete uel interceſſoris ſoluat bannum uiginti ſolidorum.

De Molendinis oleariis ſiue friſculis & Metris habendis. Rubrica. XXXI.

STatuimus quod omnes de Ciuitate Maceratæ qui uoluerint exercere artẽ piſtrinorum olei,
debeant illa fieri facere in Ciuitate uel extra in locis congruis, & Talibus quod poſſint fier
ri cloacæ ſiue conducti ducentes amurcam ſiue bibriam per ipſos extra dictam Ciuitatem ſine
Turpitudine uel moleſtia alicuius & ne ſtratæ & loca deturpentur & deguaſtentur, & oẽs qui
habuerint uel habebũt friſculos ſiue trapeta (ut ſupra dictum eſt) Teneantur ipſos habere per
fectos & paratos in ſupra dictis locis ſine aliquo defectu in Calendis Nouembris ſub pœna

decem librarum denariorum, ¶ Et ꝙ Poteſtas faciat dictum ſtatutum banditi in principio menſis octobris, ita ꝙ ueniat ad notitiam ſingulorũ, ¶ Et etiam faciat bandiri octo diebus ante Calendas nouembris, ꝙ omnes uolentes facere friſculos ſiue Trapetta, & ipſam artem exercere ueniant Coram Cancellario communis uel alio deputando & ſe ſcribi faciant uſq; ad Calendas nouembris & qui non comparuerit & ſe ſcribi non fecerit in dicto termino in illo anno & duobus ſequentibus dictam artem exercere non poſſit, ¶ Et ſi aliquis non ſcriptus inuentus fuerit dictam artem exercere puniatur in uiginti quinq; libris denariorum anno quolibet, & quilibet poſſit eum accuſare & denumptiare, & Teneatur ſecretus, & habeat quartam partem pœnæ prædictæ, & illi ſolum qui fecerint ſe ſcribi faciant dictam artem illo anno, Teneanturq; iurare dictam artem exercere bona fide, & ſine fraude & reddere oleum bonum & legalem ſine aliqua malitia, & aſſignent anteq̃ incipiant accipere oliuas butinellos ad quos debent accipere oliuas, & metros ad quos debent reddere oleum, & eos aſſignatos, Prætor uel alius officialis faciat ut æquales ſint butinello, & metro cõmunis illoſq; poſt modũ ferrari faciat de ſuper longitudine largitudinis ipſius botinelli, ipſoſq; butinellos & metros bullari bulla communis ſumptibus ipſorum friſculariorũ, ¶ Et etiam Teneatur ipſe Poteſtas uel officialis ad Tollendum omnem cauſam querimoniæ congregari facere poſt feſtum Sancti Martini Concilium generale & ſpeciale & in ipſo elegi facere unum hominem bonum & legalem de quolibet quarterio qui examinent oliuas, & ſciant fructum ipſarum oliuarum, & ſecundũ quantitatem fructus oliuarum aſſignent modum friſculariis, quot butinellos debeant recipere pro metro, & ſecundum modum per eos dandũ inuiolabiliter obſeruetur, ¶ Et ſi pauci uel nulli ſe ſcribi fecerint in dicto Termino faciat congregare concilium generale uel ſpeciale, & in eo proponatur quid ſit faciendum de friſculariis inueniendis, & quid ſit faciendum in prædictis & ſecundum uoluntatem concilii procedatur, & donec non fuerit declaratum per commune unicuique debenti habere oleum non audeat minuere, nec macinare oſſa oliuarum ſub pœna decem librarũ pro qualibet uice, ¶ Et quilibet friſcularius, uel alius qui oliuam receperit ad reſſicum Teneatur & cogatur perſonaliter illis a quibus recepit dare & reddere ſine libelli oblatione & ſine figura iudicii oleum, ſuis ſumptibus & expenſis ſub pœna decem ſolidorum, ¶ Et quod friſcularii Teneatur & debeãt accipere oliuam ad domum illorum quorum eſt oliua, & quilibet friſcularius habere debeat metrum, medium metrum, pitictum, medium pitictum, & fuglectam adaquata menſura communis, Bullatos bulla communis, Pœna quatraginta ſolidorum pro metro, Pro medio metro ſolidorũ uiginti pro aliis uero menſuris decẽ ſolidorũ pro quolibet & uice qualibet inuentus fuerit ¶ Addentes quod ſit unus metrus eneus uel rameus qui nullum foramen. habeat cum quo quilibet poſſit menſurare quando opus eſt & ille qui menſurat debeat ponere metrum in uno Catino uel baſſula aut alio uaſe, & non debeat deferre ſpogniam uel aliquid cum quo recolligat oleum, Et totum oleum quod ſuperat a metro & cadet in Catino uel alio uaſe ſit illius qui uendit oleum, ¶ Et ille qui emit poſſit extrahere totum quod remanet in metro pro uelle ſuo, ¶ Et qui contra fecerit ſoluat pro banno uice qualibet uiginti ſolidos & quilibet poſſit eum accuſare, & ille qui tenet metrum teneatur ire ad menſurandum oleum ad petitionem cuiuſcunq; de Macerata, quod ſi non fecerit ſoluat bannum uice qualibet decem ſolidorum & credatur ſacramento accuſatoris qui dixerit ſe requiſiuiſſe eum, ¶ Et ſciatur quod oleum metri debeat eſſe ponderis quatraginta ſex librarum & duarum unciarum, Si metrus communis perderetur, & undecim pitictorum cum dimidio, Et commune etiam teneatur habere, medium metrum, pitictum, medium pitictum, & fuglectam, & faciens artem friſculorum poſſit adiuſtare & adæquare cum eis, Et ſimiliter alii poſſint cum eis adiuſtare & menſurare,

De Lanariis. Rubrica. XXXII.

OMnes facientes in Ciuitate Maceratæ pannos lanæ Teneantur & debeant legaliter, & fideliter exercere artẽ ſuam & pannos ex lana ouina uel pecudina facere & non immiſcere

aliquam

aliquam aliam lanam, & contrafaciens in decem libris denariorum de facto puniatur, & regimen teneatur in principio ſui officii facere eos coram ſe uenire & eos iurare compellat prædicta fideliter obſeruare, cogens illos unum ex eis eligere qui teneatur & debeat contrauenientes in prædictis accuſare, & ille ſi negligens fuerit in duplum condemnetur.

De Cerdonibus ſiue Calzolariis & de modo Tenendo per eos in eorum arte & de manutentione fontis maioris & fouei per eos fiendi, & calicinariis & coriis uel pellibus cum pilis non expandendis in Ciuitate Maceratæ, Rubrica. XXXIII.

PRæſenti ſtatuto firmamus ad bene laudabiliterq; uiuendum quod omnes & ſinguli cerdones ſiue calzolarii in Ciuitate noſtra artem prædictam exercentes & in futurum exercere uolentes, Teneantur & debeant fideliter & legaliter exercere & in eorum ſtationibus ſemper habere opera præparata ita quod egentes ea inueniāt & emere poſſint. ¶ Decernentes inſuper quod omnes & ſinguli conciatores & præparatores coraminis in dicta Ciuitate, Teneantur quolibet die mercurii in quo fit emporium portare & Tenere ad uendendum publice, Et palā de coramine ab eis præparato, & de calciamentis ut uolentes emere poſſint, Pœna decem ſolidorū pro quolibet & uice qualibet, ¶ Prohibemus etiam ne dicti conciatores poſſint in futurū preparare pelles uel coramen in ſcotano a medio menſis iunii uſq; ad feſtum Sanctæ Mariæ de menſe Auguſti incluſiue pæna decem librarum pro quolibet cōtrafaciente & uice qualibet, ¶ Nec aliquis eorū audeat uel preſumat tenere calcinarium in Ciuitate niſi habeat in domo ſubtus terram & bene coopertum, ita quod non reddat fœtorem, Nec proicere ſcotanum nec ſpandere coramen uel pelles cum pilis intra Ciuitatem prædictam, & ſi expandere uoluerit, expandat in Campo mercati uel in Campo nundinarum longe a fonte per decem cannas & contra ueniens incurrat pœnam quatraginta ſolidorum & officiales dicti communis Teneantur, & debeant ſemper inquirere nec aliquis eorum uel alius pro eis poſſint ullo pacto preparare coramen cuiuſcunq; generis a porta Sancti Saluatoris uſq; ad Eccleſiam Sancti Iuliani per uiam rectā, pœna prædicta, ¶ Ordinamus etiam quod idem conciatores uel preparatores qui commodum & utilitatem ſentiunt de aqua fontis maioris dictæ ciuitatis Teneantur & debeāt continuatis Temporibus in futurū dictum fontem Tenere mundū ab omnibus ſordibus luto Et turpitudine Pœna decem librarum inter omnes uice qualibet, qua fuerint negligentes, ¶ Reſeruato tamen quod ſi quis ipſorū noluerit huic ordini conſentire & pœnæ dictæ ſubiacere q eo caſu ſit ipſo iure & facto priuatus, adeo quod de dicto fonte, nec ipſe, nec ſua familia, nec aliquis pro eo poſſit, nec debeat aquam accipere, nec aurire quoquo modo ſub dicta pœna decem librarū pro quolibet contrafaciente & uice qualibet, ¶ Teneantur etiam præfati conciatores quotiens opus fuerit fontem prædictum reparare uel reparari facere ſuis ſumptibus & expenſis ſi per aliquem deguaſtaretur ſub pœna prædicta niſi demoſtrauerint uel aliquis eorum demoſtrauerit deguaſtantem, quo caſu ipſi ad dictam reparationē non Teneantur, ¶ Decernimus ulterius præfactos conciatores eſſe obligatos tenere bene expeditum foueum communis unde fluit aqua pluuialis ante ſpatium dicti fontis iuxta ortum franciſci benedicti mercatoris, ita quod aqua habiliter defluat quem foueum remundare teneantur quotiens opus fuerit ipſorū ſumptibus & expenſis pœna quatraginta ſolidorum uice qualibet qua fuerint negligentes ſine diminutione ¶ Super quibus omnibus officiales Domini Prætoris præſentis & futuri Teneantur pro delinquentibus in prædictis uel aliquo prædictorum ſolerter rimari & repertos culpabiles ſummarie & de facto punire pœnis prædictis ſine aliqua diminutione & habeant quartam partem dictarum pœnarum.

De Ponderibus & menſuris adiuſtandis & bullandis per ordinatos a communi & de pœna utentium aliis ponderibus & menſuris Rubrica. XXXIIII.

STatuimus & ordinamus quod Mercatores, Aromatarii ſiue ſpiciarii Merciarii, Triccoli ſeu Triccolæ & omnes alii uendentes & ementes in groſſum ſiue ad minutum de rebus quæ debent ponderari uel menſurari ſic ſe habeant q̃ æquare faciant ſua pondera paſſus & menſuras ad pondera & menſuras communis, & ipſis adiuſtatis & adequatis bullentur bulla communis conſueta ſemel Tamen ad pœnam centum ſolidorum pro quolibet marco & pari bilanciarũ ſtatera & paſſu, ℣ Et ſi dicta pondera paſſus & mẽſuræ inuentæ fuerint ſine fraude & cum dictis bullis in nihilo puniantur retinentes & habentes eas uel ea & pro actatura & bullatione bilanciarum ſeu ſtaterarum debeat habere pro mercede iuxta laborem quem impenderit ℣ Si autẽ iuſte forent, pro ipſa bullatione nihil conſequi poſſint. Pro bullatione uero menſurarum uini uidelicet Pitidi ſiue medii pro qualibet menſura æquata & bullata debeat habere pro mercede unum bolenenum & non ultra, & qui contrafecerit incidat in pœnam decem librarũ pro qualibet menſura & uice qualibet, ℭ Et ſi fraudolenter dederint minus debito uice qualibet uel pro qualibet menſura decem librarum denariorum ſoluere Teneantur, & pœnã uncia qualibet minus data uiginti ſolidos ſoluere cogantur, Si minus uncia pro rata, ℣ Si uero fuerit paſſus pro menſurando pannos lane coloratos ualoris Trium librarum uel id circa ſoluat & ſoluere Teneantur quatraginta ſolidos pro quolibet brachio & ad emendationẽ damni ℭ Si minoris præcii uſq; ad uiginti ſolidos in medietate dictæ pœnæ, & ab inde in decẽ ſolidis ℣ Si uero fuerint panni non colorati in decẽ ſolidis pro quolibet brachio & ſemper ad ſatisfationẽ eius quod minus fuerit Teneatur, ℭ Quecũq; uero perſona ſtudioſe falſificauerit uel falſificari fecerit dicta pondera ſeu menſuras & paſſus uel aliquam ipſarum puniatur & condemnetur uice qualibet in uiginti quinq; libris denariorũ, ℣ Addentes quod uendentes pannos lanæ ualoris unius floreni uel maioris præcii, Item quodcunq; ſiricorum genus uidelicet uelluti, raſi, & aliorum huiuſmodi minori paſſu uel menſura quam ſolita & ordinaria menſura communis incidant pœnam quinq; librarum denariorũ pro quolibet brachio & quolibet contra facienti ac uice qualibet, & ſemper ad emendationẽ damni teneantur, ℣ Declarantes etiam quod omne genus ſiricorum uendatur menſura communis & non alia ſub dicta pœna.

De Ture Cereis & Candelis malitioſe confectis. Rubrica. XXXV.

NVllus de Macerata ſeu aliunde uendat ſeu uendi faciat in Ciuitate prædicta eiuſq; deſtrictu. Thus uel incenſum malitioſe conficiatum cum aliqua re niſi purum & legale pœna Centum librarum denariorum & in admiſſione rerum uenditarum, & uendendarum, Et eadẽ pœna puniatur incera & Candelis & Cereis malitioſe confectis, ſed puri, & pure uendi debeãt atq; dari, Et non liceat alicui laborare cereos uel candelas cauſa uendendi ubi fuerit immiſſa accia niſi pura bombix ſub dicta pœna, Et quod Cerei fiendi bullari debeant bulla artificis facientis pœna decem ſolidorũ, pro quolibet Cereo qui non intelligatur a quatuor unciis infra.

Quod uendentes ſal & bladum ad minutum uendant ad menſuram bullatam ad bullam communis & pariter uinum cum uaſis bullatis. Rubrica. XXXVI.

HOc noſtro ſtatuto diſponimus quod omnes & ſinguli Tam Ciues q̃ forenſes qui bladũ Cuiuſcunq; generis, uel legumen aut glandes, Caſtaneas, Lupinos, Nuces, auellanas, & ſimilia uendere uoluerint uendant & uendere debeant ad menſuram bullatam bulla communis ad quartum butinellum, ſeu medium buttinellum, ſiue Tertium, ſiue ad probendam, pœna decem ſolidorum pro quolibet & qualibet uice, & ſi aliquis uendiderit magis ad minutum

teneatur

teneatur uendere menſura communis ſub dicta pœna, Sal autem ad pondus, contrafaciens uero ſoluat bannũ decẽ ſolidorũ pro qualibet, uncia qua minus iuſtiponderis dederit ℭ Et hoſpitatores & alii uendentes uinum ad minutum Teneantur & debeant, habere & Tenere uaſa adiuſtata & æquata ac bullata bulla plũbea communis pœna uiginti ſolidorum pro quolibet, qualibet uice & qualibet menſura, Et dare debeant uinum menſuratũ iuſte, ℭ Et ſi quis contrafecerit uice qualibet puniatur pœna prædicta.

De Panno lini uendendo ad Brachium. Rubrica. XXXVII.

QVæcunq; Mulier Texerit pannum lini in Ciuitate Maceratæ, & eius diſtrictu reddere debeat ad brachium panni lini ordinarium & quæ contrafecerit ſoluat bannum decem ſolidorum pro qualibet uice & quolibet bracchio, cuius bãdi medietas ſit communis & alia accuſatoris uel accuſatricis, & eodem brachio ordinario pannum lini uendatur ſub pœna tam emptori quam uenditori ſi alio brachio uſi fuerint decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente & qualibet uice.

De Ementibus aliquam rem uenalem. Rubrica. XXXVIII.

SI qua perſona de Ciuitate Maceratæ uel aliunde emerit ab aliqua perſona in dicta Ciuitate uel eius diſtrictu aliquam mercantiam, grani, Vini, uel alterius rei mobilis ſiue animalium, & dederit arram uel non, & non renuerit uel non ſoluerit prætium infra octo dies, uenditor poſſit ipſam rem cui uoluerit uendere ſine licentia curiæ & ſine pœna, ℭ Et nihilominus primus emptor perdat arram niſi aliter inter partes eſſet Conuentum.

Quod officialibus & famulis Domini Poteſtatis non liceat bibere in aliqua Taberna uel domo. Rubrica. XXXIX.

OFficiales & familiares Domini Poteſtatis uel aliquis ipſorum non poſſint nec eis ſit licitũ bibere uel cõmedere in aliqua Taberna uel domo in dicta Ciuitate pœna uiginti quinq; librarum de ſuo ſalario retinendarum.

Quod Poteſtas uel eius officiales & familiares non recipiant aliquid ab aliquo detempto. Rubrica. XL.

HAc noſtra lege diſponimus q; ſi contigerit aliquem Ciuem uel habitatorem Ciuitatis Maceratæ deteneri in palatio uel carceribus ſiue in habitatione Poteſtatis mandato ipſius, poteſtatis uel iudicis, ſiue aliorum officialium quorumcunq; quacunq; occaſione uel cauſa, ille qui fuerit detemptus pro Tali detemptione ſeu cuſtodia, aliquid ſoluere minime teneatur famiiiaribus poteſtatis uel aliis quibuſcunq; perſonis, ℭ Et Poteſtas prædicta obſeruare & obſeruari facere teneatur uinculo iuramenti Et pœna uiginti quinq; librarum deñ. de ſuo ſalario de facto ſoluendarũ, & ad reſtitutionem deñ. uel rerum oblatarum per eos uel aliquem ipſorum.

Quod Poteſtas & alii officiales communis debeant unicuiq; ius & Iuſtitiam miniſtrare ſecundum formam præſentium ſtatutorum. Rubrica. XLI.

PRæſenti noſtro decreto firmamus q; Dominus Poteſtas Regimen & alii officiales Ciuitatis Maceratæ Teneantur & debeant uinculo iuramenti unicuiq; ius & iuſtitiam miniſtrare & exercere ſecundum formam ſtatutorũ & ordinamentorum in hoc uolumine comprehenſorum non obſtantibus aliquibus, ordinamentis, capitulis, ſiue ſtatutis editis & factis per alios quoſcunq; in cõtrarium, quæ contraria præſentium uigore, irrita, caſſa, & annullata, & nullius

ualoris eſſe decernimus, Reſeruatis ſtatutis & ordinamētis, factis & edictis, exortationibus, Venerabilis ſummæꝗ religionis, Viri fratris Iacobi de Monte brandono ordinis minorum obſeruantie Beati Franciſci efficaciſſimi. Doctrine Euagnelice prædicatoris quibus nullatenus derogare intendimus per dicta ſtatuta & ordinamenta uel aliquid ipſorum & qui contrafecerit incurrat pœnam uice qualibet viginti quinꝗ librarum denariorum applicandarū cōmuni prædicto & exigēdarū de facto ſine aliquo proceſſu, Et Regimen. prædictū Teneatur & debeat prædicta & quodlibet ipſorum obſeruare & obſeruari facere Vinculo iuramenti & pœna prædicta de ſuo ſalario ſummarie perſoluenda Tempore ſui ſyndicatus retinenda per cammerarium dicti communis ſub Iam dicta pœna.

Quod deputatus ad aliquod officium communis non ſubroget alium locum ſui. Rubrica. XLII.

NVllus Ciuis uel habitator Ciuitatis Maceratæ ſeu forenſis deputatus ad aliquod officium communis, poſſit nec debeat alium loco ſui ſubrogare abſꝗ expreſſa licentia & uoluntate Magnificorū Dominorum Priorum, & Concilii credentiæ legitime obtenta, & cōtraueniens incurrat pœnam decem librarum denariorum & deputatio ſeu ſubrogatio ſit ipſo iure Nulla.

Quod habens aliquod officium conteſtabiliæ uel cuſtodiæ non cogatur ipſe uel aliquis de domo ſua ad aliud officium communis. Rubrica. XLIII.

QVisquis fuerit legitime electus ad aliquod officium conteſtabile ſeu cuſtodiæ ipſe nec alius de eadem domo poſſit elegi ad aliud officium dummodo ſimul habitent in eadē domo, & ſi eligeretur electio ſit ipſo iura nulla, & Regimen. uinculo iuramenti nō poſſit eum cogere ad dictum officium exercendum.

De obſequio perſonali non præſtando per famulos. Rubrica. XLIIII.

NEmo de Ciuitate Maceratæ ſeu habitator ſeruiens alicui cum certo ſalario poſſit grauari de obſequio & ſeruitio perſonali durante famulatu dummodo Regimini fidem legitimā fecerit de prædictis.

Quod Cauſa amiſſa Culpa Sindici emendetur per ipſum. Rubrica. XLV.

STatuimus ꝙ ſi aliqua cauſa Criminalis, uel Ciuilis in qua uerteretur intereſſe communis ſi negligentia ſindici fuerit ius communis læſum, ſiue in prima, ſiue in ſecūda inſtantiā adeoꝗ commune damnum ſubſtinuerit ipſe ſindicus omnia damna expenſas & intereſſe quæ dictū commune paſſus eſſet occaſione ſupra dicta reficere omnino Compellatur.

Quod vicini Teneantur Currere ad rumorem. Rubrica. XLVI.

SI in aliqua parte Ciuitatis uel eius diſtrictu fuerit ex ortus aliquis rumor, omnes homines de illa contrada & alii uenientes ſeu ſtantes, & qui ſunt ita prope ꝙ audire poterunt dictū rumorem Teneantur ſtatim accurrere, & capere malefactorem ſeu delinquentem ſi cognouerint delictum eſſe Tale quod capi mereatur Et captum poſtmodum præſentare Regimini dictæ Ciuitatis pœna decem librarum, & commune teneatur uenientes capientes & accurrentes in omni curia conſeruare in demnes etiam ſi captum renuentem & ſe capi non permictentem, percuſſerint cum ſanguine uel ſine, dummodo id non fecerint ex aliqua antiqua iniuria inter eos, quocunꝗ non obſtante.

Vt liceat

Vt liceat hoſpitatori & Cauponi detinere forenſem non ſoluentem quod bibit, uel comedit. Rubrica. XLVII.

SI aliquis forenſis reciperet aliquid commiſtibile uel potabile ab aliquo, hoſpitatore, Caupone, ſeu Tabernario Maceratæ ſeu alia perſona & ſoluere recuſaret & in Ciuitate Maceratæ moraretur ſit licitum dictis hoſpitatoribus, Cauponibus, ſeu Tabernariis uel alteri perſonæ ipſum perſonaliter detinere ſine metu alicuius pœnæ donec de his quæ dederit ei fuerit integre ſatisfactum.

De impedientibus ſtratas publicas. Rubrica. XLVIII.

QVilibet magiſter alicuius exercitii qui illud exerceret in ſtratis publicis communis Maceratæ Teneatur opus ſuum ſiue magiſterium, taliter præparare ut quilibet commode per ipſas uias ſeu ſtratas Tranſire ualeat pœna quatraginta ſolidorum exceptis edificantibus præſertim domos ad decus & ornamentum dictæ Ciuitatis. & etiam unicuiq; ſit licitum habere unum ſcannum ſiue banchum latũ uno lapide cum dimidio & Regimen Teneatur quolibet menſe inquirere prædicta.

De Ementibus uinum extra Ciuitatem cauſa reuendendi in Ciuitate Maceratæ. Rubrica. XLVIIII.

HOc noſtro decreto perpetuis Temporibus ualituro, decernimus quod nulla perſona ſiue forenſis ſit, ſiue Ciuis Maceratæ audeat emere. Vinum extra Ciuitatem Maceratæ cauſa reuendendi in ipſa Ciuitate uel eius Teritorio pœna decem librarum denariorum qualibet uice, quæ prohibitio intelligatur quolibet anno facta & duret a feſto omnium ſanctorum uſq; ad Calendas ſeptembris, Sed Tempore penuriæ, uinum emere liceat unicuiq; extra Ciuitatem & huc aſportare habita tamen prius licentia a Dominis Prioribus in ſcriptis & non aliter ſub dicta pœna.

Vt Nullus retineat, Pecudes, Capras, Porcos ſiue Alia animalia iuxta Eccleſias. Rubrica. L.

STatuimus & ordinamus q; nullus Ciuis ſeu forenſis audeat uel præſummat in Ciuitate Maceratæ ſeu eius diſtrictu retinere, pecudes, capras, porcos, & alia animalia ut ſupra prope Eccleſias ſolemnes ſitas in Ciuitate Maceratæ uel eius Territorio nec ſe illis appropinquare per longnitudinem ſeu menſuram quatuor cannarum, ne malus odor in dictis Eccleſiis reddatur ob reuerentiam omnipotentis Dei & Sanctorum atq; Sanctarum eius, & Cõtraueniens Tam Dominus dictorum animalium q̃ cuſtos ſoluere Teneantur pœnam centum ſolidorum, Et Prætor Teneatur in principio ſui offitii preconizari facere, ut moris eſt in locis conſuetis omnia prædicta, & ultra pœnam prædictam retinentes dicta animalia in locis prædictis omnino remouere teneantur, ¶ Et hoc locum ſibi uendicet in præteritis, præſentibus & futuris.

Vt debitor communis, ſi etiam eſt Creditor non exigat niſi ipſe prius ſoluat. Rubrica. LI.

SI qua perſona Cuiuſcunq; cõditionis & auctoritatis exiſtat quæ deberet recipere aliquid a commune Maceratæ qua uis de cauſa & occaſione, & illam retineret uel haberet aliquid de bonis communis prædicti, Mobilibus ſiue ſtabilibus uel qua uis de cauſa eſſet debitor dicti communis nullatenus ei tribuatur id quod recipere deberet niſi prius reſtituat cõmuni id quod Teneret uel ſoluat debitum eidem communi adeo q; hinc inde fiat iuridica Compenſatio.

Quod Porci non uadant per Ciuitatem ſed Teneantur in domo reclauſi. Rubrica. LII.

PRæſenti noſtro ſtatuto duximus ordinandum quod ad hoc ut porci quos ciues & habitatores dictæ Ciuitatis ad præſens retinent & in futurum retinebunt intra dictam ciuitatem damna nõ inferant tam in ſtratis publicis quam etiam in agniportibus, in domibus, hortis, & aliis locis alienis aliaq; grauamina & tædia inferant, quod quelibet perſona tam Ciuis dictæ ciuitatis quam habitatrix eiuſdem Cuiuſcunq; conditionis, & ſtatus exiſtat, quæ intra dictam Ciuitatem retinere uoluerit porcos unum uel plures in eorum domibus teneatur & debeat illos retinere cõtinuo reclauſos nec minime uagari permictat, per Ciuitatẽ ℭ Et officiales dictæ Ciuitatis diligentem ſuper hoc indagationẽ faciant, & pro quolibet porco inuento per dictam Ciuitatem contra formam præſentis legis cogatur Dominus ad ſoluendum ſolidos quatraginta uice qualibet, ⁊ Et inſuper ſi aliquis inuenerit illos ſibi dare damnũ liceat impune occidere Reſeruatis duobus porcis pro Rectore eccleſiæ Sancti Antonii de platea & Totidẽ pro Rectore eccleſiæ Sancti Antoni de mercato & non plures, dummodo quilibet illorum portent unam Campanellã & habeant auriculam inciſam ut moris eſt ut ab aliis recognoſcantur quibuſcũq; non obſtantibus.

De Penſionibus Domorum uegetum & aliarum ſupelectilium. Rubrica. LIII.

QVecunq; perſona conduxerit domum ab alia perſona Teneatur & debeat ſoluere mediẽtatem penſionis imprincipio Temporis & aliam medietatem in medio ipſi locatori & non ſoluens in Totum uel in partem infra dictos Terminos res exportatæ per eum in dicta domo & ibidem exiſtentes obligatæ intelligantur Domino Domus pro dicta penſione, nec aliquis poſſit dictas res extrahere de dicta domo donec Dominus non fuerit integre ſatisfactus. Pœna decẽ librarũ uice qualibet ℭ Et ſuper prædictis poſſit cognoſci ſummarie abſq; libello uel petitione ſollenitate, & iuris ordine pretermiſſis & idem dicimus de penſione uegeticulorum & aliarum ſuppelletitium uel maſſaritiarum.

De Vecturis Equorum. Rubrica. LIIII.

ORdinamus q; ſi aliquis conduxerit Equum cauſa equitandi pro intereſſe Tam publico q̃ priuato Dominus equi non poſſit petere niſi bonenenos octo pro mercede pro quolibet equo & qualibet die & recuſantes dare pro dicta mercede, Regimen. compellat ad dandum. & nihilominus incurrat pœnã uiginti ſolidorũ ℭ Et ſi dicti equi in tinere morirẽtur uel aliud periculum incurrerent adeo q; inutiles redderentur, ſiue deguaſtarentur equitãs Teneatur Domino equorum ſiue aliorum animalium reſtaurare damna quæ inde pati poſſet, ſi autem infirmaretur teneatur ei prouidere de medelis & aliis neceſſariis, ſi id culpa & defectu equitantis eueniſſet quo caſu ipſe omnia damna expenſas & intereſſe reſarcire omnino Teneatur Domino dictorum animaliũ, ℭ Addentes q; nullus officialis dictæ Ciuitatis poſſit cõſtrignere aliquem ad mutuandum ſibi aliquod animal cauſa mittendi ad aliquem locum pro ſua utilitate uel commodocũq;, pœna quinquaginta librarum deñ. ℭ Declarantes etiam q; dantes equos uel equas ad triturandum granum uel aliud genus ſegetum plus dicta mercede octo bolenenorum pro quolibet equo uel equa, & qualibet uice petere non poſſint ſub pœna uiginti ſolidorum pro quolibet ut ſupra.

De Pœna portantium Arma & non permittentium ſcrutari. Rubrica. LV.

STatuimus nulli perſonæ Tã de Ciuitate eiuſq; deſtrictu, q̃ etiã foreſi licere deferre arma offenſibilia cuiuſcũq; gñris & qualitatis ſint, & ſi aliqs tãte fuerit audaciæ q; deferre uoluerit ſi inuẽtus fuerit a curia ammittat arma predicta offenſibilia, & ſi de die ꝑ quolibet gñre armorũ offenſibiliũ ſoluat nomine pœne ſine remiſſiõe aliqua ſolidos cẽtũ, ſi uero de nocte ſolidos

ducentes, ¶ Pro armis autem defenſibilibus tantum tam die quam nocte nullam incurrat pœnam & armorum huiuſmodi amiſſionem, Et ea die qua inuenerit officialis teneatur arma predicta offenſibilia Camerario pro communi conſignare, ¶ Et etiam intelligantur arma inuenta, ſi aliquis ex famulis curiæ uiderit & retulerit cum iuramento uidiſſe illa a deferente proiecta fuiſſe, ꝑ Et Dominus Poteſtas debeat infra quindecim dies poſt introitum ſui officii denumptiare hoſpitatoribus dictæ Ciuitatis, & præcipere ut ad notitiam deducant foreuſibus hoſpitantibus in eorum hoſpitiis ne deferãt arma per dictam Ciuitatem quia alias in pœnã prædictam incurrent, ¶ Qui Dñs Poteſtas Teneatur & debeat facere rimari de die & de nocte pro dictis armis per ſuam familiam & ſuos officiales, & ſi aliqua perſona non permitteret ſe rimari puniatur per inde ac ſi inuentus eſſet portare Cultellum malitioſum & habeatur pro confeſſo & Credatur dicto officialis cum uno famulo medio iuramento & nulla defenſio admittatur pro illo qui nõ permiſſit ſe ſcrutari, ¶ Et intelligatur aliquẽ non permiſiſſe ſe rimari ſi illi officialis diceret uade plane uelſiſte, erige ſurſum uel alia ſimilia uerba & ille aufugeret & curiam non expectaret uel arma proiceret excipimus tamen a pœnis delationis armorum cuſtodes diurnos & nocturnos præfate ciuitatis ſiue per ſe ipſos ſiue per alios cuſtodiam faciant, ſtipẽdiarios cõmunis, ꝑ Nec non rectoris prouinciæ uel eius officiales & familiares, exceptis etiã illis qui eſſent in itinere eundi extra dictam. Ciuitatem uel redirent ab extra, bona fide & ſine fraude, Et exceptis illis qui publice ſine fraude in manu portarent ea, uel aliquod eorum ad actãdum uel uendendum, uel emiſſent aut recolligiſſent a fœnatoribus bona fide & ſine fraude quod relinquatur arbitrio Domini Poteſtatis habitis ueris & legitimis indiciis & ueri ſimilibus de prædictis, ¶ Excipimus etiam, fabros, lignarios, ferrarios, laniatores, ſiue bechariós, deferentes bona fide & ſine fraude inſtrumenta ad eorum. Exercitium pertinentia, liceat inſuper unicuiqȝ inuento ſe defendere deducendo exceptiones ſupra expreſſas, & alias ſimiles dummodo per indicia & uериſimiles præſumptiones & probationes doceat de innocentia ſua ad quæ probanda ſufficiat unus Teſtis de ueritate uel tres de fama dummodo iens & rediens cũ dictis armis per dictam Ciuitatem uel extra malitioſe per dictã Ciuitatẽ reſidentiã non fecerit.

De Pœna ludentium, & ludentes receptantium, & mutuantium ſcamna, & pecunias, & aſſiſtentium ad uidendum. Rubrica. LVIII.

STatuimus & ordinamus ꝙ nulla perſona in Ciuitate Maceratæ, uel eius diſtrictu poſſit, uel debeat ludere ad cartas, Taxillas, ſeu ad aliquẽ ludũ prohibitũ, ſi de die publice, ſoluat de facto ſine aliqua diminutione quinquaginta ſolidos pro quolibet, & uice qualibet, ſi uero de nocte, uel die occulte, ſoluat de facto centum ſolidos ſine diminutione, quam pœnam renuens ſoluere, quomodocunqȝ, & qualitercunqȝ pœna ſine remiſſione dupplicetur in quolibet dictorum caſuũ, ꝑ Et intelligãtur ludere occulte, qui in aliqua domo, reclauſtro, uel alio loco clauſo luderet clauſis hoſtiis, uel aliter in abſcondito permanerent, adeoꝙ publice uideri non poſſent, ¶ Et intelligantur ludere ad dictos ludos prohibitos oẽs illi, qui eſſent inuenti per officiales, ſeu aliquem ex famulis ipſorum officialium Domini Poteſtatis ſtare, uel ſedere in quo uis loco, & ibi habere, uel retinere pecunias, taxillos, uel cartas, ſeu quod taxillos, uel cartas, uel aliud ad prohibitum ludum idoneum, uel pecunias proiecerint, ſeu aliter occultare quæſiuerint, de quibus ſtetur relationi dictorum officialium, ſeu famulorum, uel alterius ipſorum delato eis iuramento, niſi legitime conſtaret, ex confeſſione duorum, uel plurium ludentium, uel per alios teſtes, & legitimas probationes, quod duo tantum ex dictis perſonis inuentis ludebãt, & alii nõ, quo caſu, ſolũ ludẽtes ſoluãt pœnas prædictas, ¶ Stãtes uero ad uidẽdũ puniãtur in. xx. ſolidis de facto, & uice qualibet, & ille, qui ſtaret ad faciendum cuſtodiã luſoribus prædictis, puniatur eadẽ pœna, qua puniũtur ipſi luſores, ꝛ Qui uero domũ dictis luſoribus accõmodauerit, ſeu ad ludendũ receptauerit incurrat pœnã .x. lib. ꝙ ſi cũ effectu infra quinqȝ

dies non ſoluerit a die factæ inuentionis pœna dupplicetur, ſiue domus ſit propria ipſius receptatoris, ſiue ab eo conducta, & intelligatur, & habeatur pro receptatore ludi, & luſorum, ſi nõ probauerit per legitimos teſtes, uel inſtrumenta, ſe prohibuiſſe luſoribus, quod non deberent ibi ludere, & illi in obedientes fuerint, ſi in continenti dictus Dominus, ſeu conductor domus non denunciauerit Prætori, & ſuæ curiæ, ¶ Et ſi aliquis mutuauerit pecuniã luſoribus prædictis nulla detur ei actio ad repetendum, & incurrat pœnam eandem, qua tenentur ipſi luſores ut ſupra, ¶ Et ſi quis effectualiter nõ mutuauerit, ſed promiſſerit ſoluere omne id quod ludens perderet, ſeu fide iuſſerit, uel pignus dederit, ſeu quouis alio modo ſe obligauerit præſenti lege declaramus promiſſionem, obligationem, fideiuſſionem, ſeu quouis alio titulo nuncupatã fore, & eſſe nullam, & inualidam, actionemq; ſibi minime dari decernimus, & tã ipſe mutuãs, pignus dans, & promictens quã ille, qui recipit, ac etiam Notarius, & teſtes de præmiſſis notitiã habentes eadem pœna, qua luſores, de nocte ludentes puniantur, & mutuantibus, & aliis ut ſupra ſit denegata audientia, tam in curia Ciuitatis, quã alibi, ¶ Et dicti recipientes mutuũ, nullatenus ad reſtitutionem teneantur, & ad probandum quod talis pecunia, uel res fuerint mutuatæ, uel commodatæ, ſeu pignoratæ, uel promiſſæ cauſa ludendi probetur per unum teſtem de ueritate, & tres de credulitate, uel quinq; de fama, conſiderata ſemper conditione perſonarum & conſideratis ſemper ueriſimilibus iudiciis contra illos, qui prædicta cõmiſſerunt. ¶ Declarantes quod unicuiq; liceat accuſare, & denunciare omnem, & quemlibet ex ſupradictis præſenti ſtatuto contra uenientibus, & unuſquiſq; poſſit eſſe legitimus accuſator in prædictis, & quolibet prædictorum, dummodo non ſit minor quatuor decim annis, & accuſatori huiuſmodi prædictos, uel ipſorum aliquem in prædictis, & prædictorum quolibet denuncianti credatur ad totam integram pœnam, & procedi poſſit, retento ipſius nomine ſecreto.

De pœna euntium poſt ſonum campanæ, . Rubrica. LVIIII.

NVllus audeat ire de nocte per Ciuitatem Maceratæ poſt tertium ſonum campanæ communis deſero, & ante ſonum campanæ communis, quæ pulſatur demane pœna .x. ſolidorũ pro quolibet, & qualibet uice, & inuentus poſſit detineri tota nocte arbitrio Domini Poteſtatis conſiderata conditione perſonæ, & eius qualitate, & ſi eſſet perſona in qua ueri ſimilitudo militaret quod uellet delictum committere diligẽter inquiratur, & remittatur arbitrio Poteſtatis, an ſit relaxãdus ſub fideiuſſione de ſe repreſentãdo ¶ Nolumus tamen huic ſtatuto eſſe ſubiectos euntes pro aliqua perſona infirma uidelicet pro Præſbytero, pro ſacramentis eccleſię, pro Notario ad conficiendum teſtamentum, pro Medico, Aromatario, medicinis, pro facto alicuius defunti, uel cum aliquo animali morboſo, uel pro Mareſchallo, aut pro aliqua Muliere, quæ eſſet propinqua partui, uel pro cuſtodia Ciuitatis, uel pro igne extinguendo, uel pro aliqua iuſta, & euidenti cauſa, quæ remaneat in arbitrio Prætoris, dummodo perſonæ prædictæ eant cum lumine, uel igne, ita quod manifeſte uideri, & ſentiri poſſint.

De cupedinariis, ſeu Tricchołis, uel Pizzicarolis, cauponibus, & hoſpitatoribus. Rubrica. LX.

NVlla perſona exercitium Aromatarii, Cupedinarii, ſeu pizzicaroli, cauponis, uel hoſpitis exercitium gerens, ſeu quo uis alio uocabulo nuncupata, qui rem emerit cauſa reuendendi poſſit publice, uel occulte aliquam rem uenalem, quæ a conterrigenis, ſeu forenſibus conducatur, exportetur, & deuehatur ad forũ Maceratæ, in foro uel alibi intus, & extra dictã Ciuitatem emere uſq; ad horã completorii, pœna .x. librarũ den. pro quolibet, & qualibet uice, quæ pœna dupplicetur contrauenientibus in die Mercurii, in quo qualibet ambomade fit mercatũ in foro publico, & tẽpore nundinarũ qua die, & tẽpore etiã ſub prætextu quod gratia ipſorũ tãtũ res uenales dictæ exportatæ fuerint, minime excuſentur, & unicuiq; liceat cõtrafacientẽ denunciare,

& accuſare,

& accuſare,& teneatur ſecretus & habeat etiam partem dictæ pœnæ, quæ ſine diminutione ſoluatur, ad quæ probanda ſufficiat Teſtis de ueritate, qua hora elapſa liceat eis emere, & Nihilominus teneantur reuendere per tres dies continuos eodem prætio, quo emerunt & eo die, quo emunt publicare in caṛtula, in qua ſunt expreſſæ res emptæ, & iuſtum pretium, quo emerunt affigenda angulo Palatii Domini Poteſtatis uerſus Plateam, quibus elapſis uendere poſſint prætio, quo eis uidebitur, & placebit ſub iam dicta pœna, ut ſupra applicãda, ℭ Et in eandem pœnam incidant ementes, & uendentes oua, & caſeum delatum in Plateã ut uulgo dicitur ad ingroſſo, & quilibet poſſit accuſſare ut ſupra, & habeat quartam partem pœnæ, niſi emens eſſet Ciuis, uel habitator, qui emeret pro uſu ſuo tantum, nõ autem cauſa reuendendi, & idem intelligatur exceptum pro hoſpitibus, reſpectu hoſpitandorũ tantũ, & pro illorum uſu.

Quod Nullus faciat ſe ſcribere in illa arte, de qua non eſt. Rubrica. LXI.

NVllus audeat, uel præſumat ſe ſcribi facere in illa arte de qua non eſt, pœna centum ſolidorum, excepto notario artis, qui intelligatur de illa arte, donec homines illius id patiuntur, & ſuo ſeruitio durante, & nullus debeat talem ſcriptum contra formam huius ſtatuti in eorum conſortium, ac aliam artem recipere, ſub dicta pœna.

De ſæpe, ſiue fracta pendente ſuper poſſeſſione ſui Conuicini. Rubrica. LXII.

SI ſæpes alicuius pendet ſuper poſſeſſione Conuicini ſui, ille cuius eſt ſepes teneatur eam incidere, ad requiſitionem illius, cuius eſt poſſeſſio infra tres dies, poſtq̃ ſibi denunciatum fuerit, & ſi non fecerit, Dominus poſſeſſionis impuné incidere ualeat. ℭ Idem dicimus de arboribus in fructiferis exiſtentibus in confinibus, q̃ ille cuius ſunt, teneatur penitus remundare requirente conuicino pœna .xx. ſolidorum, cuius medietas ſit communis, alia uero accuſatoris, ℭ Arbores uero fructiferæ quarũ rami alicuius ſuper poſſeſſionem reſident, ille poſſit accipere fructus ramorum pendentium impuné, dummodo non intret poſſeſſionem ſui cõuicini, nec aſcendat per pedem arboris, & ſi uoluerit ipſos ramos cedi, Dominus arboris eos incidat, & ſi non fecerit liceat illi incidere impuné, & id quod dictum eſt de Ramis, obſeruari uolumus de pedibus ipſarum arborum fructiferarum, & infructiferarũ, ℭ Et ſi ſæpes alicuius pendet ſuper aliquam uiam publicam, uel uicinalem, cuilibet licitum ſit eam incidere quantum manus extẽditur in altũ, nulla facta requiſitione, ℭ Et ſi ſæpes prunorum, uel aliorum arborum fructiferarum præſtaret impedimentum alicui conuicino, Dominus incidere & remundare teneatur, & non altius eleuare, niſi uſq; ad decem pedes. ℭ Declarantes quod licentia data incidendi ſæpem ſe extendentem ſuper uiam publicam, ſeu uícinalem non extendi ad pedes ipſarum arborum, ex quibus ſæpes cauſatur ſed tantummodo ad remouendum impedimentum, quod ex ramis fieret tranſeuntibus, ℭ Et Quicũq; tenet iuxta aliquã uiam uicinalem, uel Communis teneatur dictam ſæpem, ſeu arbores impediẽtes uiam, ita incidere, & cultas tenere, quod nullum faciant impedimentum euntibus per dictam uiam, pœna. xx. ſolidorum ultra præmiſſa.

De tenentibus iuxta carbonariam Communis & habentibus feneſtras in muris Carbonariæ. Rubrica. LXIII.

STatuimus quod omnes qui habent domos, hortos, aream, ſeu ſpacium iuxta Carbonariam communis non audeant, uel præſummant laborare, uel laborari facere prope mœnia carbonariæ ad pedem Sancti Pauli ad minus, & ſi quæ feneſtræ ſunt in dictis muris, ipſi

teneantur, & debeant eas claudere, ſeu claudi facere infra menſem a die intimationis, uel mãdati ſibi facti per Regimen. dictæ Ciuitatis, pœna decẽ librarũ de facto exigenda, ℂ Et ſi aliqua domus attinens prope dictum murum carbonariæ quomodocũq; deſtrueretur, Dominus uel poſſeſſor illius teneatur, & debeat reedificare, & reſarcire omnes feneſtras, & rutturas, quæ remanerent in dicto muro quacunq; de cauſa, ſub dicta pœna, & infra dictum terminum a die dirutionis dictæ domus.

Quod Nullus laboret iuxta terminos. Rubrica. LXIIII.

NVllus laboret iuxta terminos fixos inter conuicinos uno pede ad manus a longe undiq; circumq; dictum terminum itaq; termini ſemper ſtent in ſolida, & firma terra pœna xxv. ſolidorum.

Quod Tenentes a parte inferiori uiæ non laborent iuxta eam. Rubrica. LXV.

QVicunq; poſſidet a parte inferiori uiarum itaq; uia ſuperſit rei ſuæ, nullam habeat poteſtatem laborandi iuxta eam ſpatio unius pedis, pœna. xx. ſolidorum, & cuilibet liceat accuſare, & lucretur medietatem pœnæ, alia uero medietas ſit cõmunis. ℂ Nulluſq; fornicarius, ſiue forna ciarius, lapidumq; ac calcium conſtructor debeat quoquo pacto fodere, nec fodi facere iuxta ripam uiæ, uel ſtratæ Publicæ terram, per ſpatium mediæ cannæ, præſertim a pede Ripæ, uiæ, uel ſtratæ publicæ, adeoq; dirui non poſſit, & ſi corruerint, ſiue deguaſtatæ fuerint ſuis ſumptibus debeant in priſtinum ſtatum reducere infra unum menſem a die publicationis huius ſtatuti, uel mandati ſibi facti, pœna centum ſolidorum, & ille præſummatur id feciſſe qui tenet iuxta uiam exqua præſumptione poſſit condemnari in pœna prædicta.

De, foueis Communis conſeruandis illæſis, & lino non macerando in illis. Rubrica. LXVI.

ORdinamus q; foueæ Communis factæ ad defenſionem Ciuitatis Maceratæ manuteneantur, defendantur, & cuſtodiantur per commune, & ideo nulla perſona audeat aliquid in eis proicere, ne impleri poſſint, uel læſionem aliquam, ſeu danna inferre, nec fodere, & deguaſtare Ripas dictorum foueorum, ſub pœna centum ſolidorum de facto, & ſine diminutione exigenda, nec minus poſſit in eis immictere, uel immicti facere linum, uel canapam cauſa macerandi, & idem in aliquo pantano communis pœna quatraginta ſolidorum cuilibet contrafaciẽti, & uice qualibet, ℂ Et Notarius cuſtodiæ, uel extraordinariorum dicti Communis teneatur uinculo iuramenti, & ſub pœna centum ſolidorum de ſuo Salario bis menſe quolibet inueſtigare an dicti fouei, & eorum ripæ aliqua indigeant reparatione & in continenti reparari faciat. ℂ Declarantes tñ quod animalia omnia dictæ Ciuitatis, & eius diſtrictus tempore Belli poſſint ſtare intus Ciuitatem ubiq; in locis debitis, & congruis, & extra in circumſtantiis ipſius, & paſcere in Ripis Cõmunis ſine pœna, Capitulo aliquo incontrarium non obſtante.

Quod Nulli liceat ſiccare uallatum molendinorum Communis, nec aquam diminuere, nec trabes, & ligna pereum ducere, nec fiat ſedile. Rubrica. LXVII.

EXpedit noſtræ Reipublicæ, ut molendina conſeruentur illæſa. Ideo hac noſtra municipali lege in perpetuum ualitura ſancimus nemini licere ſiccare, uel ſiccari facere uallatum dictorum molendinorum, nec aquam diminuere, nec in eo facere ſedile cauſa piſcandi, nec trabes, uel alia ligna per dictum uallatum ducere, uel trahere, ſeu duci, & trahi facere, nec cum animalibus tranſire aliunde q̃ per pontem factum, ſeu faciendum, nec linum, uel canapam in eo macerare, uel macerari facere pœna. xxv. librarum denariorum cuilibet contrafacienti, & uice qualibet, de facto ſine diminutione exigẽda, & locum habeat in uallato ſupra turrim molendinorum

lendinorum communis uſq; ad cluſas dicti uallatti incluſiue,inchoando a turri prædicta, cuius pœnæ quarta pars ſit officialis exequentis, quarta accuſatoris ſi Extabit, reſiduum uero communis.

De pœna Auertentium aquam ab uno loco,& ad alium in flumine clentis, ſeu Potentiæ. Rubrica. LXVIII.

NEmo Cuius uis ſtatus,& conditionis exiſtat,ſiue Ciuis ſit,ſiue forenſis audeat,uel præſummat modo aliquo,quouis quæſito colore auertere aquas fluminum Clentis,ſeu Potentiæ a locis ſuis nec facere ut dicitur ſiccas,& remouere aquas a curſu ſolito & dirigere in alium locum ſine expræſſa licentia. M. D. Priorum pro tempore exiſtentium cauſa piſcandi,& Concilii Credentiæ pœna .x. librarum pro quolibet contrafaciente,& uice qualibet de facto exigenda, Et quilibet officialis poſſit procedere,& lucretur quartã partem pœnæ, & unicuiq; liceat accuſare,qui conſequi debeat aliam quartam partem,& teneatur ſecretus,& ſi forenſis poſſit a dictis officialibus capi,& carcerari,& cogi ad ſolutionem dictæ pœnæ,& ne de præmiſſis poſſit allegari ignorantia .M.D.Priores faciant præconizzari per loca publica dictæ Ciuitatis, & per literas notificent Terris conuicinis, ¶ Addẽtes q; nemo id agere poſſit, & ualeat in flumine Potentiæ a cluſa uallati,uſq; ad Pontem Vallati ſubtus turrim molendini ab una parte, & hoſpitium communis ab alia parte flumminis, ſub dictæ pœnæ duplicatione, & trium ictuum funis publice incutiendorum,pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet applicanda ut ſupra,de quibus pœnis ,delinquentes etiam per concilium credentiæ gratiati nõ poſſint.Non tamen includatur præſenti ſtatuto muniens ripam cauſa tuendi agros ſuos.

De conſeruatione putei Mercati.& aliorum Puteorum,& fontium communis. Rubrica. LXVIIII.

NVlla perſona Cuiuſcũq; gradus,& conditionis exiſtat audeat, uel præſumat facere, ſeu proicere aliquam turpitudinem in Puteo mercati,nec in eo aſcendere,nec ſuper eum ſe,ſe proſtrare ſiue cauſa dormiendi,ſiue ludendi, uel alia cauſa pœna uice qualibet .x. librarum denariorum de facto exigendorũ, In aliis uero Puteis,ſeu fontibus ſi aliquam turpitudinem fecerit .xl. ſolidorum,ſi uero aſcenderit pœnam .x. ſolidorum uice qualibet,& unicuiq; accuſare liceat contrafaciẽtẽ,& eius iuramẽto credatur. Volumus inſuper q; ponantur duo homines de contrata propinquiores dicto Puteo mercati ad denunciandum,& accuſandum contrafaciẽtes, Et ulterius unicuiq; liceat accuſare,& teneatur ſecretus,& credatur iuramento Accuſatoris,& Regimen teneatur anno quolibet facere dictum puteum mercati mundare,& purgare pœna .x. librarũ denariorum de ſuo ſalario. Et pariter nemo poſſit cõducere animalia ad bibendum ad dictum Puteum,tranſeundo cum illis ligna,cum quibus circundatus eſt dictus puteus,nec aquam,quæ potui animalium remanſit proicere in dictum puteum pœna. xl. ſolidorum pro quolibet,& qualibet uice,ſine diminutione applicãda ut ſupra ¶ Addentes q; in auriendo dictam aquam non impediatur primo loco ueniens ad auriendũ aquam, ab aliis poſtmodum uenientibus,eadem pœna,& modo,ſicut ſtatutum eſt in alio ſtatuto, circa fontem Agliani.

De iuribus Murorum,& Recinæ,& Pontis Potentiæ requirendis, & manutendis. Rubrica. LX.

HOc noſtro ſtatuto diſponimus q; Regimen Ciuitatis Maceratæ teneatur,& debeat diligẽter,& inuenire omnes terras,iura,& actiones ad muros,& Recinam, & pontem potentiæ quomodolibet pertinentia,& ſpectantia,& in primo menſe ſui Regiminis faciat in Concilio generali ponere,& eligere pro quolibet quarterio duos homines idoneos ad prædicta bona,&

iura requirenda, & reperienda, & eligatur unus homo qui habeat cuſtodire prędicto Communi, & nō poſſint uendi, nec quoquo modo alienari, niſi pro utilitate dicti Pontis. & facta inquiſitione, Regimen de prædictis cognoſcat ſine ſtrepitu, & figura Iudicii. ℭ Declarātes ꝙ ipſi cōmuni nulla temporis præſcriptio obſtet, & inuenta detineantur pro ipſo ponte, & ipſius utilitate, & Regimen prædictum infra primum menſem fieri faciat concilium generale, in quo eligantur quatuor probi uiri uidelicet unus pro quolibet quarterio, qui uadant ad deliberandum de dicto flumine Potentiæ a monocchia, uſq; ad caſtellare heredum Petri Ioannis & Antonii Nutii, quomodo, & qualiter debeant fieri foſſata, gabbiæ, & alia ingenia pro ipſo ponte, & ſecundum deliberationem ipſorum ita procedat, & fieri faciat quam citius poteſt, quæ ſint utilia Ponti, & Hominibus Maceratæ & Hæc omnia Regimen obſeruare teneatur uinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum denariorum retinendorum de ſuo ſalario, tempore ſui ſindicatus per Cammerarium communis, & idem dicimus de aliis rebus communis.

De extrahendis lapidibus, & aliis rebus ad muros, Recinæ. Rubrica. LXXI.

VNicuiq; liceat fodere ad muros, Recinæ in planitie Potentiæ cauſa inueniendi lapides, plumbum, ſtamnum, numiſmata, uel aliud quodcūq; ſpeciei, uel generis, dummodo non ſit terra ſeminata, grano, ordeo uel altero genere bladi, & ſi aliqua perſona impediuerit aliquē ne fodiat ſoluat bannum .xx. ſolidorum. ℭ Siquis autem foderit in terra bladata ſoluat dictū bannum & damnum emendet ſecundum prouidentiam Regiminis, quod Territorium, & ſpatium in quo fodere liceat Dicimus eſſe a Triuio Monocchiæ, uſq; ad plebem, ſiue eccleſiam ſancti eutitii, & uſq; ad riuum caulæ, & uſq; ad fontem Citernæ.

De Quartis, Butinellis, & Menſuris habendis per gabellariū gabellæ magnæ. Rub. LXXII.

ORdinamus ꝙ Regimen infra primum menſem ſui officii ordinet ꝙ Gabellarius gabellæ magnæ Communis plateæ expenſis dicti communis habere debeat unum quartū ligneū, & medium quartum, ferratos, iuſtos, & ad æquatos ad mēſuram ſolitam dicti communis, prout dicto Communi tradita fuere per Sabinenſem ſine aliqua fraude, uel macula, & unum cadū, ſiue barrile etiam ligneum cum circulis ferreis in utroq; capite, & ſit taliter ad æquatus ꝙ tantū ſit capax uiginti quatuor petictorū ad iuſtam menſuram communis prædicti, nec dictus Gabellarius alias menſuras, ꝙ̃ ut ſupra ordinatas retinere ualeat, & iurare teneatur menſurare in platea communis omne bladum, quod uenditur in dicta ciuitate, & ire, uel mittere aliquem cū illo, qui mēſurare uoluerit, & habeat raſoriam taglientem, uel quatram deligno, cum qua radat bladū, quod uenditur, ꝑ Itaq; nihil remaneat ſuper menſuram, ultra quam nihil dare teneatur uendens, nec accipi per ementem, pœna. xx. ſolidorum, dictæq; menſuræ ſint bullatæ ſigno cōmunis, ſine quo, pro iuſtis non habeantur, ℭ Et Quicunq; uendiderit, uel emerit bladū, linum, uel oleum in ciuitate Maceratæ teneatur ipſa menſurare cum dictis menſuris cōmunis, pœna quatraginta ſolidorū uice qualibet, ⁊ Fiat inſuper rubaſum cauſa pōderādi linū, ponderis .xx. librarum, & etiam poſſit uendi linum ad pondus quinq; librarum, ſi aliquis particulatim de lino emere uoluerit, & plus uel minus, & omnia prædicta fiant, & emantur expenſis communis, & omnes menſuræ & paſſus qui, & quæ erunt deinceps apud mercatores ſint adiuſtati, & adæquati, prout in alio ſtatuto continetur. Cum quibus, & non aliis menſuretur pannus, qui uenditur, ſub pœna in ſupra dicto ſtatuto contenta, de Pœna retinentium.

De Pedagio exigendo a Tranſeuntibus per ciuitatem ſeu Territorium Maceratæ de animalibus, ſeu aliis rebus Quibuſcunq;. Rubrica. LXXIII.

PEdagium, ſeu gabellam nullus exigere poſſit a deferētibus caſeum, oua, carnes, ligna, Pullos, agnos, hedos, carbones, & calcem ad hanc noſtram Ciuitatē, nec minus exigatur ultra,

& preter

& præter formam, ac locum publicanis conſignatum, & modum hactenus conſuetum, pœna y. librarum uice qualibet, & in reſtitutione quantitatis, uel rei acceptæ, & Pedagium prædictũ exigatur modo, & forma infraſcriptis uidelicet. ❡ Si quis tranſierit per territorium Maceratæ extra primam ſenatam teneatur ſoluere publicano, qui emerit a communitate exactionem dicti Pedagi a tranſeuntibus per territorium. ❡ Si uero in primam ſenatam exactio competat publicano, ſeu gabellario ementi gabellam magnam plateæ. Quæ primæ ſenatæ intelligantur uidelicet inſtrata extra portam ſancti ſaluatoris a uia, qua itur ad poſſeſſionem colæ Bartholomei extraportam mercati ab eccleſia ſanctæ luciæ incluſiue extra portam caſtellarii a uia, qua itur ad fontem cappelli extra portam Sanctæ Mariæ Magdalenæ a uia, qua itur ad puteum præfatæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

De uenditionibus Gabellæ Magnæ, & aliorum ꝓuentuũ, & bonorũ cõis. Rub. LXXIIII.

HAc inuiolabili lege Sancimus ꝙ omnes, & ſinguli prouentus cõmunis & reditus aliorũ bonorũ mobiliũ, & ſtabiliũ non poſſint aliquo pacto uendi, tradi & locari, niſi in publico, & generali cõcilio præcedentibus bandimentis, cum ſubhaſtationibus, & incantis more ſolito, & plus offerenti detur, & aliter facta uenditio, traditio, ſiue promiſſio, uel locatio nõ ualeat, & ſit nulla ipſo iure, & Priores, ſeu alii, qui contraria audebunt, pœnam xxv. librarum de facto exigendarum incurrant, & Regimen ad præmiſſorum obſeruantiam teneatur uinculo iuramenti, & pœna prædicta. ❡ Addentes ꝙ uenditio dictorum prouentuum, ſeu locatio annuatim fieri debeat, nec poſſit fieri niſi pro uno anno tantum ſub dicta pœna. ❡ Exceptis uenditionibus Gabellæ ſecis, & cinciorum prouentus hoſpitii, & pedagii Potentiæ cum ſuis annexis, & coctimorum caſalis, & lornani, ac locatione poſtribuli, quæ tamen fieri poſſint more hactenus conſueto, Quibuſcunq; nõ obſtantibus. ℣ Et quia publice intereſt ut publica priuatæ utilitati præferatur præſenti ſtatuto addimus ꝙ quicunq; tam proſe, quam pro alio, & tam ad ſui, ꝙ alienam utilitatem auſus fuerit impedire quomodolibet etiam quouis quæſito colore tam terrigenas, ꝙ forenſes offerentes, & offerre uolentes dictis prouentibus, aut mediantibus praticis faciendis cum beniuolis, amicis, affinibus, ac conſanguineis conſiliariis aliquam operam ad locutiones, & praticas quomodolibet facere ad effectum ut deperdantur utiliores partite, & oblationes factæ, uel faciendæ ut minori præcii quantitate quibus ipſi fauent, & fauere intendunt remaneant dicti prouentus, ac ut ſuper illorũ tantum oblationibus fiant palluptationes, aliaq; his ſimilia impedimenta, & damna facere, & inferre, pœna centum librarũ ipſo facto & uice qualibet puniatur pro medietate Cameræ communis & pro alia medietate accuſatori applicanda, qui accuſator teneatur ſecretus, & ipſi medio iuramento cum uno teſte fide digno plena adhibeatur fides. ℣ Et ad prædicta inquirenda ꝓcedi poſſit per inquiſitionem, & ex officio, ac aliis legitimis modis, de qua pœna nulla poſſit fieri gratia cõtra uentori, etiã per Cõciliũ credentiæ.

De Piſcatoribus. Rubrica LXXV.

ORdinamus ꝙ omnes Piſcatores teneantur, & debeant deferre in ciuitatem Maceratæ omnes piſces, quos ceperint, & uendere uoluerint, & illos uendere in Platea ad eorum libitũ, & pondus, uel alio modo, & non poſſint extrahere de dicta Ciuitate pœna quatraginta ſolidorum uice qualibet de facto exigenda ab emente & uendente, & hoc intelligatur de piſcibus fluminum, & idem dicimus in alia perſona uolente uendere dictos piſces in dicta Ciuitate, & nullus Ciuis, uel habitator dictæ Ciuitatis poſſit, uel debeat emere piſces recentes ab aliqua perſona cauſa reuendẽdi minutatim ſub iam dicta pœna, & quilibet poſſit eos accuſare, & teneatur ſecretus, & credatur ei medio iuramento, dummodo illos non decoquerent, & decoctos uendere uellent, & ſi alquis deferet aliunde extra territorium in dicta Ciuitate piſces, illos uendere teneatur iuxta ordinem ſibi dandum a Magnificis Dominis Prioribus, ſeu Ciuibus ab illis ordinandis. ❡ Excipimus tamen, ꝙ tempore diuitiarum dictorum piſcium poſſint deuehentes

exportare alio ad uendendum impune, & Regimen teneatur in prædictis inquirere, & delinquentes punire pœnis prædictis, ſub pœna .x. librarum de ſuo ſalario ſoluendarum. ❡ Qua eadem pœna puniantur dictorum piſcium uenditores non recognoſcentes de certa piſſium quantitate Magnificos Dominos Priores pro tempore ex antiqua conſuetudine, antequam uendatur gratis danda.

Quod Moduli lapidum, planellarum, & copporum ſint æquales. Rubrica. LXXVI.

STatuimus ꝙ moduli laterum planellarum, & copporum ſint altitudine, longitudine, & latitudine ſicut Moduli exiſtentes in armamentario Communis, quos modulos fornacciarii bullatos, & ferratos, & bullatos publica bulla cõmunis habere, & detinere teneantur. ❡ Et Siquis huic legi contra dicere audebit pœnam .x. librarum pro quolibet, & qualibet uice incurrat & Domini Priores pro tempore præmiſſa diligenter inquiri obligati ſint, facere ſub iam dicta pœna, & in eamdem pœnam incurrant ſi fideliter non de coſſerint, aut minuſq̃ debent dictas planellas lateres, & cuppos latitudine, longitudine, & altitudine diminutos, ac non bene impletas materie formas prædictas fecerint ſicut malitioſe, in multis compertum eſt.

De operatiis conductis ad laborandum. Rubrica. LXXVII.

DEcernimus operarios teneri, & obligatos eſſe ante ſonũ campanæ paruæ Communis pulſandæ ſingulatim arbitrio Magnificorum Dominorum Priorum pro tempore exiſtentium eſſe concordes de prætio, & ire ad opus exercendum quo conducti fuerint, & ſi poſt dictam campanæ pulſationem amplius moram traxerint in platea, incurrant pœnam quinq; ſolidorum pro quolibet, & uice qualibet.

De Frangentibus linum ante fœſtum Sanctæ Mariæ Auguſti. Rubrica. LXXVIII.

NVlla perſona audeat, uel præſummat frangere linum ante fœſtum ſanctæ Mariæ Auguſti intus Ciuitatem pœna .xx. ſolidorum, elapſo uero dicto tempore unicuiq; liceat frangere dummodo ante domum ſuam propriam, uel conductam, extra uero portas dictæ Ciuitatis omni tempore frangere quiliber poſſit.

Quod omnes Notarii protocolla facere teneantur. Rubrica. LXXVIIII.

HAc noſtra inuiolabili ſanctione diſponimus quemlibet Notarium, ſiue Terrigenam, ſiue forenſem teneri, & obligatum eſſe conficere protocolla, & in eis fideliter deſcribere omnes contractus, Rogitus, & Inſtrumenta, de quibus rogatus erit de quibuſcunq; actibus inter uiuos, ſiue ultimarum uoluntatum uidelicet uenditionum, dotium, tranſactionum, donationũ quietationum, Mandatorũ locationum pignorum, & aliorũ quocunq; nomine nuncupentur. ❡ Et pariter teſtamentorum, & aliarũ ultimarũ uoluntatum. Et præſertim ſi ſumma excederet. x. libras deñ, & pro eorum competenti mercede ab utraq; parte ſolidos duos recipiant, & plus ſecundum ſcripturæ prolixitatem, ꝑ Et ſi non annotauerint in dicto protocollo malitioſe, pœnam incurrant quinquaginta librarum deñ, pro quolibet contractu, & qualibet uice, ad quam non teneatur ipſe Notarius ſi tempore confecti inſtrumenti petierit mercedem, & contrahentes dare renuerint, ꝑ Et quotieſcunq; aliquis ex cõtrahentibus uoluerit inſtrumentum in publicam, & autenthicam formam, obligatus ſit eidem Notario rogato cartam exhibere, & ille recepta cõpetenti mercede, in publicam formam redigere, & reſtituere teneatur infra decem dies, a die ſibi datæ cartæ, pœna centum ſolidorum, & ſi pars non reccolligerit eandem pœnam incurrat.

De fodientibus

De fodientibus in Ripis,& prope ripas & foueos Communis. Rubrica. LXXX.

NVllus audeat,uel præſummat fodere,uel fodi facere in Ripis,etiã foueorũ communis in tus,& extra ciuitatem,niſi in fundo proprio,ita tamen quod Ripæ nullatenus tangantur,nec lædantur,& contra faciens ſoluat bannum quinque ſolidorum uice qualibet, & unicuique liceat eos denunciare,& eius denunciæ credatur medio iuramento.

Quod vnicuique liceat conducere aquam ſine impedimento ſui conuicini. Rub. LXXXI.

QVilibet Ciuis,uel habitator Ciuitatis noſtræ ſine impedimento ſui conuicini poſſit deriuare aquam de domo ſua,ita tamen quod non impediat domũ,uel Plateã alicuius ſui cõuicini,nec illi aliquã leſionẽ faciat,& qui cõtra fecerit ſoluat bannũ quatraginta ſolidorũ, ¶ Et Nihilominus ad obſeruationẽ præmiſſorũ teneatur,& ſi uicinus dãnum aliquod ſubſtinuerit, in domo,uel platea ob caſurã Aquę,uel curſum,teneatur in duplũ emẽdare ſaluo iure cuiuſque.

Quod Nullus ad culturam recipiat terras forẽſium,uel exulũ,ſiue Banditorũ. Rub. LXXXII.

STatuto præſenti decernimus nulli habitatori Ciuitatis Maceratæ,ſeu eius territorii licere cultiuare poſſeſſiones forenſium,non ſoluentium datiuas communi Maceratæ, uel banditorũ dicti communis,ſiue titulo locationis,ſiue emptionis fructuum,ſiue acceptionis pignorum, ſeu occaſionis alicuius fictæ cauſæ,etiam ſub prætexto diurnarũ operarum,pro certa mercede præſtandarum,pœna quinquaginta librarum denariorum ſine expræſſa uoluntate,& licentia Dominorum Priorum pro tempore exiſtentium,& Vnicuique liceat delinquentes accuſare, & credatur eius iuramento,& teneatur ſecretus dummodo conſtet de cultura prædicta,& ſi inuenti fuerint laboraſſe pœna prædicta puniantur.

De differentiis terminandis inter conductorem,& locatorem. Rubrica. LXXXIII.

ORta differentia inter locatorem,& conductorem,ſeu Colonum de mala cultura,Poteſtas ſeu alii officiales noſtri communis poſſint,& debeant omnes cauſas,& queſtiones decidere,& fine debito terminare ſine libelli oblatione,ſtrepitu,& figura iudicii,¶ Et Regimen cõpellat locatorem,& colonum ad aligendum duos bonos,& idoneos uiros de contrata, poſſeſſio ubi ſita eſt,ubi uertitur queſtio uidelicet unum pro qualibet parte.Qui electi nulli ex partibus attinere debeant,& teneantur ire ad locum differentiæ,& illa uiſa debeant referre Rectori ſi occaſione malæ Culturæ locator damnum paſſus fuerit,& quantum,& ſecundum eorum extimationem,in continenti colonus locatori condemnetur,etiã quod fuerit ommiſſus omnis iuris ordo, & ſolennitas, ¶ Et ſi dictus colonus nõ ſoluerit dictam cõdemnationẽ,prout ſibi indictũ fuit, Regimen teneatur uinculo iuramenti ipſum condemnare Cõmuni in centũ ſolidis,& tantũdẽ parti,¶ Et Nihilominus teneatur obſeruare quod ei iniunctum fuerit per Rectorẽ, & ſatiſfacere de eo,quod ut ſupra fuerit exiſtimatum.¶ Addẽtes quod nulli colono,ſeu laboratori liceat extrahere,uel extrahi facere aliquod genus Bladi de poſſeſſione cõducta,ſine licẽtia Domini poſſeſſionis,pœna.x. librarum de facto ſoluendarũ pro quolibet cõtrafaciente,& uice qualibet ſine diminutione,aliquo ſtatuto incontrarium diſponente non obſtante.

Quod Famuli,& alii ſeruiẽtes non habeãt Poteſtatẽ,& capitaneũ.Rub. LXXXIIII.

DIcimus,& ordinamus,quod famuli,ſeu famulæ,uel quomodolibet alii ſeruiẽtes,mares, & fœminæ non habeat inter ipſos Poteſtatem,uel Capitaneum,uel aliquẽ aliũ maiorẽ,uel præheminentiam exercentem, ¶ Et ſi Aliquis tantæ fuerit audaciæ,quod aliis præeſſe uoluerit,ſeu eligi,ſe fecerit in Poteſtatem,ſeu capitaneum incurrat pœnã.x.librarũ deñ. & quilibet ex ſeruientibus pœnã uiginti ſolidorũ pro quolibet,& qualibet uice incurrat,& ſi nõ eſſet ſoluendo fuſtigetur per dictam Ciuitatem excepta feſtiuitate ſancti iuliani in qua liceat cauſa honorandi dictam feſtiuitatem prædicta facere,& non ultra,nec aliter,uel alio modo.

De non impediendo primum uenientem pro auriēda aqua a fonte Agliani. Rub. LXXXV.

AD euitandum Rixas,& rumores,qui quotidie oriri poſſunt ad fontem Aglianum,hoc ſtatuto diſponimus ꝙ nullus audeat,uel præſummat primo uenientem ad auriendam aquam ad dictum fontem quoquo modo impedire,neq; aquam eidem deturpare,ſed teneatur expectare,donec ſibi contigerit,& qui contrafecerit incidat in pœnam quinq; ſolidorum uice qualibet & credatur iuramento accuſatoris,uel accuſatricis cum uno teſte,& Regimen teneatur hoc ſtatutum obſeruari facere,pœna centum ſolidorum de ſuo ſalario.

De Talleola,uel laqueis non ponendis nec ſuarcum in poſſeſſione alicuius,& pœna capientium columbos de columbaria alterius,& tendentium Retia. Rub. LXXXVI.

NEmo poſſit,uel debeat proicere,uel ponere aliquem laqueum ſuper poſſeſſione alterius,aut talleolam facere nec foueam malitioſam,ſeu occultam ſine uoluntate poſſidētis,nec minus facere ſuarcum cauſa capiendi aues ſine licētia Domini,uel poſſeſſoris pœna quatraginta ſolidorum pro quolibet,& qualibet uice,& perdat laqueum,ſeu talleolam, quæ reperiretur, & Accuſator teneatur ſecretus,& habeat medietatem pœnæ prædictæ. ℂ Liceat tamen cum Ragnis Vnicuiq; aucupari ſine pœna, nec minus aliquis cuiuſcunq; gradus, ordinis, & conditionis exiſtat audeat, uel præſummat, cum retiis laqueis, ſeu quocunq; alio genere aucupii, etiam cum baliſtis cuiuſcunq; generis, & ſcoppiectis capere,uel capi facere columbos, ſeu pippiones de columbariis,nec ſtantibus in uiis tendere modo aliquo in territorio Maceratæ retia,& laqueos pœna.xxv librarum deñ. pro quolibet,& uice qualibet,& quarta pars detur officiali exequenti,alia accuſatori,cui dabitur plena fides,& tenebitur ſecretus. ℂ Reſiduũ uero Communi applicetur, & damnum in duplum emendare teneatur, & ſtetur iuramento damnum paſſi de,& ſuper eſtimatione damni prædicti.

De non colligendo ſpicas in aliena poſſeſſione. Rubrica. LXXXVII.

AD publicam utilitatem colonorum,ſeu laborantium poſſeſſiones, nulla perſona audeat tempore,quo ſecantur frumenta ingredi poſſeſſionem alterius, nec ibidem ſtare recolligendo ſpicas,donec frumentum,ſiue bladum fuerit cohadunatum,& compoſitũ,& non debeat appropinquari ad metam dicti bladi cohadunati contra uolũtatem Domini,uel Coloni, Et qui cõtrafecerit ſoluat bannum.xx.ſolidoꝝ uice qualibet,& quilibet poſſit dictam perſonã contrafacientem accuſare,& habeat medietatem dictæ pœnæ,& credatur eius iuramento cum uno Teſte.

De colonis uinearum Rubrica. LXXXVIII.

STatuimus ꝙ quiunq; conduxerit uineam,ſeu uineas ab aliqua perſona in diſtrictu Ciuitatis Maceratæ cauſa illas colendi teneatur,& debeat,bene,& diligenter colere,uidelicet per totum menſem Martii teneantur eam,uel eas potare,uel potari facere pœna quatraginta ſolidorum pro quolibet modiolo uineæ nõ potatæ. ℂ Et nihilominus potare,uel potari facere teneatur infra octo dies poſt terminum ſupradictũ ſub dicta pœna,ꝑ Debeant inſuper dictam uineã, ſeu uineas fodere,ſeu uangare per totum menſem Aprilis & ligonizzare per totum menſem Iunii ad minus,& figere palos,ſeu cannas per totũ menſem Maii prædicta pœna.ꝑ Et nihilominus perdat operas quas fecerit in uinea,ſeu uineis prædictis & locator ſemper habeat in quolibet caſuum prædictorũ medietatem dictarũ pœnarũ,ꝑ Etſi uoluerit uineã, ſeu uineas locatas colonis prædictis auferre,& ipſos ab eo expellere ualeat quacunq; conuentione non obſtante.

De ſcalis cum piris reponendis. Rubrica. LXXXVIIII.

AD tollendam materiã delinquendi ordinamus ꝙ quælibet perſona de dicta Ciuitate Maceratæ,uel in ea habitans teneatur,& debeat ſcalas cum piris tenere intus domum, alta

tamen

tamen ad minus ſemptem pedibus, itaq; nemo ipſas accipere poſſit. & contrafaciens ſoluat uice qualibet pœnam decem ſolidorum.

De facientibus foueum in pede limitis. Rubrica. LXXXX.

VNicuiq; liceat facere foueum in pede limitis, qui ſit ſubtus terram ſpatio unuis pedis, ad pedem cannæ, & taliter q; limes non diruat, & Dominus limitis non patiatur damnum, & qui contrafecerit ſoluat bannum decem ſolidorum, & damnum emendet patienti, & orta quæſtione de aliquo foueo facto, uel quod fieri aliquis uellet Regimen teneatur uinculo iuramenti ponere duos homines legales non attinentes alicui partium, de Quarterio, uel de contrata, ubi eſſet orta controuerſia ad petitionem conquerentis, qui homines iurent coram Regimine uidere foueum, & locum, & corrigere, atq; decidere, pro ut eis uidebitur, & ille cuius eſt foueus iuxta modum, & formam Concilii declarati per dictos homines ut ſupra electos obſeruare teneatur infra tertiam diem a die factæ declarationis. ¶ Et qui contra fecerit ſoluat bannum quatraginta ſolidorum, Cuius banni medietas ſit Communis, & alia damnum paſſi, per hoc tamen non intendatur receſſum ab alio ſtatuto ſubtitulo q; nullus laboret iuxta terminos, ita q; ſi foueum, uel aliquid aliud facere, uel fieri facere in pede limitis alicuius uellet, & intenderet præfatum ſtatutum ſit ſemper ſaluum, & illæſum.

De Aquis pluuialibus conducendis. Rubrica. LXXXXI.

NE pluuiales aquæ alicui damnum inferant, uias, uel edificia Ciuitatis diruant per conciliũ generale deputantur, & eligantur duo boni, & ſufficientes homines per quarterium, qui iurent in manibus dominorum Priorum bene, diligenter & legaliter facere, & exercere eorum offitium & habeant authoritatem, poteſtatem, & arbitriũ ordinandi, dirigendi, & conducendi dictas aquas pluuiales quocunq;, & undecunq; eis, uel maiori eorum parti uidebitur, & placebit, pro utilitate, & commodo mercati, uiarum, & perſonarum dictæ Ciuitatis, hoc tamen addito q; ſemper habeant concilium, & deliberationem cum Dominis Prioribus qui pro tẽpore erunt, & illud, quod per eos, uel maiorem partem ipſorum factum, geſtum, & ordinatum fuerit, ualeat, & teneat, ac ſi factum eſſet per Concilium generale.

De condemnationibus exigendis. Rubrica. LXXXXII.

HAc municipali noſtra lege ſancimus q; Poteſtas, eiuſq; officiales teneantur præciſe, & uinculo iuramenti omnes condemnationes factas per Rectorem præteritum, quæ appellatione ſuſpenſæ non forent infra unum menſem a principio ſui Regiminis exigere, & exigi facere cum diligentia, & quæ per appellationem ſuſpenſæ eſſent proſequi, & tueri cum omni diligentia ſtudeant, & in quantũ poſſunt ut fine debito terminentur. ¶ Et ſi qua perſona fuerit cõdemnata, & condemnationem ſoluere non potuerit uel noluerit ſit perpetuo bandita de Ciuitate, eiuſq; territorio, donec dictam condemnationem non ſoluerit, & ſindicus Communis ad cauſas nequeat dilationem alicui appellanti dare ſua authoritate, & ſi dederit incurrat pœnam quatraginta ſolidorum. ¶ Et ſi qua maleficia tempore dicti Rectoris præteriti inuenerit pendẽtia, & indeciſa, teneatur ſine dilatione terminare, & pœnas inferre delinquentibus communi debitas ſecũdum tenorem præſentium ſtatutorum. ¶ Et ſi Poteſtas, uel ſui officiales fuerint negligẽtes, de ipſorũ ſalario ſoluant quinquaginta libras den̄, & præſens ſtatutũ obſeruetur inuiolabiliter, & abſolutio intotũ, uel in partẽ, nõ poſſit in aliquo Concilio uel parlamẽto alicui cõcedi.

De Bannimentis, quæ fieri debent a Præconibus. Rubrica. Lxxxxiii.

STatuimus q; præcones huius nr̄æ Ciuitatis teneantur ad mãdata Dñrũ Poteſtatis, & priorũ ac aliorũ officialiũ dicti cõmunis præconizzare omnia, & ſingula eis imponenda, & ſingulis

diebus iuridicis unus eorum de mane hora iuris aſſiſtere debeat ad banchum iuris, & teneantur ſemper ire cum tubis ante præfatos Dominos Poteſtatem, & Priores cum uadunt ad eccleſiam, uel ad alia loca, pœna eis imponenda per præfatos Dominos Priores, uel alicuius eorum, ut uidebitur, & placebit retinenda de eorum ſalario, & Communi applicanda.

Quod liceat in tempore pluuiæ confugere in domũ, ſeu cappanã alienã, uel aliũ locũ alienũ. Rubrica. LXXXXIIII.

ORdinamus unicuiq; perſonæ licere in tempore a pluuia & tempeſtate præuento confugere in domũ, cappannã, arborẽ ſeu aliũ locũ alienũ habilẽ ad euitandũ aquam, & ibidem etiam conducere equum, uel aliud animal ſuum, dum tamen nulli det damnum, ſub pœna in ſtatutis contenta ſi cui damnum dediſſet, de quo damno ſtetur arbitrio Dominorum Priorum, & officialis damnorum datorum, qui iudicare habeant, de prædictis, uel aliquo prædictorum & ſi ſupra dicta perſona iuerit in dictam poſſeſſionem, domum, ſeu Capannam alienam, dummodo talis confugiens non fregerit clauſuram hoſtii domus, ſeu capannæ.

De alienantibus bona omnia. Rubrica. LXXXXV.

HAc noſtra municipali lege perpetuo ualitura ſancimus ꝙ nullus Ciuis, incola, ſeu habitator Ciuitatis Maceratæ, uel eius territorii, & habitator hoc caſu intelligatur etiam qui uti Colonus per decemnium moram traxerit interritorio qui bona aliqua ſtabilia haberet, ſeu poſſideret in Ciuitate, ſeu territorio omnia alienare ualeat, Ita, & taliter ꝙ ad ſuum libitum habitationem dereliquere poſſit huius Ciuitatis, & Territorii pœna quinquaginta librarum denariorum de facto in continenti ſecuta alienatione exigenda. ☞ Nec pœnam prædictam euitare queat, ſub prætextu ꝙ de pretio uoluerit reemere, aut in inſtrumentis reemere promiſſit, & emptor ad ſolutionem dictæ pœnæ de prætio ſtatim compelli per Prætorem poſſit, etiam ꝙ dies ſolutionis non ueniſſent, & nõ dicatur in eum rei emptæ tranſlatum Dominium ſtatim res illa intelligatur fiſco Communis, incorporata donec pœnam prædictam ſoluerit. ☞ Declarantes tamen ad quantitatem prædictam teneri ubi res uendita eſſet ad minus ualoris ducentarum librarum, ab infra pro rata pœnam incurrat. ☞ Et ſi uenditor ratione cuius uis priuilegii iuriſdictionis noſtræ prætenderet ſe non ſubiacere, tunc emptor omnino pœnam prædictam incurrat. ☞ Volumus etiã forenſem pœnitus qui aliquid poſſideret in hac ciuitate, ſeu territorio & illa alienaret ad pœnam prædictã teneri. ☞ Excipimus tamen cauſam dotis, & extremæ neceſſitatis, Quibus caſibus obtenta licentia a concilio credentiæ ad obuiandũ fraudibus liceat impune uendere, ſi uero ad alienationem deuentum licentia non petita, ſeu nõ obtenta fuerit mediam pœnam ſoluere compellatur, & Priores pro tempore, ac ſindicus communis diligentiſſime præmiſſa inquirat, & ſi negligens fuerit, quilibet eorum eadem pœna teneatur, de eorum ſalariis retinenda, & ſimiliter Prætor ſi ad requiſitionem Dominorum Priorum, ſeu ſindici ſoluere emptorem non compulerit quæ pœna integra communi applicetur. ☞ Addentes ꝙ nulla perſona forenſis, ſiue eius uxor, etiam ꝙ ſit oriunda ex hac ciuitate, cui deueniret aliqua hereditas ex teſtamento, ſiue ab inteſtato non poſſit, nec ualeat quo uis quæſito colore bona dictæ hereditatis quomodocunq; obuentæ alienare, & pretium extra ciuitatẽ exportare nõ ſoluta prius cum effectu tertia parte pretii prædicti in manibus Cammerarii Communis, alias emptor cogi debeat ad ſolutionẽ dictæ tertiæ partis prætii prædicti in manibus dicti cammerarii per officiales dictæ ciuitatis, & prodicta quantitate non poſſit amplius moleſtari ab ipſo uenditore ſed liberatus intelligatur ipſo iure ab omni obligatione nõ obſtante aliqua conuentione etiã iurata inter eos ita ꝙ nullatenus fraudulenta, & per dolum, & fraudem facta communi præiudicet & in euentũ ꝙ dictus emptor pretiũ totum uenditori ſoluiſſet ſibi auferatur dicta tertia pars bonorum, & cõmuni applicetur declarãtes nunꝙ ꝑ illa tertia parte fuiſſe trãſlatum Dominiũ in

ipſum

ipſum emptorem uirtute cuius uis conuentionis, ſeu traditionis ueræ, ſeu fictæ ſecundum uirtu te præſentis legis dicto communi reſeruatum, & incontinenti facta alienatione tranſlatum in fiſcum noſtri communis, in eaq; alienationem, traditionem, & omnia alia fuiſſe, & eſſe nulla, inualida, nulliuſq; roboris, & ualoris ipſo iure decernentes quibuſcunq; in contrarium non ob ſtantibus. ¶ Addentes quod illi, qui ſunt oriundi de locis, in quibus ciues Maceratenſes ſuccedere uti foreſes prohibentur uigore ſuorum ſtatutorum non poſſint ipſi de dictis locis ſuccedere ho minibus, & perſonis noſtræ Ciuitatis, & in ea habitantibus, & in ipſorum bonis, & hereditati bus, ut æqualitas ſeruetur, & hoc locum ſibi uendicet in præteritis, præſentibus, & futuris.

De non immittendo ignem de menſibus Iulii, & Auguſti. Rubrica. LXXXXVI.

NVlla perſona ſiue ſit Ciuis Maceratenſis, ſiue habitator, ſiue forenſis poſſit modo aliquo tam in poſſeſſionibus ſuis propriis, quam in conductis, & quas ipſi colunt, ſeu famuli Ciuium & habitatorum dictæ Ciuitatis poſſint immittere ignem in dictis poſſeſſionibus ſitis in territo rio Maceratæ, niſi prius præſtita idonea cautione de emendando damnum, quod fieri contige rit ex dicto igne immiſſo pœna .xxv. librarum denariorum ſine remiſſione ultra condignam refectionem extimationis faciendæ de damnis illatis exigenda a prætore qui pro tempore fue rit qui teneatur ex ſuo officio ſeu ad petitionem cuiuſcunq; contradictos deliquentes inquirere, & repertos culpabiles punire pœna prædicta retinenda de ſuo ſalario ſi negligens in exigenda fuerit de qua pœna Prætor ipſe quartam partē cōſequi debeat. Quibuſcunq; nō obſtantibus.

De locis prohibitis Mulieribus tripudiare, & ire pro aqua. Rubrica. LXXXXVII.

VT honeſtas, & Pudicitia Mulierum præſeruetur diſponimus nullam Mulierem noſtræ Ci uitatis poſſe ire cum aliquo ad aliquod palchum, ſiue domum alterius nec in eo nec ea tri pudiare, exceptis Palatio Dominorum Priorum, & Domibus ciuium dictæ Ciuitatis eorum ſolitæ habitationis, & ſi ſecus factum fuerit, Poteſtas, ſiue Rector artis, uel conducens dictum tripudium puniatur qualibet uice de facto, & ſine diminutione in libris .x. denariorum per Po teſtatem dictæ Ciuitatis pro quolibet contrafaciente exigendarum, & qualibet uice, & Mulier contrafaciēs in ſolidis .xx. ſine diminutione, ¶ Nec minus liceat Mulieribus accedere cauſa au riendi aquam in Reclauſtris eccleſiarum præſertim ſancti franciſci, & ſancti Auguſtini, pœna x. ſolidorum, cuius quarta pars ſit officialis, reſiduum uero communi applicetur. Reſeruato ta men caſu incendii.

Quod Hebræi non poſſint accipere pignora a filiis familias. Rubrica. LXXXXVIII.

PRæſenti ſtatuto firmamus, quod Nullus hebræus poſſit mutuare pecunias acceptis pignoribus a filiis familias Ciuium, & Habitatorū Ciuitatis Maceratæ ſine licentia parētum, ¶ Et ſiquis contra ire præſumpſerit, ad requiſitionem parentum teneatur reſtituere abſq; aliqua ſolutione tam ſortis, quam fœnoris & incurrat pœnam .x. librarum denariorum ſine aliqua remiſſione pro quolibet pignore, & qualibet uice.

De Agnis non extrahendis de territorio Maceratæ abſq; licentia. Rubrica. LXXXXVIIII.

STatuimus quod omnes, & ſinguli Ciues, & Habitatores Ciuitatis Maceratæ hn̄tes, ſeu detinētes pecu des in paſcuis dictæ Ciuitatis nō poſſint aliquo pacto extrahere agnos natos & nutritos inter ritorio Ciuitatis prædictæ de territorio, & Ciuitate, ſine licētia Magnificorū Dn̄orū Priorū pro tpe exiſtiū, pœna .xxv. ſol. pro quolibet, agno extracto, & qlibet uice. ¶ Quæ licētia nullaten⁹ cōcedi,

poſſit, niſi requiſito eo, qui habet onus prouidendi pro carnibus tottius Populi ſi uoluerit emere uel ne, & ſi emere uoluerit, & de pretio diſcordes eſſent Domini Priores interponant partes ſuas ad concordiam & ſi concordes reddere nequiuerint, licentia concedatur & extrahentes de territorio habita licentia teneantur ſoluere unum bononenum pro quolibet Agno Camerario Communis. Quibuſcunq; non obſtantibus.

Quod vicini teneantur uendere vicinioribus domos, prædia, Vrbana, & Ruſtica. Rubrica. LXXXXX.

AD decus, & ornamentum Ciuitatis, & pro conſeruatione honeſtatis, & ad euitandum inimicitias hac noſtra municipali lege perpetuo ualitura ſancimus ꝙ Quotieſcunq; aliquis ciuis, ſeu habitator Ciuitatis Maceratæ aliquod Palatium ſiue domum de nouo edificare uoluerit, uel antiquam reſtaurare, & aliqua perſona cuiuſcunq; conditionis exiſteret iuxta, uel prope dictum edificium, ſeu domum reſtaurandam plateam, ſeu caſarenum, uel hortum, ſeu domunculam aliquam haberet, ſine quibus, uel ſine quorum altero edificium denuo erigendum ſiue reſtaurandum, ſeu reſtauratum commode ſtare non poſſet, ad declarationem Magnificorum Dominorum Priorum pro tempore exiſtentium ſiue ante perfectionem edificii prædicti, ſiue poſt, compellatur Dominus dicti horti, ſiue caſareni, Plateæ, uel domunculæ illum, uel illam, in totum, uel impartem, pro ut dicto edificanti expediens fuerit ad declarationem prædictam uendere, & alienare pretio, pro ut per præfatos Magnificos Dominos Priores pro tempore exiſtentes, & quatuor ciues per eoſdem Magnificos Dominos Priores eligendos extimata fuerint, ¶ Et idẽ ius ſeruetur ſiquis Ciuis, habitator, ſeu in cola dictæ Ciuitatis poſſideret in territorio Ciuitatis prædictæ aliquod petium terræ annexum, & implicitum poſſeſſioni alicuius magnæ, adeo ꝙ eidem impedimento foret circa culturam dictæ poſſeſſionis, & inde rixæ oriri poſſent quæ modicitas terræ indicetur a præfatis. M. Dominis Prioribus compelli poſſit ad inſtantiam dicti Domini poſſidentis maiorem poſſeſſionem, uendere, & alienare cum effectu, & ſi de pretio diſcordes fuerint, illud declaretur per Dominos Priores, & homines per eos electos, quod pretium in continenti facta uenditione ſoluere teneatur ſub pœna centum librarum denariorum pro quolibet recuſante, & renuente uendere, ut ſupra applicanda de facto fiſco Ciuitatis prefate, & ſi edificans, uel reſtaurans opus non compleuerit ammittat rem, ut ſupra uenditam dummodo non docuerit legitima cauſa fuiſſe impeditũ. ¶ Declarãtes ꝙ demum preſens ſtatutum habeat locum ſi domus de nouo erigenda facta inſtauratione de duodecim partibus ſtauranda erit ultra decem partes arbitrio, ut ſupra Magnificorum Dominorum Priorum & deputandorum faciendo, ꝙ etiam parua domus, ſeu ſpatium ut ſupra Domino prefate domus uẽdẽdi & idem obſeruetur pariter in poſſeſſiõibus p̃dictis. ¶ Et ſi aliquis uoluerit in futurum uendere, uel alienare domos, poſſeſſiones, ſeu quamcunq; aliam rem immobilem in ciuitate, ſeu territoritorio dicte Ciuitatis exiſtentem ad conſeruandam uicinorum beneuolentiam teneatur, & obligatus ſit requirere uicinum ſi uoluerit rem predictam emere, & ſi dictus uicinus infra octo dies declarauerit uelle emere, dictus uicinus teneatur, & obligatus ſit eidem uendere eo pretio, quo empte, & uendite fuerunt res predictis propinque eiuſdem qualitatis, ſeu eo pretio quo alii libentiſſime emerunt, & iſtis deficientibus ſi inter eos diſcordes fuerint pretio diiudicando a Magnificis Dominis Prioribus cum quatuor hominibus ut ſupra electis, quod pretium incõtinenti dictus emptor ſoluere teneatur, alias poſſit cuilibet rem ipſam uendere, alias omnis alia uenditio, ſeu emptio quo ad emptores, & uenditores uicinis non requiſitis, & omne inſtrumentũ deſuper celebratũ ſit irritũ, nullũ, & inane, nulliuſq; roboris, & momenti. & ex eo ius minime reddatur, quibus uis clauſulis in eo appoſitis nõ obſtantibus, & ſi iuramento in eo

appoſitum

ap poſitum fuiſſet, illud cenſeatur per dolum metum extortum, quo uero ad ipſos uicinos non requiſitos ut, & qui requiri debebant, ut ſupra uenditiones, & refectiones prædicti contractus & inſtrumenti prædicti cum omnibus in eis cōtinentiis, intelligantur, & ſint cum effectu factæ facti, & facta ad utilitatem dictorum uicinorum tantum, quantum eis conuicinis placebit, eiſdemq; ius uenditionis in totum acquiſitum & orto dubio inter plures prætendentes ſe uicinos, ſtetur declarationi prefatorum Magnificorum Dominorum Priorum cum dictis hominibus, ut ſupra electis, qui ſit magis uicini. ¶ Declarantes tamen hoc noſtrum decretum non habere locum, niſi in contractu emptionis, & uenditionis, non autem ſiquis uellet inſolutum dare alicui ſuo creditori, uel rem illam uellet permutare in totum, uel in partem, uel donare, ¶ Quibus caſibus uicinos aliter requirere non teneatur, ſed poſſit ad ſui libitum unicuiq; tradere, donare, permutare, & in ſolutum dare. Quibuſcunq; non obſtantibus. ¶ Declarantes tamen, quod illi, qui non eſſent ſubiecti noſtræ, Iuriſdictioni, & quos ad obſeruantiam huius noſtræ legis conſtringi non poſſet, & qui onera huius noſtræ Ciuitatis ordinaria, & extraordinaria nō ſubſtinerent, beneficio huius ſtatuti minime gaudere uolumus. ¶ Nihilominus ſi Emptor non eſſet priuilegiatus, & uicinus pariter, poſſit ille uicinus compellere dictum emptorem ad reuendendam rem uenditam ab ipſo priuilegiato. ¶ Decernentes hanc noſtram legem perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruandam, locumq; ſibi uendicare in præteretis, præſentibus, & futuris. Quibuſcunq; legibus, conſtitutionibus, & ſtatutis incontrarium facientibus non obſtantibus, quibus hac noſtra municipali cenſura uolumus omnino eſſe derogatum.

De appellatione. Rubrica. L.

APpellandi uſum a uetuſtate proditum frequentem, & perquam neceſſarium ſemper extitiſſe. nemo apprime ignorat, utpote quod iniquitatem iudicantium, & imperitiam corrigat, ut a legum latoribus omnibus monumentis traditum eſt, illorum igitur ueſtigia, ut congruum eſt ſequi uolentes, & Ciuibus, habitatoribus, ac pœnitus alienigenis coram noſtris iudicibus cauſas, & lites pertractantibus, ne dolo fraude, pecunia, uel odio, ſeu amore, aut Iudicis imperitia uel timore iura pereant, optimis mediis conſulere. ¶ Hac noſtra municipali cenſura inuiolabiliter ab omnibus ſeruanda diſponimus iudicem appellationum huius noſtræ Ciuitatis omnimodam facultatem, poteſtatem, & authoritatem habere audiendi, cognoſcendi, & fine debito terminandi omnes, & ſingulas cauſas appellationum nullitatum, in integrum reſtitutionum, & reductionum ad arbitrium boni uiri ad eum deuolutas oblesionem, quam quiſq; Ciuis, incola, habitator, ſeu & alienigena prætenderet quomodolibet illatam uirtute quarumcunq;, ſententiarum diffinitiuarum, ſeu interlocutoriarum a Prætore, Iudice, ſocio milite, & aliis quibuſcunq; officialibus qui pro tempore iuriſdictionem in hac noſtra Ciuitate exercuerint, & etiam uirtute laudorum, ſeu arbitramentorum ab arbitris, ſeu arbitribus tam neceſſitate præſentium ſtatutorum, quam etiam ſpontanea partium uoluntate electis tam in ciuilibus, quam etiam in Criminalibus, ſeu mixtis. ¶ Dantes licentiam unicuiq; Ciui, incolæ, habitatori, ſeu alienigenæ quotieſcunq; ſe læſos eſſe crederent appellandi, de nullitate dicendi, in integrum reſtitutionem implorandi, reductionemq; ad arbitrium boni uiri petendi eius officium implorandi, dummodo coram præfato Iudice appellationum a noſtra Communitate deputato remedia ſibi, ut ſupra cōpetentia doceat, & coram eo cauſas prædictas agitet, ¶ Et ſiquis tantæ fuerit temeritatis quod a ſententiis diffinitiuis, ſeu interlocutoriis, ſiue laudis, uel arbitramentis, ut ſupra prolatis a noſtris iudicibus, ac particularibus perſonis contra formam noſtrorum indultorum coram alio iudice appellare præſumpſerit, pœna. x. librarum de facto exigenda, & fiſco, noſtræ Ciuitatis applicanda nouerit ſe eſſe alligatum, & Nihilominus Magnifici Domini Priores pro tempore exiſtentes omni diligentia utantur, ut cauſa prædicta ad Iudicem appellationum a noſtro publico deputando remittatur cognoſcenda, & diffinienda prout ſibi æquum, & iuſtum uiſum fuerit.

De Appellatione uiua uoce facta. Rubrica. II.

QVoniam Tempus, & locus non patitur in ſcriptis appellare coram iudice ad quem, uel iudice a quo hac lege ordinamus ꝙ unicuiq; de dicta Ciuitate, uel aliunde ut in præcedenti decreto qui putaret ſe indebite læſum ab aliquibus officialibus liceat appellare, & appellationem interponere ſine aliqua ſcriptura, quæ tamen appellatio probari poſſit etiam per teſtes, nec in ea requiratur de neceſſitate aliqua petitio apoſtolorum, & ualida ſit, ac ſi inſcriptis interpoſita foret, & cauſæ legitimæ eius, ac pariter nullitatum, & recurſus inſertæ, ueluti ſi eſſent apoſtoli legitimæ petiti, ita ꝙ ſi eo die, quo lædi contigerit coram eorum iudice dixerit indebite fatalia, abſq; expræſſione alicuius cauſæ, appellatio ut ſupra legitime interpoſita cenſeatur.

Quomodo procedatur in cauſis appellationum. Rubrica. III.

QVilibet appellans ob aliquam læſionem ſiue interlocutoria, ſeu præcepto ante prolationem ſententiæ diffinitiuæ, uel poſt, uel a quocunq; alio actu, præterq̃ a diffinitiua mera in iudicio, uel extra tam in criminali, q̃ in Ciuili illata a prætore, ſeu quibuſcunq; officialibus iuriſdictionem habentibus, ſeu ius aliquod in hac Ciuitate, uel a quibuſcũq; arbitris, ſeu arbitratoribus, & de nullitate agens, uel petẽs reductionem ad arbitriũ boni uiri, aut reſtitutionẽ petens in integrum coram Iudice appellationum & eius Curia debeat infra quatuor dies a die interpoſitæ appellationis, uel nullitatis dictionis, aut petitionis reductionis ad arbitrium boni uiri, uel reſtitutionis in integrum computandos appellationis cauſam proſequi, & uti diligentia, & procurare, ut aduerſarius in iudicio uocetur, ꝙ indicto termino cõpareat, & ipſe appellãs teneatur ſe præſentare dicto tempore durante corã dicto Iudice. ¶ In cauſis uero appellationũ prouocationum, nullitatum, aut reductionum ad arbitrium boni uiri, & reſtitutionis in integrũ a diffinitiua ſententia, ſeu laudis, & arbitramentis ad præfatum Iudicem deuolutis, ſeu deuoluendis appellans infra ſex dies a die interpoſitæ appellationis continuo computandos dictã appellationis, & nullitatis cauſam proſequi teneatur, & curare ut pars aduerſa in iudicio uocetur, & ipſi omnino ſe coram iudice præſentare dicto tẽpore durante teneatur, ꝑ Et in omnibus cauſis ſupra memoratis procedatur ſine libello litis conteſtatione, iuramento de calumnia, & aliis ſolennitatibus, & ordinibus iudiciorum pœnitus reiectis, ſed ſolum uiſa comparitione ubi opus eſt perſonæ legitimentur, ſucceſſiue detur terminus octo dierum continuorum, aut maior, uel minor arbitrio iudicis ſecundũ exigentiam facti utriq; parti ad iuſtificandum, & impugnandum, tam per teſtes q̃ inſtrumenta, & per omne genus probationum quomodolibet cõpetentium, & probatum habendum, quo termino elapſo, detur terminus ad accipiendum copiã de productis, & probatis arbitrio Iudicis, ¶ Si qua producta, & probata fuerint, & ad opponendum, & probandum, & probatum habendum contra ea utriq; parti, & demum cõſtituatur terminus arbitrio iudicis ad allegandum, & eo elapſo iudex cauſam q̃ citius poterit expediat aprobando, uel infirmando in totum, uel in partem primam ſententiam, lauda, & arbitramenta pro ut ſibi iuſtum uidebitur, & placebit, nunquam recedendo a diſpoſitione præſentium ſtatutorum.

Quanto tempore inſtantia appellationum duret. Rubrica. IIII.

CAuſas appellationis, nullitatis, reductionis ad arbitrium boni uiri, reſtitutionis in integrũ aduerſario contumace, uel non appellans utatur omni diligentia ut iudex omnino expediat anteq̃ infraſcripta fatalia labantur uidelicet ſi cauſa eſt ciuilis tam ab interlocutoria, uel alio grauamine, quam diffinitiua ſententia infra quatraginta dies cõtinuos, de quibus detrahi uolumus ferias meſſium, & repentinarum, ac uindemiarũ dies feſtos natiuitatis Domini noſtri

cum 4.diebus p̃cedentibus, & oĩbus ſubſequentibus, uſq; ad Epiphaniã incluſiue, & dies Paſchatis Reſurr. cum vii. p̃cedentibus, & vii. ſequẽtibus. ¶ Nolumus etiam tẽpora currere in cauſis p̃dictis, ſi Iudex appell. aliquo tpe abſens eſſet, uel officiũ uacaret, uel ob aliquã euidẽtem neceſſitatẽ impeditus, cãm p̃dictam, terminare nõ poſſet, & idem ſi de uolũtate partiũ Iudex p̃nuntiaret tẽpora nõ currere, uel ſi ob contumaciã, uel inobediẽtiã partis aduerſæ iudex utſupra p̃nuntiaret tẽpora nõ currere. ¶ Si uero cã criminalis infra unũ mẽſem cõtinuũ non cõputatis ſupradictis feriis. Quæ tẽpora incipiant a' die appellationis, q̃relæ, nullitatis, petitionis, reductionis ad arbitriũ boni uiri, uel reſtitutionis in integrũ, quibus tẽporibus elapſis, & ultra x. diebus cõtinuis cã appellõnis, & ipſa appellatio intelligat' oĩno deſerta ipſo iure etiã ſine alia declaratione iudicis. poſſit tñ Iudex qñcũq; declarare cãm deſertã, & cõdẽnare in expẽſis, & p̃dictis tpibus elapſis officialis a' quo appellatũ fuerit poſſit & debeat p̃cedere, ac ſi nũq̃ appellatũ extiterit, & eodẽ mõ ſñiatũ executiones hmõi, pertineant etiã q; nulla fides de deſertione facta fuerit ei per iudicẽ ad quẽ. Addẽtes q; qlibet appellãs in ſcriptis cãm iniquitatis, & nullitatis in appellatione deducere intẽtare poſſit & debeat, ac etiã teneat', & q; ſimul & ſemel agitari debeat iudicẽ utriuſq;, & per iudicẽ diffiniri, & etiã ſimul cũ appellõne & nullitate intẽtare poſſit, & reduci reſtitutio in integrũ, & petitio reductionis ad arbitriũ boni uiri, niſi cõpetit aduerſus actũ a' quo appellat', uel reſtitutio in integrũ, uel reductio ad arbitriũ boni uiri periti, & ſinguli termini ordinati in cauſis appellõnum, quo ad p̃greſſum, ſiue finẽ, ſiue quo ad modũ & ordinẽ p̃cedendi intelligant' ſiſr cõſtituti in cauſis nullitatis reductionis ad arbitriũ boni uiri, & reſtitutiõis in itegrũ, ita q; eis elapſis oĩs uia agẽdi de nullitate oĩs reclamatio, p̃uocatio, reductio ad arbitriũ boni uiri, & reſtitutionis in itegrũ, & appellãdi aditus ſit, & eẽ debeat autoritate p̃ñtis ſtatuti p̃cluſus. ¶ Declarantes tñ q; per hãc nr̃am legẽ nõ intẽdim⁹ quoquo pacto derogare diſpõni iuris cõis, quo ad tp̃s dicẽdi de nullitate, uel petẽdi reſtitutionẽ in ĩtegrũ, uel reductionẽ ad arbitriũ boni uiri nec aliqd' de nouo in hoc inducere, quatenus una cũ appellõne deductæ nõ fuerint, ac ſup illis cognitũ, & deciſum fuerit.

Quod appellãtibus nõ currat aliquis terminus per ſtatutũ ordinatũ ad ſolueñ. Rub. V.

PRæſenti lege diſponimus q; pẽdẽte cã appellõnis in criminalib⁹, nullatenus currat aliqs terminus datus per ſtatutum alicui nr̃æ Ciuit. ad ſolueñ. ſed remaneat in ſtatu in quo erat tẽpore appellõnis interpoſitæ, & cauſæ appellõnis finis impoſitus, tempora currat.

De forma renuntiandi appellationi. Rubrica VI.

AD obuiandũ uiolẽtiæ officialiũ, qui aliqñ metu inducũt appellãtes ad renũtiandũ, & eorum ſentẽtiis acqeſcere, ordinamus nullũ poſſe renũtiare appellõni niſi corã iudice appellationũ nr̃æ Ciuit. & aliter facta renũtiatio ſit nulla itrita, & inanis ipſo iure, & ſi in ea eſſet appoſitũ iuramentũ, intelligat' per uim, & metũ extortũ, ac fraude, & dolo iudicis a' quo & partis aduerſæ, & nullatenus obligatoriũ q̃buſcũq; clauſulis in dicta renũtiatione, & ſub quauis forma, & uerborũ contextu, etiam gñaliſſimis, & geminatis minime obſtantibus.

Quod Prætor, & alii officiales teneantur deferre appellationi, & pœna innouantium appellatione pendente. Rubrica. VII.

HAc noſtra ſalubri lege decernimus, q; tam Prætor, q̃ alius quiuis officialis Ciuit. Macer. ubicũq; ab eorũ interlocutoria, ſeu diffinitiua, uel quouis alio mõ aliquis ſe læſum dixerit, & uiua uoce, ſeu in ſcriptis appellauerit ad iudicẽ nr̃um appellõnis, teneat' oĩno appellationi deferre, nec ullo mõ audeat cõtra dictũ appellantẽ, fideiuſſores, & bona cõſanguineos uel affines directe', uel indirecte' dicta de cã moleſtare, nullãq; noxiã, aut nouitatẽ facere, dicta appellõne interpoſita. Et ſi quis tãte fuerit temeritatis q; huic nr̃æ legi cõtraire p̃ſumpſerit incidat in pœna. 50. lib. deñ. & dãnum parti appellanti reficere teneat'. ¶ Si uero eſſet appellatũ, q; pœna p̃ſonali, uel ammiſione mẽbri officialis nõ deferẽs, pœnã mille lib. nouerit ſe incurriſſe, nec aliqua exceptione ſe tueri poſſit, & nemo audeat, uel p̃ſumat dare aliqd' impedimentũ uolẽti appellare, ſeu appellari pẽdẽte appellõne, occulte, uel palã, & nouitatẽ facere aliq̃, ſed ipſa cã ſup qua fuit appellatũ ſit, & eẽ debeat in eo ſtatu in quo erat tpe appel-

lationis uſq; ad diffinitiuã ſniam, ſub dicta pœna 50.lib. ipſi officiali, ſeu alteri impedienti Cõi applicañ. de ſuo ſalario retinẽda tpe ſcindicatus, & Camerarius illã retinere teneat, & ſcindicatores teneant eũdem officialẽ, ut ſupra impedientẽ cõdẽnare in dicta pœna ut ſupra exceptis cauſis, in quibus nõ licet appellare, de qbus in ſequẽti ſtatuto. ¶ Si uero pars appellata, uel alius, uel alius quicũq; innouauerit, uel fecerit impedimentũ contra appellantẽ, ut ſuã cãm in appellatione pſequi non poſſet quoquo modo impediẽdo appellantẽ per iudicẽ pdictum appellationũ puniat ad dictã pœnam Cõi ſupra applicañ. quocũq; nõ obſtañ.

In quibus caſibus non liceat appellare. Rubrica VIII.

SAEpe euenit ut ſub legum clipeo homines Deum pœculis nõ hñtes fraudibus, & malitiis aliis nocumẽto ſint, & uera iura inde iniuria originẽ ducãt. Volentes igit huic morbo occurrere, & ne ſub colore appellationis cauillationibus aliq uacẽt, & renuat facere ea, ad q̃ licite cõpelli poſſent, pñti ſtatuto ordinamus q; ubicũq; res eſt notoria per facti euidẽtiã appellare nemini liceat, & minus nemini ſpõte, & pure in iudicio cõfeſſo, et manifeſto cõtumaci, et a ſentẽtiis, & reductionib[9] laudorũ, & arbitramẽtorũ. Prohibemus etiã appellationẽ minime interponi poſſe ab aliquo ſcindicatu, & ab omni pcepto, uel pceſſu, ſeu executione cã muniẽdi Ciuit. ſeu reſtaurãdi mœnia, aut, cuſtodiæ diurnæ uel nocturnæ per aliquẽ officialẽ nr̃æ Ciuit. ſeu occaſione cuiuſuis impõnis collectarũ, & alioꝝ onerũ realiũ ſeu pſonaliũ a publicis conſiliis Cred. ſeu gñalis ordinatorũ, ſeu ordinandoꝝ, nec etiã ad interlocutoria aliqua, ſeu læſiõe in iudicio, uel extra lata ante diffinitiuã ſniam per quẽcunq; officialẽ dictæ Ciuit. niſi ex ea inferatur talis læſio quæ non poſſet per appellationẽ a diffinitiua corrigi, quæ oẽs læſiones moderent per appellationẽ a diffinitiua in qbus caſibus officialis a quo appellaret nõ teneat deferre, & iudex ad quẽ nullatenus admittere teneãtur, quocunq; non obſtante.

Quod officiales Ciuit. teneãtur infra terminũ facere ut acta edantur. Rub. IX.

QVilibet appellãs omni diligẽtia requirat iudicẽ ad quẽ ut mãdet Pretori, ſiue aliis officialibus, a qbus eẽt appellatũ per ſuas literas, q; intra terminũ a dicto iudice appellato ſtatueñ edere debeat oĩa acta qũolibet corã eo facta cũ ſnĩa, et condẽnatione inde ſecuta integra, & illæſa quo term. elapſo, ſi nõ fuerint exhibita, iterũ requirat officialis a quo puocatũ extitit, ut infra aliũ terminũ arbitrio iudicis appel. decerñ. q; oĩno acta pdicta, & ſniam exhibere debeat. Quibus term. elapſis iudex appellationũ poſſit, & obligatus ſit parte appellãte regrẽte decla. ſniam, & pceſſum nullã, & nullũ, & nihiloĩus officialis a quo appellat ob ſuã negligẽtiã, & inobedieñ. & omiſſionẽ in nõ edendo acta pdicta & condemñ. a qua fuit appellatũ, & oẽ dãnum, & intereſſe Cõi reficere de ſuo pprio. Si uero acta fuerint tpe debito edita pcedat p dictũ iudicẽ appellationũ in cã put iuris fuerit ſecũdũ formã pñtiũ ſtatutorũ.

Quod Iudex appellationum teneatur per ſuũ Notarium regiſtrari facere in actis Curiæ omnia inſtrumenta, & acta. Rubrica. X.

STatuimus Iudicẽ appellationũ tenere, & obligatũ fore uti oĩ diligẽtia, q; Notarius ipſius reſcribat oĩa corã eo exhibita p quoſcũq; appellãtes, & notarius ipſe id oĩno exeq debeat & de eis dare copiã partib[9] requirẽtibus, & quorũ intereſt, pœna xxv. lib. deñ. de ſalario dicti Iudicis retinenda, & Cõi applicañ. & x. lib. deñ. de proprio dicti Notarii, huic noſtro decreto contrauenientis, recepta tñ cõpetenti mercede a dicto notario de copiis dandis.

De ſalario Iudicis appellationum. Rubrica XI.

PRæſenti noſtro decreto diſponimus q; in qualibet cã appellationis interponẽda corã Iudice appell. dictæ Ciuit. cõſequi debeat p ſua mercede, idem iudex tpe quo dat terminus ad allegañ. in cã a qualibet partiũ deñ. ſex, p qualibet libra quãtitatis, ſuper qua cã appell. uerteretur, uel occaſione rei, ſuper qua appellatũ eſſet, uel quãtitatis cõdemñ. itaq; cõe aliqd ſoluere minime teneat pro honorario dicti iudicis, ſalariũq; pdictum a partibus ſolueñ. nõ excedat ſummam unius floreni a qualibet parte, cui idem iudex oĩno acquieſcere teneat.

FINIS QVARTI LIBRI.

IN DEI NOMINE

LEGVM MVNICIPALIVM CIVITATIS MACERATAE DE DAMNIS DATIS LIBER QVINTVS FOELICITER INCIPIT.

De officio & poteſtate maioris Officialis dam.dat. & diligentia circa dictum officium adhibenda. Rubrica I.

STATVIMVS ac inuiolabiliter ſancimus ꝙ officialis maior dam. dat. legitime electus ac deputatus per generalē Conſilium ſtatim ante aſſumptionem & exercitationem officii, teneatur in p̄ſentia D. P. pro tempore iureiurando per D. Cancellarium offerendo, ac in ſcriptis redigendo iurare, manibus tactis ſacroſanctis ſcripturis, ſe fideliter, diligēter & accurate omni prorſus fraude, negligentia, ac otio remotis, per ſe & non per interpoſitam aut admiſſam in ſocietate perſonam a' principio uſq; ad finem officium exercitaturum, Statutaq; oia & ſingula infraſcripta obſeruaturum, necnon idoneum fideiuſſorem præſtare preuia ſua obligatione de non ſe concordando cum aliquo dāna inferre uolente, & de non concedēdo alicui licentiam damnum dandi, ſub pœna centum ſcutorum auri, ipſo facto Cameræ Cōmunitatis Maceratæ, in caſu contrauētionis applicandorū, ultra pœnas in his & ſimilibus caſibus per infraſcripta ſtatuta iniūctas. ¶ Quibus per ipſum adimpletis dictus maior officialis ipſo iure & facto ad ſui officii exercitium intelligatur admiſſus. In quo habeat & habere intelligatur plenam autoritatem & iuriſdictionē inquirendi, indagandi, examinādi, cognoſcendi per uiam accuſationis, denūciationis, & inquiſitionis diffiniēdi, ſentētiandi condēnandi, bāniendi, pœnas imponēdi, illaſq; exigēdi, & ultra pœnas ſtatuarias ſub certa pœna nō tamen floreñ. unū excedēte totiēs quotiēs ipſi uiſum fuerit cuilibet p̄cipiēdi ne dāna aut qd ſimile faciat, aut facere quid ſimile deſiſtat, & inhibendi illamq; debitæ executioni demandandi, & al's his ſimilia gerendi contra quaſcūq; perſonas quomodolibet dam. dantes, & in omnibus ac ſingulis dam. dat. & quæ dari in futurum contigerit perſonaliter uel cum aialibus in rebus & poſſeſſionibus, & in oibus & ſingulis depēdentibus ab eis, prout latius infra annotatū reperit' ſummarie, ſimpl'r de plano ſine figura iudicii, quibuſcūq; diebus etiā feriatis in honorē Dei, oibus iuris ſolēnitatib' & ſubſtātialitatibus ac ordinibus omiſſis et nō ſeruatis, ita ꝙ rōne ſeu occaſione alicuius ſolēnitatis omiſſæ uel ordinis nō ſeruati, inuētiones, accōnes, inqſitiones, & ꝓceſſus quicūq; p̄dictorū cā faciēdi nō poſſint tolli irritari aut quouis mō annullari. ¶ Vtq; qlibet officialis p̄dictus diligētiori & accuratiori ac quantū poſſunt fideli ſtudio ſuo officio incūbat pariter diſponimus ꝙ dictus maior officialis ſuiq; Notarii & officiales facta ſibi prius electione cū cōſenſu D. P. p tpe duorū Notariorū fidedignorū ꝑ dicti officii legali adminiſtratione teneant' & debeāt cōtinuo morari ad dicta officia exercēda in dicta Ciuit. Mace. & eius territorio nec inde ſe

Gioanni [illegible]

[illegible]

abſentare debeant ſine licentia D. Priorum pro tempore & conſilii Credentiæ, ſub pœna ipſi maiori officiali x. librarum de ſuo ſalario perſoluenda & eius Notario ſeu familiari quinque librarum ipſo facto, & uice qualibet in caſu contrauentionis cõmittenda. nec nõ dietim tam diurno ꝙ nocturno tempore, teneatur prout moris eſt, mittere eius notarios, officiales, ac familiam ad comperiendum, & inueniẽdum homines perſonas & beſtias dã num dantes ac facientes contra formam noſtrorum ſtatutorũ, & ſpecialiter etiam ad per ſcrutandum & inueſtigandum rumpentes, deuaſtantes, & quomodolibet impediẽtes uias publicas fontes & pontes, ac puteos publicos, quos nedum debitis pœnis punire poſſit, uerũ etiam cogere ad muniendum reaptandum, & in priſtinum ſtatum reducẽdum dictas uias fontes pontes, & puteos, etiam ſub pœna prædicta arbitraria, & per publica ꝓclamata in genere contra prefatos faciendo ad inſtantiam cuiuſcũꝗ petentis, quæ ſi facere aut exequi dictus officialis neglexerit, ſupradicta pœna puniatᷣ, ut ſupra perſoluẽda. ¶ Ipſeꝗ pariter officialis teneatur ire ac mittere ad portas Ciuitatis alios officiales ad inquirendũ exportantes uuas, fructus, & exportare facientes ligna, & an de eorum ꝓpriis, uel alienis ſumpſerint, ad hoc ut ſtatutis pœnis illos punire ualeat. ¶ Teneaturꝗ pariter omnes & quaſcũꝗ inuentiones de quibuſcũꝗ dam. da. per ipſum, aut eius familiam faciendas ante cauſæ expeditionẽ notificare dãnum paſſo, ad hoc ut ſui intereſſe cõſulere poſſit, ſub pœna 5. floreñ uice qualibet de ſuo ſalario perſoluẽda. ¶ Omneſꝗ ac ſingulas quaſcũꝗ accuſationes & denuntias, tam dictus maior Officialis ꝙ eius Notarii, & alii officiales, tam quo ad perſonas, & animalia, ꝙ quoad perſonas tãtum, & animalia tantum per quẽcũꝗ iuramentum qui non animo calũniæ &c. in primis præſtantem & offerentem ad probandum eius accuſationem ſaltem unum teſtem idoneum ꝓpoſitas & factas recipere pariter teneatur gratis ſine aliquo præmio, aut mercede ac in ſcriptis redigere, ac ſuper illa uſque ad debitam executionem procedere modis infraſcriptis, ſub pœnis proxime præmiſſis, ut ſupra cõmittendis. ¶ Debeatꝗ oẽs & ſingulas inuentiones per ſuos officiales faciendas de die in diem, uel ſaltem in fra duos dies à die factæ inuentionis computandos Cancellario Cõmunis notificare, ac de eis dimittere copiam in Cancellaria, ac coram dicto Cancellario conducere officiales inuentores ad hoc, ut ab eo poſſit iuramentum deferri, an inuentiones ſint ueræ, & an plures in eadem die fecerit contra eandem perſonã, eaſdem beſtias &, in eadem re quod fieri prohibemus. ¶ Sub qua copia inuentionũ Cancellarius debeat ſe ſubſcribere cum appoſitione diei quo fuerint eidẽ dictæ inuentiones preſentatæ, & notificatæ, tandemꝗ dictus officialis durãte eius officio & tẽpore ſui ſcindicatus non poſſit nec ualeat aliquod xenium cuiuſcũꝗ ſpeciei ab aliquo etiam ſub pretextu affinitatis, & conſanguinitatis recipere aut beſtiam aliquam pro lignis exportandis aut aliis ſuis ſeruitiis mutuo recipere, ac cum aliquo ciue uel habitatore dictæ Ciuitatis, in aliquo loco libere comedere ac ſodaliter uiuere, nec aliquid ſimile facere quo mediante faciliter oriri poſſet indulgentia in non perquirendo & puniendo maxime ſodales dãnum dantes, ſub pœna præmiſſa, ut ſupra cõmittẽda, & quilibet in caſibus ꝑdictis poſſit accuſare, & denũtiare dictos officiales contrauentores, & dictarum pœnarum tertiam partem conſequatur.

Quibus liceat per inuentiones procedere & inquiſitionem uel accuſare, & infra quãtum tempus, & contra quos fieri poſſint, quibuſue liceat beſtias reconducere, & de pœna impedientium reconductiones. Rubrica 11.

STatuimus etiam ꝗ dicto maiori officiali eiuſꝗ officialibus Notariis & famulis, necnõ Scindico noſtri Cõis & cuſtodibus portarũ liceat inquirere ſuper dam. dat. & per inuẽtionem procedere, quibus Scindico & cuſtodibus quarta pars pœnæ in ſingulis eorum inuentionibus & inquiſitionibus applicetur. Nec non unicuiꝗ tam Domino ꝙ colono coptumatario, & uſufructuario, laboratoribus, famulis etiam quibuſcunꝗ intereſſe quomodolibet pretendentibus coptumatariis, ac Scindicis Cõmunis cuiuſcunꝗ Collegii, & uni

de proſe

uerſitatis etiam Eccleſiæ & habentibus ad id ſpeciale mandatum, nec non minoribus non tamen quatuordecim annorũ, filiis familias, ac ſub poteſtate conſtitutis, etiam ſine licentia & cõſenſu illorũ quorum ſunt in poteſtate et cura, liceat abſq; aliqua fideiuſſione danda de proſequendo accuſam, aut de reficiendo expenſas & intereſſe accuſare & denũtiare, ac denuntias & accuſas ſuper omnibus dam. datis in preſenti uolumine ſtatutorum comprehenſis facere ac proponere omneſq; perſonas legitimas ſtandi in iudicio occaſione prædictorum habere intelligantur, ita ut omni exceptione remota prædicti & prædictorum quilibet, tam per ſe q̃ per alios accuſare, quoſcunq; etiã ſub poteſtate & cura, ut ſupra conſtitutos in iudicio adeſſe & iudicium uſq; ad eius debitum finem proſequi poſſint et ualeãt omni penitus exceptione remota, dũtamen accuſas & denuntias prædictas faciant infra ſex menſes, á die dam. dati, uel dandi inchoandi, & ut ſequitur finiendi, quo tempore elapſo ulterius accuſare non poſſint. ac minime ſuper premiſſis ullo modo per dictum officialem & ſuos notarios procedi poſſit. ¶ Item ꝙ accuſationes & dãnationes fieri poſſint generaliter non expreſſo nomine uel nominibus dam. dantium, ſed tãtum proximorum uicinorũ uel ſpecialiter prout dicto accuſatori uidebitur & placebit, etiam mediante libello & petitione, inepta etiã diuerſa facta & concluſiones ac repugnantias continente. ¶ Accuſatioq; generaliter facta de proximioribus uicinis ualeat ac teneat, ac ſi facta eſſet cõtra nominatam perſonam, & de eis fieri poſſit condẽnatio & punitio ſine aliqua ſpeciali accuſatione uel proceſſu nõ obſtantibus, iuris ſolẽnitatibus. ¶ Hac tamẽ declaratione adhibita, ꝙ ſi in genere conuicini fuerint accuſati ob dam. dat. ab animalibus tunc ipſo facto ad inſtantiã maioris officialis, & dicti accuſatoris unica tãtum citatione interueniẽte requirantur quatuor circũcirca proximiores conuicini loco in quo dicitur factum fuiſſe dãnum retinentes animalia, & circũcirca dicta loca cum dictis animalibus conuerſantes ad denuntiandum et legitime probandum quorum beſtiæ preciſe dam. dederint infra octo dies continuos cũ cõminatione ꝙ ipſis de dictis beſtiis legitime non docẽtibus in dicto termino, contra ipſos intelligatur cõmiſſa executio pro pœna & extimatione dãni illati dãnum paſſo applicanda, & per duos probos homines de illa contrata per dictum officialem pro tempore eligẽdos extimãda. ¶ Quo termino elapſo & prædictis proximioribus uicinis de p̃dictis plene minime docentibus fiat cõtra eos executio pro pœna & extimatione prædicta nulla alia citatione interueniẽte. ¶ Si autem docuerit de idẽtitate beſtiarũ & quorũ fuerint quæ damnum intulerint contra Dños dictarum beſtiarũ & beſtias prædictas tantũ ut in aliis ſancitum eſt procedatur. ¶ Cum uero de dam datis á perſonis agatur tamẽ liceat pariter cõtra conuicinos proximiores accuſationes producere, ita tamen ut ſi accuſans iurauerit ſe credere fuiſſe tales conuicinos dam. dantes perſonaliter uel cum beſtiis ei credatur uſq; ad x. ſolidos. Si uero iurauerit uidiſſe tales proximiores cõuicinos dam. dantes, ei credatur uſq; ad xxxx. ſolidos, abſq; aliis probationibus, qui de facto pro pœna tantum exigi poſſint & debeant. ¶ In maiori uero ſumma requiratur probatio, de qua in alio ſtatuto diſponetur. Liceatq; prædictis ad accuſandum admiſſis & habilitatis beſtias quaſcũq; dam. dantes in propriis poſſeſſionibus uel conductis ab aliis & aliis in rebus p̃hibitis quomodolibet per noſtra Statuta propria autoritate ac Dñis illarum nõ requiſitis capere recõducere ad hoſpitia publica dictæ Ciuitatis, & capi & reconduci facere. ¶ Teneant tamen dicti recõductores ſtatim eodem die quo reconductæ fuerint prefatam reconductionem notificare dño Cancellario officialis d. d. querelam, ad hoc ut dictus officialis ſuper ea procedere, & ulterius inquirere poſſit. Qui Cancellarius teneatur ſtatim dictas beſtias dare & deponere penes idoneam perſonam ſumptibus & expenſis dñi uel cuſtodis dictarum beſtiarũ, ac non permittere illás de eius manibus exire donec de pœna integre ſatisfactum non fuerit, ſub pœna quinq; florenorum pro ſuo ſalario computandorũ. ¶ Conducẽtes uero ab omni rei conductionis intereſſe liberentur. Si requiſiti aut quomodolibet moleſtati in manibus M. D. Priorum pro tempore iurauerint ſe pro ueritate in tali loco & poſſeſſione dictas beſtias damnum dantes comperiiſſe, & nihilominus ſic reconducenti credatur uſq; ad quantitatẽ

xx.ſol.cum iuramẽto abſq; aliqua ꝓbatione. Ita tamen ut cõra taliter reconducentes non obſtante iuramento prædicto poſſit admitti ꝓbatio in contrariũ. ¶ Et ſi per Dominos animalium prædictorum reconductorum fuerit legitime doctum damnum nõ dediſſe,& maliotioſe ac fraudulenter fuiſſe reconductas dictas beſtias. Talis reconducẽs occaſione periurii & fraudis cõmiſſæ puniatur pœna x.floreñ.monetæ,uice qualibet cõmittẽda,& noſtro Cõmuni applicanda,& pro quarta parte accuſatori. De qua etiam per conſilium Credentiæ nulla gratia fieri poſſit. ¶ Nulli uero liceat per ſe uel aliũ taliter beſtias reconducentes quo minus reducantur aut recõductæ quiete detineantur impedire,aut quouis modo moleſtare,ſub pœna x.florñ.ipſo facto Cõmuni noſtræ Ciuitatis applicandorum. De quo impedimento intelligatur legitime doctum ſi cum aſſertione iurata impediti concurrat fides unius integri teſtis ſine quo nolumus credi ſacramento impediti, niſi uſq; ad duos floreñ. monetæ. ¶ In caſu aũt quo partes erunt in concordia ante notificationem factam Cancellario officialis,tunc cuſtos uel dominus beſtiarum ad aliquam pœnam non teneatur.

De ordine procedendi ſuper accuſationibus denuntiationibus,& inquiſitionibus dam.dat.& ipſarum expeditionibus. Rubrica III.

ITem ſtatuimus q̃ dictus maior officialis ſiue procedat per uiam accuſationis & denũtiationis aut querelæ,ſiue per uiam inquiſitionis in quolibet caſu dam.datorũ uel dandorum quomodolibet in noſtris Statutis comprehẽſo,ſiue accuſatio,uel inquiſitio fuerit generalis uel particularis teneatur ac debeat citare accuſatum denuntiatum & inquiſitũ per cædulam in ſcriptis manu ſui, uel cuiuſcũq; Notarii deſcriptam tenoris infraſcripti uel ſimilis, ¶ Die tali,de mandato talis officialis dãnorum datorũ,citetur talis,per talem bayulum Cõmunis,ad ſe pñtandum & excuſandum coram, in termino ſtatuario á quadam accuſatione aut denuntia ſeu inqſitione, eo q̃ tali anno mẽſe, & die ipſe perſonaliter aut eius beſtiæ tot,& famuli dãnum dederint, aut talibus mandantibus dãnum datum fuerit & aliquid furto ſubtractum in tali re,in poſſeſſione tali ſita & laterata &c. cum qua cædula ſi perſonaliter erit executa citatio,& infra duos dies ſequentes citatus non comparuerit in eius contumatia,ſine aliqua alia citatione citatus condẽnetur,& cõtra ipſum ad executionem procedatur & ulterius tanq̃ confeſſus uere & conuictus,& ueris probationibus ſuperatus non audiatur ulterius. ¶ Si autem non fuerit perſonaliter apprehẽſus citatio per eundem bayulũ debeat fieri domi. ¶ Si citandus erit terrigena,aut habitator territorii Maceratenſis, cum affixione & dimiſſione in hoſtio dictæ domus copiæ dictæ cædulæ, quam teneatur affigere et dimittere in pñtia unius uicini aut teſtis ad id per dictum bayulum uocandi. Et ſi infra tres dies ſequentes, ſic citatus non comparuerit aut in die alia ſequẽti poſt dictos tres dies,qua dictus officialis ueniẽtẽ ad ſe excuſandũ expectare debeat ut cõtumax,pariter ut ſupra condẽnet̃ & non audiat̃. ¶ Si uero citandus erit forenſis tunc per preconem cõmunis in platea publica Cõis citetur & uocetur ad comparendũ coram dicto infra octo dies ſequentes ad ſe excuſandũ á contentis in cædula,cuius continẽtia dictus præco ad uerbum legere teneat̃ infra quem terminum. ſi non comparuerit,& infra duos alios dies ſequentes ſic citatus condẽnetur & non audiatur ulterius. ¶ Vbi autem citatus in termino aliquarum ꝑdictarum citationũ comparuerit,& contenta in cædula confeſſus fuerit,pariter ut ſupra condẽnetur.& pro pœna fiat executio. ¶ Si autẽ in toto uel in parte contenta in cædula negauerit,tunc ſiquidem ſi comparens erit ut ſupra terrigena uel habitator eidem ſic comparenti aut eius legitimo procuratori per dictum officialem ſtatuat̃ & notificetur terminus trium dierum currentium ad probandum,& probatum habẽdum & allegandum,& excipiendum quicquid uult poteſt & intendit per omne genus & ſpẽm, probationum etiam per inſtrumenta,qui terminus nõ poſſit prorogari niſi ad duos alios dies currẽtes. ¶ Quo termino elapſo ipſo iure intelligatur ꝓceſſus publicatus eidemq; cõparenti ſtatuatur & notificetur terminus duorum dierum currentium nõ amplius prorogabilis

gabilis ad allegandum,& probandum,& probatum ut ſupra habendū quicquid uult &c. contra proceſſum perſonas & dicta teſtium. Quo termino elapſo intelligatur ſine aliqua alia citatione,aut requiſitione concluſum in cauſa & pariter unica tantum citatione interueniente ad audiendum ſententiam pro tali die & poſſit ſubinde ferri ſententia condēnatoria uel abſolutoria,prout iuſtius erit.¶ Comparens autem quando eſſet forēſis tunc nullatenus non audiatur niſi preſtito idoneo fideiuſſore conterrigena uel habitatore dictæ Ciuitatis de ſtando iuri & ſoluendo oēm pœnam etiam in formam depoſiti.Qua fideiuſſione data eidem forenſi ſic comparenti & fideiubēti, aut eius fideiuſſori omnes & ſinguli ſupradicti termini tamen duplicati dentur concedantur & notificentur, & ut ſupra procedatur. ¶ Si autem prædicti omnes & ſinguli poſt terminos prædictos tamen ante ſentētiam comparuerint quādocunq; tunc ſolutis prius in cippo Cōmunis ſolidis quinq; pro contumatia,& non aliter audiantur, & eiſdem præfati termini concedantur idemq; ius cum eis ſeruetur.¶ Citationum autem omnium & ſingularum prædictarum relationes & fides debeant fieri & referri per dictū bayulum, & præconē reſpectiue,eorumq; relationes in ſcriptis redigi debeant per Notarium cauſæ & extendi per eundem cum appoſitione nominis bayuli,& diei executæ citationis & nominis uicini aut teſtis coram quibus citatio,ut ſupra domi facienda executa fuerit, ita ut aliter geſta ullatenus ualere & ſubſiſtere non poſſint nec debeant.¶ Volumus etiam q; dictus maior officialis ad inſtantiam principalis petētis aut ſui procuratoris,uel fideiuſſoris,teneatur ad pœnam x.librarū deñ de ſuo ſalario perſolueñ.dare & exhibere copiam actorum omnium ſcripturarum,& totius proceſſus in publicam formam factam integram perfectā,& ſine ulla diminutione infra duos dies,á die petitæ copiæ,ſumptibus tamen & expenſis petentis,cum hoc tamen ut non poſſit accipere á ſic petentibus ultra tres ſolidos pro qualibet charta dictarum copiarū,in publicam formam redactarum. Et ſi dictas copias non publicatas dari contigerit nō teneatur ſoluere niſi unum boneñ.pro qualibet charta ¶ Vtq; expeditio cauſarum prædictarum,ac pœnarum præfatarum exactio pluſq; deceat nō retardetur. ¶ Statuimus pariter q; dictus maior officialis teneatur & debeat expedire,decidere,ac terminare per ſententiam condēnatoriā uel abſolutoriam omnes & ſingulas cauſas,& proceſſus,inuentionū,accuſationum,& inquiſitionum prædictarum formatos per dictum officialem,aut quomodolibet inſtitutos et reſpectiue coram eis aut ſuis Notariis & officialibus introductas,occaſione dam.datorum furti minutarum rerum,aut fraudum gabellarum,& aliorum quorūcunq; ad eius officium pertinentium,infra terminum unius menſis,á die factæ inuentionis,uel productæ accuſationis,ſeu denuntiationis,aut initiati proceſſus,ſub pœna unius floreni uice qualibet,pro qualibet omnium cauſarum prædictarum nō expedita infra tempus prædictum ipſo iure & facto cōmittenda,& noſtro Cōmuni applicanda.¶ Idemq; ſub eadem pœna diſpoſitū intelligatur de inuentionibus,accuſationibus,denuntiationibus,& proceſſibus initiatis & factis per ſuum preceſſorem in officio non expeditis quos & quas teneatur expedire,ut ſupra infra terminum unius menſis immediate poſt introitum ſui officii.Quas condanationes & pœnas exequi,& exigere teneatur de facto,& in cippo Cōmunis ponere per manus tertiæ perſonæ,in eius libro nominandæ,aut in manibus Camerarii dicti Cōmunis exburſare,quas ſi non exegerit,infra tempus ſui officii,& exigi potuerunt á delinquentibus computentur in ſuo ſalario.¶ Et ſimiliter condēnationes,& pœnas non exactas per eius præceſſorem exigere,ac cum effectu infra eūdem menſem poſt introitum ſui officii,exigi facere ſub eadem,pœna teneatur.Et ſi non exigerit, exigi tamen potuerint, omne id & totum non exactum computetur,& ponatur in ſuo ſalario.Excipimus tamen ab exactione prædicta omnes & ſingulas condemnationes dandas & ferendas infra xv. dies ultimos ultimi menſis ſui officii,quarum exactionem ſucceſſori in officio,ut infra reſeruamus.¶ Vtq; temporibus,ut ſupra præfinitis dictus maior officialis prædicta exequi poſſit,pariter ſancimus q; ſuper prædictis,& aliis ſuum officium concernentibus,poſſit,& ualeat per ſe,& ſuos notarios,uigore ſui officii detinere quācunq; perſonam pro teſtimonio perhibendo, & alia

quacunq; legitima cauſa, pro ut ſibi in ſuo officio uidebitur expedire illamq; carcerare,& carcerari facere, & illos ſic carceratos dũmodo non ultra tres dies in carceribus detinere. ¶ Et ſi mulier erit examinanda in aliqua eccleſia aut Monaſterio monialium prout honeſtius fieri poterit, ac pro dictis pœnis exſoluendis poſſit & ualeat pignorare, & pignorari facere, & delinquentes realiter & perſonaliter conſtringere coniunctim uel diuiſim, prout dicto maiori officiali uiſum fuerit cõueniens, & opus eſſe uſq; ad integram ſolutionem,& ſatisſationem dictarum pœnarum, & pro ſua iuriſdictione poſſit & ualeat quoſcunq; ſibi inobediẽtes mulctare & punire,& de facto pœnas exigere uice qualibet a' quolibet inobediente ſibi uel ſuis officialibus uſq; ad quantitatem unius floreñ. ſemel in die tantum ex eadem cauſa pro pœna irroganda arbitrio dicti officialis,& cõmittenda.

In quibus caſibus non liceat ꝓcedere per inuentionẽ,& contra minores. Rub. IIII.

ITem ad euitandum contentiones & ſcandala, Statuimus & ordinamus ꝙ officialis maior dam.dat.per ſe ſuoſq; Notarios & familiares non poſſit & ualeat per ipſorum inuẽtiones,& inquiſitiones cognoſcere ac decidere ſuper dam.dat.uel dandis in ſodis ſtipulis, mageſis,pratis fœnatis,& aliis terris cuſtoditis pro fœno fœnatis, rotis. Excepta tamen illa Cõmunitatis Maceratæ ꝑ munimine molẽdini cuſtodita,& ſyluis, niſi quis inciderit ligna in dictis ſyluis,& rotis,uel exportauerit ligna. Sed tantũ in prædictis caſibus per denuntiationem,uel accuſationem principalis,ſeu alterius legitime perſonæ procedi poſſit & ualeat. Excepto etiam ꝙ de dam.datis ab animalibus porcinis in pratis tantum poſſit per inuentionem officialis procedi omni tẽpore,& aliis ſupradictis legitimis modis. ¶ Et ſi aliter in caſibus prædictis proceſſum fuerit, ꝓceſſus ſit nullius ualoris, adeo ꝙ de dictis inuentionibus factis in dictis locis pœna aliqua nullatenus exigatur. ¶ Volumus pariter & diſponimus ꝙ nec per uiã inuentionis nec accuſationis aut denuntiationis in caſu quolibet dam.datorum non poſſit procedi contra minores octo annorum,quos ab omni pœna immunes & liberos eſſe uolumus, præterq; ab emendatione cuiuſlibet dam.dati, damnum paſſo reficienda,& præterq; in dam.datis a' dicto minore cũ animalibus, in quibus caſibus ipſos teneri uolumus. ¶ Si uero fuerint maiores octo annis, minores tamen duodecim, qualibet prædictarum uiarum contra eos procedi poſſit condẽnentur tamen & puniantur in medietate pœnæ, in qua ueniret condãnandus ſi eſſet maior. ¶ Maiores uero duodecim annorum in quolibet caſu d.d. ad integram pœnam teneantur, & contra eos ueluti maiores xxv. procedi poſſit ac ualeat.

De probationibus fiendis in dam.datis. Rubrica V.

QVoniam ob probationum anguſtias dãnorum impunitas ſequitur, ob quam euitãdam. Statuimus & ordinamus, ꝙ in oĩbus & ſingulis dam. datis, ſeu dandis, quibuſcunq; ꝓbatio unius teſtis, cum iuramento dãnum paſſi uel accuſatoris ducentis in ſua accuſatione,uel accuſatione uidiſſe aliquem, ſeu aliquos dam.dantes, perſonaliter, uel cũ beſtiis, in poſſeſſionibus, uel rebus ſuis propriis, uel conductis credatur, & pro legitima & plena probatione habeatur uſq; ad integram pœnam uice qualibet, de qua pœna medietas Cõmunitati Maceratæ,& alia medietas ipſi accuſatori patrono applicet̃ ꝑ Si uero per unum teſtem tantum exhibeatur uel fuit probatio, credat̃ ut ſupra dicto teſti, uſq; ad quantitatem xxxx. ſolidorum monetæ, & ſic uſq; ad medietatem unius floreni aſſertioni, etiam iuratæ accuſatoris uel denuntiatoris de uiſu alterius teſtimonio minime munite uſque ad eandem ſummam xxxx. ſolidorum credatur, dũ tamen ſic cum iuramento aſſerens habeatur pro homine bonæ cõditionis & famæ. ¶ Item pro plena probatione haberi uolumus, uſq; ad quantitatem unius floreni, inuentionem factam per maiorem officialem ſcribentẽ ſe uidiſſe talem perſonaliter, uel cum beſtiis uel beſtias tantum dam. dantes. Necnon relationem

lationem iuratam bayuli publici de commiſſione dicti officialis ad comperiendum taliter dam. dantes tranſmiſſi, & ut ſupra deponentis uſq; ad eandem quãtitatem credi uolumus ¶ Idemq; diſpoſitum intelligatur in relatione cuſtodis, uel guardiæ ad hoc particulariter depbiatæ & iuratæ ℙ Sin autem cum aſſerctione maioris officialis de uiſu, aut bayuli, & cuſtodis concurrat fides & atteſtatio unius teſtis fidedigni de uiſu, aut cum eorum aſſertione concurrat fides & atteſtatio pariter de uiſu alius officialis notarii, ſeu cuſtodis ad id particulariter deputati credatur uſq; ad integram pœnarum quantitatem quomodolibet in præſenti uolumine ſtatutorum explicitam. Sicut ſi per duos idoneos & fidedignos teſtes probaretur. ¶ Et ſi in quolibet prædictorum caſuum exciperetur de idoneitate teſtium ſtetur quandocunq; arbitrio D. Priorum pro tempore. ℙ In omnibus autem ſupradictis caſibus uolumus admitti debere probationem negatiuam dummodo præponatur probanda, & cum effectu probetur per tres idoneos teſtes, & omni exceptione maiores, & probetur legitime coarctato loco & tempore. Quo caſu tantum & non aliter, nec alio modo intelligatur excluſa & ſuperata probatio affirmatiua, & nihilominus ſic deponentes affirmatiuam puniantur pœna decem florenorum pro quolibet occaſione aſſerctæ falſæ aſſerctionis & periurii, & caſu quo dicti negatiuam deponentes, falſum deponere comperirentur, eadem teneantur pœna. ℙ In omnibus uero accuſationibus proponendis ab accuſatis cõtra ſuos accuſatores nolumus recipi ꝓbationes, & accuſas niſi poſt duos mẽſes poſt accuſationem contra eos factam, nec recipi, & credi niſi teſtes & teſtibus ad minus duobus numero omni exceptione maioribus. ℙ Volumus autem ꝙ in omnibus & ſingulis dam. datis non admittantur ad teſtimonium perhibendum teſtes tam mares quam fœminæ, minores duodecim annorum, maiores uero dictæ ætatis, tam mares quam fœminæ ad teſtificandum admittantur, ipſiſq; plena adhibeatur fides eorumq; probationes pro legitimis habeantur, non obſtãte minori ætate xxv. annorum, & ſexu muliebri. Pariterq; à teſtimoniis perhibẽdis in dictis d. d. amouãtur, ita ut nulla prorſus eis fides detur, exiſtẽtes de familia accuſatoris, uel denũtiatoris, & in una eademq; familia & domo habitatores eorũdemq; familiares & domeſtici cõtinui, famuli adminiſtratores, & factores. Quorum omnium & ſingulorum dictis ad aliquam pecuniarum quãtitatem minime credatur.

Qualiter pater pro filio, & Dñs pro famulo teneantur. Rubrica VI.

ORdinamus quoq; & ſtatuimus, ꝙ in omnibus & ſingulis dam. datis cõmiſſis, & committendis, tam quo ad pœnam, ꝙ quo ad extimationem damni, pater pro filio teneatur uſq; ad integram legitimam, quæ ſi tunc temporis ab inteſtato decederet filio obueniret. ℙ Dominus autẽ tantum pro ea quantitate ſalarii, in qua tunc temporis eſſet debitor famuli, uel famulæ dam. dantis, teneatur modis oĩbus pro dam. datis uel dandis à ſuis famulis uel famulabus, tam quo ad refectionem damni illati, ꝙ quo ad pœnã. ℙ Declaratione in hoc adhibita, ꝙ ſi ſalarium ab ipſo, ut ſupra dictũ ad integram ſatisfactionẽ extimationis dãni, & pœnæ nõ ſufficeret potior ſit cauſa emendationis damni faciẽdæ dam. paſſo, ita ut in primis ei facta de dicto ſalario ſatisfactione, reliquũ quod ſupererit in cãm pœnæ cædat ℙ Volumus aũt ſuper quãtitate ſalarii, ut ſupra debiti credi aſſertioni iuratæ Domini explicata ſalarii quãtitate continẽti. Iᵗᵃ tamẽ & admitti poſſit probatio in contrarium, & ſi in maiori quantitate ſalarii debitorem eſſe, uel tunc temporis fuiſſe compertum fuerit, illud plus dato ꝙ ab eo ſubinde dictis famulis fuiſſet exburſatum, iterum cogaᵗ ſoluere ꝑ extimatione dãni & pœnæ, & nihilominus occaſione periurii puniaᵗ in pœnam, x. florenorum, ipſo iure & facto, noſtro Cõmuni applicandorum.

De portionibus pœnarum tangentibus officialibus. Rubrica VII.

SAncimus rurſus, ꝙ maior Officialis damnorum datorum, in omnibus & ſingulis inuentionibus, accuſationibus, & denuntiationibus, ac furtis minutarum rerum quomo-

O

docunq; per ipſos uel aliis faciendis, tam de dam. dat. perſonaliter quam cum beſtiis te=neatur & procedere debeat contra damnum dantes, & delinquẽtes, pro ut in ſtatutis præ=ſentis uoluminis comprehenſum ac declaratum eſt, repertoſque culpabiles punire, ac con=demnare ſecundum formam dictorum ſtatutorũ. ℭ Dictusq; officialis de omnibus & ſin=gulis pœnis quomodocunq;, & qualitercunq; in præſenti uolumine declaratis & irroga=tis, niſi aliter applicatas fuiſſe reperietur, cum effectu habere debeat & obtinere quartam partem. Ita tamẽ, quod dicta quarta pars cõmẽſurari debeat, & ſolui eidem, & nõ aliter re=ſpectu eius quantitatis pœnarum, & de dicta quantitate quam ipſe cum effectu deuenire fecerit in Communi, & in manibus publici Camerarii, eandemq; quartam partem recipe=re tantum poſſit, & debeat per manus Camerarii prædicti Communis, & in præſentia Ma=gnificorum Dominorum Priorum, pro tempore, qui iuxta eorum conſcientias intueri de=beant, an dictæ pœnæ legitime exactæ fuerint, ac de licitis inuentionibus, & accuſatio=ne procul omni fraude & malitia, dictis officialis, & ſi in aliqua fraude dictus officialis compertus fuerit, præmiſſa debita dictæ fraudis annotatione facienda de commiſione dictorum Dominorum Priorum tempore ſui ſcindicatus, pro uice qualibet puniatur, pœ=na uiginti florenorum, retinendorum de ſuo ſalario, per dictum Camerarium, de man=dato Scindicatorum, aut dictorum Dominorum Priorum. ℭ In qua retentione ſi dictus Camerarius negligens fuerit pœnam decem florenorum ipſo iure & facto incurrat, quam de ſuo proprio ſoluere teneatur, eiuſque fiat exactio ſummarie, & de facto omni iuris or=dine prætermiſſo.

De licentiis dandis, & abolitione concedenda in dam. dat. Rubrica VIII.

ITem ordinamus, & diſponimus, q; liceat domino & poſſeſſori rei, non tamen coptuma=tariis laboratoribus, aut colonis eorumq; procuratoribus, aut ſcindico alicuius Eccleſiæ ſeu alterius cuiuſcunq; perſonæ legitimum mandatum habẽti dare & concedere licẽtiam omnibus & ſingulis perſonis quibus dare & concedere uoluerit eundi ad eorum poſſeſſio=nes, & in eis ligna faciendi, fructus colligẽdi, damnumq; inferendi perſonaliter, uel cum beſtiis, ſine aliqua pœna, dummodo de dicta licentia conſtet manu publici Notarii, uel per duos teſtes, aut ſaltem per unum teſtem, cum ſacramento Domini uel poſſeſſoris re=rum & poſſeſſionum prædictarum, cui cum ſacramento dicti Domini, uel poſſeſſoris cre=datur, & habeatur pro plena & legitima probatione. ¶ Taliterq; habẽtes licẽtiam per di=ctum officialem dam. dat. aut eius familiam, nullo modo moleſtari poſſint, ac contra eos procedi cum declaratione q; dictæ licentiæ elapſo Anno, a' die datæ licentiæ (niſi erunt renouatæ, uel denuo conceſſæ) nullius ſint roboris uel momenti. ¶ Et pariter q; incidentes ligna in alienis poſſeſſionibus cum licentia patronorum, eis licentia prædicta non ſuffra=getur, niſi prædicta ligna inciſerit cum ſcitu unius teſtis. ¶ Similiter nõ ſuffragetur in habẽ=tibus licentiam exportandi cannas de uineis, niſi adfuerit ſcitus, & præſentia unius teſtis. ℭ Necnon ſtatuimus q; ſi quis accuſauerit, uel denuntiauerit in ſcriptis uel uoce aliquem damnum dantem perſonaliter, uel cum beſtiis & ipſum retrahere uoluerit a' dicta accuſa, uel denuntia illamq; aboleri, eidem liceat infra quinque dies tantum a' die propoſitæ ac=cuſæ, uel denuntiæ, ante tamen ſententiam condemnatoriam in ſcriptis coram officiale maiore dam. dat. retrahere & aboleri facere quibus quinque diebus, tranſactis, uel ſubſe=cuta dicta ſententia abolitio, & retractio prædicta omnino denegetur. ℭ Subſecuta autem legitime infra tempora prædicta abolitione, nullatenes dictus accuſatus, uel denuntiatus moleſtetur, perinde ac ſi unquam minime accuſatus & denuntiatus fuiſſet & damnum nõ dediſſet. ℭ Volumus autem q; antequam abolitio uel retractio ſcribatur & concedatur a' dicto maiori officiale teneatur in primis dictus aboleri faciens, & retrahens pro qualibet accuſa, ſeu denuntiatione, ſoluere bononenos quatuor in manibus Camerarii Montis

Pietatis

Pietatis als abolitio & retractio prædicta ſit nullius roboris & momēti. ❡ Præſens autem ſtatutum de abolitione concedenda nullatenus ex tenore nouæ reformationis habeat locum in dam.datis, & factis manualiter, in quibus abolitio & pax nullatenus damnum dāti opituletur. ⁋ Et ſimiliter pax & abolitio non ſuffragetur in dam.dat. in uineis, & cānetis per beſtias bouinas, bufalinas, equinas, mulinas, aſininas, & porcinas. In cæteris ſuum robur obtinere poſſit & debeat. ❡ Et pariter denegeť in denuntiationibus, & accuſationibus cum iuramento tantum factis ob euitandum periurium.

De extimationibus damnorum datorum, & de portionibus tangentibus damnum paſſis. Rubrica IX.

ITem ſancimus ꝙ pro legitima extimatione omnium & quorūcunq; damnorum datorū per M. Dominos Reformatores Ciuitatis Maceratæ eligi ac particulariter deputari debeant duo probi uiri de Regimine pro quolibet quarterio, ſicq; deputati particulariter in uno quarterio teneantur extimare damna data hominibus de illo quarterio delato tamē prius per M. Dominos Priores pro tempore ipſis iuramēto de fideliter extimando, remotis ab ipſis odio, amore, & timore, & omni fraude ipſorumq; extimationibus faciendis partes ſtare debeant tacitæ, & contentæ omni reclamatione recurſu appellatione, & quacūq; alia contradictione remotis. ❡ Et caſu quo contingeret damna inferri per dictos ſic deputatos extimatores, uel aliquos de ipſorum familia, aut per aliquos eorum conſanguineos & affines uſque in tertium gradum, ſecundum ius Canonicum computandum, tunc ad inſtantiam damnum paſſi, Magnifici Domini Priores pro tempore teneātur deputare duos alios probos uiros de Regimine, eorum arbitrio, de quarterio damnum paſſi. Qui medio iuramento, ut ſupra habeant extimare dicta damna, & ipſorum pariter extimationi, ut ſupra partes acquieſcere debeant, extimatores autem prædicti ſinguli pro eorum labore, & mercede, non poſſint aut ualeant petere, aut conſequi niſi duos bononenos pro quolibet milliare illorum quæ fieri contigerit a' Ciuitate prædicta uſque ad locum damni illati. Quam mercedem teneantur exigere ſolum a' damno dante, & non alio. ❡ In caſu uero in quo partes eſſent in concordia, ut extimatio fieret per duos probos uiros concorditer electos, habeatur per inde, ac ſi uere facta eſſet per dictos homines, ad id ut ſupra deputatos. ⁋ Per actaq; dicta extimatione dictus maior officialis teneatur ſtatim cogere damnum dātes omnibus remediis opportunis ad emendationem prædictam ſummarie, & de facto, iuriſq; ordine non ſeruato ⁋ Volumus autem & diſponimus ꝙ ſit & eſſe debeat in electione uoluntate & poteſtate damnum paſſi, an uelit petere, & conſequi extimationem prædictam, an autem medietatem pœnæ, in qua dam.dantes erunt condemnati, uel condemnādi, ita ut ſi potius unam ꝙ̄ alteram petierit eamq; elegerit conſequatur, & ab alterius petitione excludatur, ita ut ſi extimationem petierit a' pœnæ medietatis conſecutione, & ſi ad pœnæ medietatem egerit ab extimationis cōſecutione omnino repellatur, & per præſens ſtatutum excluſus intelligatur.

De cuſtodiis dam.datorum. Rubrica X.

CVſtodiæ ſiue guardiæ dam.datorum deputētur officialibus pro tempore dam.datorū, prout actenus conſuetum eſt. ❡ Et ſi euenerit ꝙ aliquis dictorū cuſtodū ad id de more deputatus non poſſit accedere ad inſeruiendū dictis officialibus ꝓpter abſentiam, infirmitatem, uel aliud iuſtum impedimentum nō poſſit in locū ſic impediti eligi aliquis, uel ſubrogari per dictum officialē aut eius familiam niſi de ſcientia & expſſo mandato D.Priorū pro tēpore. ⁋ Et ſi dicti cuſtodes ſine cōſenſu & ſcientia ꝑfatorum ad requiſitionem tantū officialis irent ad eidem inſeruiendū inuentiones factæ non ualeāt, & ſint ipſo iure nullæ.

¶In caſu uero quo dicti custodes ſeu guardiæ per duos dies ante monitæ, a' dicto officiali pro tempore non irent ad ei inſeruiendum, ut tenentur hucuſq; de more, teneatur quilibet ſic contrafaciens ad pœnam quatuor bononeñ. pro qualibet uice dicto officiali applicanda, dummodo fuerit ut ſupra monitus, alias ad dictam pœnam non teneat. ¶Diſponimus pariter q; caſu quo dictus officialis ad effectum indebite ſuperlucrandi dictam pœnam, plures q̃ moris eſt custodes ſeu guardias moneret ad eundũ eius ſeruitiis in officio prædicto ad hoc ut interplures monitos aliquis comperiatur negligens, qui ſoluat pœnam, uel fraudulenter cum aliquo ex dictis guardiis ſe concordauerit in'tolleràdo, ut nõ ueniat aliquis eius ſeruitiis dũmodo dicto officiali dicti quatuor bonoñ. uel plus & minus ſoluatur, pœna x. floreñ. uice, qualibet dictus officialis caſu quolibet ex p̃dictis puniat.

De duplicatione & augmentatione pœnarum. Rubrica. XI.

STatuimus & ordinamus, q; omnes & ſingulæ pœnæ dam. dat. in præſenti uolumine contentæ, & declaratæ, ſi dam. data commiſſa, uel illata fuerint noctis tempore perſonaliter uel animalibus, in quolibet caſu dam. dati, duplicentur, & nox intelligatur de ſero poſt ſonum Campanæ quæ pulſatur de ſero, ad Laudes uſq; & ante ſonũ campanæ, quæ pulſatur de mane ad primam ſeu ad Laudes, necnon ſi contigerit dãnum inferri per maiorem officialem dam. datorum, ſeu eius Notarios, officiales, & custodes, ſeu guardias quomodolibet perſonaliter uel cum beſtiis, pariter pœna duplicetur. ¶Et ſi præfatorũ aliqui damnum dederint de nocte, pœna quadruplicata intelligat. ¶Volumus pariter ac diſponimus, q; ſi aliquis Ciuis uel habitator huius Ciuitatis, ac etiam foreſiſs per quatuor uices fuerit occaſione dam. datorum condẽnatus, & penitus quomodolibet per noſtros Iudices ſeu officiales tanq̃ incorrigibiles qualibet uice, ultra dictas quatuor uices, pœnę eis duplicentur. ¶Et ſi damna fuerint facta de nocte, quatruplicẽtur, & nihilominus ultra pœnas prædictas arbitrio D. Priorum, & Prætoris pro tẽpore tribus ictibus funis publice torqueãtur, aut fuſtigentur, aut in exilium mittantur, prout ipſis iuxta qualitatem perſonarum, & damnorum illatorum conueniens magis uidebit. ¶Quorum pariter arbitrio, & declaratione præmiſſis puniantur pœnis, non ualentes de pœnis ab eis incurſis propter damna data ſoluere, & ſatisfacere in peccuniis, aut ære, omnibus & ſingulis quibus ſatsfieri debet iuxta noſtrorum ſtatutorum ſanctiones.

De beneficiis, confeſſionis pacis, ſolutionis infra tempus habendis in damnis datis ab animalibus. Rubrica XII.

ITem ſtatuimus q; ſi aliquis fuerit inuentus, accuſatus, & denuntiatus ab aliquo generaliter uel particulariter occaſione dam. datorum cum beſtiis, & anteq̃ ob id moleſtetur, uel in prima citatione explicate, & perfecte cum uera aſſignatione qualitatis & quantitatis beſtiarum quæ damna dederint, ac qualitatis damni & loci, in quo factum fuerit, dicto maiori officiali, aut eius notario confeſſus fuerit damnum ob talem confeſſionem, quartã partem pœnæ lucretur, quæ confeſſio nullatenus ei ſuffragetur, ſi ſubſecuta fuerit poſtq̃ negauerit dãnum dediſſe, uel poſt ſententiam condemnatoriam. ¶Item ſi præfatus dam. dans, de dam dato per beſtias a' damno paſſo, uel ſcindicis Eccleſiarum, uel a' quocunq; ad id ſufficiens mandatum habentẽ, aut legitimis tutoribus & curatoribus datiuis, ſiue teſtamentanis pacem habuerint uel obtinuerint, & quandocũq; de ea docuerit ante ſententiam condemnatoriam, uel in dicto tempore damnum paſſum coram dicto maiore officiale conduxerit afferentem uerbo pacem de tali dãno eidem feciſſe, ſimiliter quarta pars pœnæ eidem remittat. ¶Tandemq; ſi infra quindecim dies poſt ſententiam condẽnatoriam ſiue intimata fuerit, ſiue nõ, integraliter & ſine aliqua diminutione in pecunia, quibus debetur de pœna debita ſatisfecerit. alia quarta pars remittatur, ita ut qui digni erunt, omnibus præſa

bus præfatis beneficiis ad quartam partem pœnæ, & non ultra teneatur. ¶ Quarta autem pars ſemper dinumerari, debeat etiam poſt admiſſionẽ unius ex præmiſſis beneficiis reſpe ctu integre quantitatis. In qua ſi aliquod beneficium non concederetur fuiſſet condemna tus ¶ Præſens autem ſtatutum locum habeat in damnis quomodolibet per beſtias datis, exceptis illis in quibus particulariter cautum eſt pacem aliquid non operari nec illam de bere admitti, in quibus pariter uolumus aliquod de præmiſſis beneficiis non admitti, ſicut pariter in dam datis manualiter cautum eſt.

In quibus caſibus damnum dantes non teneantur niſi ad emendam & extimationem damni. Rubrica. XIII.

ITem diſponimus ꝙ dam. dantes perſonaliter, uel cum beſtiis in locis & poſſeſſionibus earum perſonarum quæ quomodolibet occaſione cuiuſcũq; conceſſionis, uel priuilegii, aut alia ex cauſa, ſi ipſæ perſonaliter uel cum beſtiis dam. darent in locis & poſſeſſionibus de territorio noſtri Cõmunis, non teneantur ad aliquem pœnam, ſed tantũ ad emendam damni, pariter & ſeruetur æqualitas, præfati omnes & ſinguli dãnum dantes non teneantur pariter ad aliquam pœnam, quinimmo ab illa ſint liberi, & immunes, ſed tantum obligati ſint ad emendationem damni, per homines ad id deputatos de qualibet contrata extimandi, niſi in caſu in quo præfati damnum paſſi, qui quauis ex cauſa ut ſupra, excuſari poſſint, declarauerint per inſtrumentum per Cancellarium noſtri Communis conficiendum, & in libris publicis in ſcriptis redigendum cum opportunis renũtiationibus, ſe uelle ſubiacere in futurum pœnis omnibus & ſingulis in dam. datis uel dandis quomodolibet perſonaliter, uel cũ beſtiis per noſtra ſtatuta declaratis & irrogatis, quo caſu facta tali declaratione præfati dam dantes ad pœnam teneantur ſicut alii dam. dantes in poſſeſſionibus illorum qui ex quauis cauſa á ſatisfactione & incurſura pœnarum ſeipſos aut eorum bona defendere non poſſunt.

De fauore officiali damnorum datorum faciendo per Poteſtatem, Priores & Officiales. Rubrica XIIII.

ITem ſtatuimus ꝙ Poteſtas & eius Officiales, ac pro tempore Priores Ciuitatis, teneantur & debeant ad omnem requiſitionem dicti maioris officialis dam. dat. eidem præſtare auxilium conſilium & fauorem in celebrandis conſiliis & propoſitis admittendis, & in mandando debitæ executioni, omnia & ſingula quomodolibet ſpectantia, pertinentia, & incũbentia ſuo officio, & in fieri faciendo bãnimenta ad eius inſtantiam, & ꝓbendo aditum & cõmoditatem tam Palatii uſui D. Poteſtatis, ꝙ Palatii uſui D. Priorum deſeruiẽtis, necnõ carceris Cõmunis, & clauium poteſtatem cauſa cogendi, & detinẽdi reos, & teſtes, & alios qui carcerari poterunt. ¶ Nec non Poteſtas pro tempore quatenus ab illo fuerit requiſitus teneatur eidem in cauſarum cognitione & deciſione conſulere. ¶ Necnon tubicines, & bayuli in faciendo bandimenta, citationes, & relationes, & alia huiuſmodi eidẽ omnino parere, & obedire totiens quotiens fuerint requiſiti, teneantur & debeant. ¶ Et quicũq; ſupra nominati fuerint contrauentores, pœna xx. lib. uice qualibet committenda, & noſtro Cõmuni applicanda, & de ipſorum ſalariis retinenda puniantur.

Quod officialis d.d. poſſit inquirere contra laborantes diebus feſtiuis Rub. XV.

ITem ſtatuimus & ordinamus ꝙ dictus maior officialis & ſui notarii, teneantur & debeant inquirere, & inueſtigare contra omnes & ſingulas perſonas quæ diebus feſtiuis extra dictam Ciuitatem laborarent, & in aliqua arte ſeu rurali & ſeruili, aliquo exertitio, ſe exercerent, contra & præter formam noſtrorũ ſtatutorũ, præfatosq; taliter repertos minime dies

feſtiuos cuſtodientes, teneatur ac debeat de facto punire, aut pro ut dicto officiali uidebit ſine aliqua condemnatione in ſcriptis ferenda, realiter & perſonaliter omnibus remediis opportunis cogere ad ſoluendum debitam pœnam, talibus contrauentoribus per alia noſtra ſtatuta irrogatam. Quarum pœnarum in futurū exigendarum, quarta pars habito reſpectu ad ſummam pœnæ, quæ cum effectu exigitur dicto officiali inuentori, & reliquum totius pœnæ Sacro Monti pietatis applicetur. ¶ Teneatur tamē dictus officialis de nominibus dictorum contrauentorum, & pœnarum quas exigi contigerit in ſcriptis mētionem facere, & retinere in eorum libris, & iuriſdictio circa ꝑmiſſa dicti officialis extendatur uſq; ad portas Ciuitatis, in quibus licitum ſit, per inuentionem procedere contra exportātes ligna, blada, & ſimilia gerentes dictis diebus feſtiuis

De pœna denegantis nomen ſuum officiali, ac poſſeſſionem in qua dicitur feciſſe damnum. Rubrica XVI.

AD obuiandum malitiis uolentiū officiales deludere, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi qua perſona inuenta dam. dare, aut accuſata & denuntiata nomen ſuum propriū pronomen, & patriam dicere & manifeſtare recuſauerit, uel negauerit aut aliter ꝙ̄ ꝓprio nomine nomen ſuū cōmutādo dixerit ſe uocari maiori officiali, uel alicui ex ſuis notariis & officialibus de facto puniatur, uice qualibet, in pœna quinq; floreñ. pro tertia parte dicto maiori officiali, & pro aliis duabus tertiis partibus ſacro Monti Pietatis applicanda. ¶ Pariterq; diſponimus ꝙ ſi quis fuerit accuſatus, uel denuntiatus de dam. datis perſonaliter, uel cum beſtiis, & negauerit poſſeſſionem cuius gratia fuerit accuſatus pertinere ad accuſatorē ſiue denuntiatorem talis accuſatus, uel denuntiatus teneatur & debeat probare infra quinque dies continuos, á die excuſationis ſuę computandos poſſeſſionem & locum, in quo damdatum eſſe dicitur, & in accuſatione uel denūtiatione contentum ad dictum accuſatorem uel denuntiatorem non pertinere, & ſi id infra dictum terminum ſufficienter, & legitime probare non poterit, ultra condemnationem expenſarum damnorum, & intereſſe præuia debita taxatione ad fauorem accuſatoris facienda, uice qualibet puniatur pœna duorum florenorum, ut ſupra applicandorum.

Quod officialis poſſit de ſimilibus ad ſimilia procedere, & condemnare in damnis datis. Rubrica XVII.

STatuimus & ordinamus ꝙ in omnibus & ſingulis dam. datis, & caſibus dam. datorum perſonaliter, uel cum animalibus, etiam in furtis minutarum rerum, in quibus particulariter non eſſet ordinata, determinata, & ſpecificata pœna tenore alicuius ſtatuti in uoluminibus noſtrorum ſtatutorum comprehenſi, dictus maior officialis poſſit procedere, punire condemnare, & exequi de ſimilibus ad ſimilia. ¶ Et ſi ſimiles caſus non reperirentur tunc idem officialis poſſit procedere punire & exequi ſuo arbitrio, uſque ad quantitatem unius floreni, conſiderata tamen qualitate delicti, ſeu damni dati, & perſonarum damnū dantium qualitate & conditione.

De fontibus, pontibus, uiis, foſſatis faciendis, & aptandis, & diligentia officialis dam. dat. Rubrica XVIII.

MAior etiam officialis d. d. ultra alia ei iniuncta onera in ſuperioribus ſtatutis, teneatur quolibet anno ſui officii, de menſe Aprilis, & Maii, cum ſcientia & conſenſu, ac cōſilio D. Priorum pro tempore, ac pro ut illis magis expediens uidebitur, totis uiribus, & cū operis complemento, ita & taliter ſe diligenter gerere & curare, ꝙ omnino Pontes, fontes ſtratæ, & uiæ dicti Cōmunis, etiam uicinales, necnon in principio menſis Aprilis, & fouei,

ſeu foſſata

ſeu foſſata iuxta poſſeſſiones priuatorum, & uias publicas Cõmunis, maxime illa ob quæ aliquod damnum & incõmodum cauſaretur in dictis uiis publicis aptentur, accõmodent & inconuenientem, ac habilem ſtatum & cõmodum uſum reſtituant reſpectiue omnibus modis debitis & opportunis, ita ut ſufficienter facta in prædictis diligentia & opera nullũ incõmodum dictis uiis publicis ac euntibus & redeuntibus aliiſq; pareatur, illorum tamen ſumptibus & expenſis, prout D. Prioribus pro tempore uidebit & placebit, ſub pœna quatuor florenorum, uice qualibet a' dicto maiore officiale. Si in prædictis quouis modo negligens fuerit cõmittenda & Sacro monti Pietatis applicãda, & ſub eadem pœna a b illis circa refectionem prædictam in obedientibus, pariter ut ſupra cõmittenda, & pro refectione prædictarum uiarum, pontium, & fontium, arbitrio D. Priorum, pro tempore applicanda. ¶ Nolumus tamen per præſens ſtatutũ aliis derogare, quibus tale uel ſimile onus Scindico Communitatis imponeretur nec e' contra.

Quod mandantes fieri damna eadem teneantur pœna ſicut illa facientes, & commitentes. Rubrica XIX.

QVia in nonnullis ſtatutis damnificantibus tantum pœnæ irrogãtur, & ob id in dubium refricari ſoleat, qua pœna ueniant puniendi, illi qui mandarũt fieri damna. Statuimus q; ſiue ſimus in dam. dat. cum beſtiis ſiue in dam. dat. perſonaliter, uel furtis minutarum rerum, mandans & ille de cuius commiſſione factum eſt damnum uel furtum dictarum minutarum rerum, eiſdem pœnis, ſiue pecuniariis, ſiue corporis afflictiuis, teneat & puniri debeat, quibus ipſimet damnificantes punirentur. Eodemq; tempore ad eaſdem pœnas contra ambos procedi poſſit & ualeat. ¶ Omniaq; ſtatuta tam quo ad irrogandas pœnas facta q̃ pro diminuendis pœnis condita, æqualiter in dãnificante, & dãnificari faciente obſeruẽtur. ¶ Auxiliatores uero dãna dantiũ, qui in ipſo dãno faciẽdo operã aliquã pſtant, ad medietatẽ illius pœnæ teneãtur, in qua dam. dãtes ueniũt puniẽdi. ¶ Cõſultores aũt & tractatores niſi in facto auxiliũ aliquod pſtiterint, & nõ ſint de principaliter fieri facientibus, ad nullã pœnam teneantur. ¶ Et ſi fuerint plures mandatores omnes eadem pœna inſolidum teneantur, & unica præſtatione pœnæ omnes liberentur. ¶ Auxiliatorũ uero plurium ſinguli ad ſuam ſupradictam pœnæ medietatem teneantur.

De beſtiis equinis, mulinis, bouinis, & bubalinis, dam. dantibus, in prima & ſecunda ſenata, & quæ beſtiæ infra dictas ſenatas retineri non poſſint noctis tempore. Rubrica XX.

ITem ad remouendum damna, quæ ſæpe ſæpius noctis tempore inferuntur in poſſeſſionibus Ciuium & habitatorum Ciuitatis Maceratæ in eius territorio poſitis. Ordinamus pariter & decernimus q; aliqua perſona dictæ Ciuitatis, uel aliunde, cuiuſcunq; conditionis exiſtat, non audeat dare nec inferre dãnum de nocte cũ beſtiis equinis, mulinis, bouinis, & bubalinis, & aſininis, in uineis, bladis, hortis, cãnetis, pratis, terris giſſatis, paſtinatis, quas appellatione uineæ ſemper proprie in qualibet materia ſemper odioſa & pœnali comprehendi uolumus, poſitis in prima, ſecunda, & tertia ſenatis, ſub pœna duorum florenorum monetæ, pro qualibet dictarum beſtiarum, & uice qualibet cõmittenda. ¶ Et ſi de prædictis damnis fuerit a' damnum paſſo facta pax, pro medietate diminuatur, ſine aliquo preiudicio portionis reſidui dictæ pœnæ, aut extimationis dam. dati paſſo applicandæ. ¶ Referuamus tamen in hoc q; ſi beſtiæ prædictæ dam. darent in pratis, & terris giſſatis, poſitis in tertia ſenata, non habeat locum dicta pœna, ſed alia ſeruentur ſtatuta de materia loquentia. ¶ Addentes q; dicta animalia mulina, uel equina, nec non caprina, nullo modo de nocte tantum poſſint ſtare & pernoctari, ac ad effectum pdictum pernoctandi, retineri in poſſeſſionibus poſitis in prima, & ſecunda ſenatis, ſub pœna pdicta, ut ſupra cõmittenda, niſi in

poſſeſſionibus propriis, non autem quomodolibet cōductis, quas dūtaxat excipimus. ¶ Et inſuper ſtatuimus ꝙ nemini liceat per ſe, uel alium retinere, & retineri facere ultra ſex capras aut beſtias caprinas, & ſi plures retinere uoluerit, id permittatur uolenti retinere in quinta tantum ſenata ¶ Contrafacientes autem pro qualibet ex prædictis beſtiis, & uice qualibet, pœna uiginti ſolidorum condemnentur.

De pœna conducentium ſues, aut porcos infra primam, & ſecūdam ſenatam, ac pro illis debattentium arbores. Rubrica XXI.

ITem ordinamus, ꝙ nullus de dicta Ciuitate, uel in ea inhabitans, cuiuſcūq; conditionis exiſtat, audeat uel præſumat ducere porcos ad paſcendū, ſiue paſculandum, etiam in locis in quibus nullum dānum inferri poſſet, infra primam & ſecūdam ſenatam, ſub pœna trium florenorum, pro quolibet conductore contrafaciente, & uice qualibet cōmittenda, exceptis in propriis poſſeſſionibus, non autem conductis, in qbus nulla pœna cōmittatur. ¶ Et ſimiliter ad aliquam pœnam non teneantur conducentes porcos ad paſcendum in tertia, quarta, & quinta ſenatis, niſi dicti cōductores pro dictis porcis depaſcēdis dam dederint, fructus cadere faciendo debatteñ. aut alio modo dam. faciendo, in arboribus fructiferis, ut puta, malis, nucibus, ficubus, amigdalis, piris, & huiuſmodi ſimilia, poma & fructus poſitis in dictis tertia, quarta, & quinta ſenatis, tamen extra ſyluas exiſtētibus. ¶ Quo caſu conductorem quemlibet & ſic dānum facientes, uice qualibet, & pro qualibet arbore ſic debatuta, ad pœnam prædictam teneri uolumus. Quæ pœna pro medietate diminuatur ſi præfatæ arbores fructiferæ ſic ut ſupra, dānificatæ ſitæ eſſent intra ſyluas. ¶ Eueniēte autem dubio, an aliquæ arbores propter propinquitatem, & uicinitatē ſint intra uel extra ſyluas, ſtetur arbitrio & declarationi extimatorum per Cōmunitatem electorum ſuper dam. datis ¶ Et in in huiuſmodi dāni datis in arboribus fructiferis intra ſyluas exiſtentibus, nō poſſit procedi per maiorem officialem dam. datorum, aut eius familiam, niſi de uoluntate patronorum dictarum ſyluarum. ¶ Eueniente autem caſu quo huiuſmodi damna fiant in arboribus prædictis fructiferis exiſtentibus infra primam & ſecūdam ſenatam, eadem pœna, ut ſupra in omnibus irrogetur. Et nihilominus hoc caſu ultra pœnam hanc cōductor ex eo quia ad paſcendum porcos duxerint in prima & ſecunda ſenata, ſuperiori quoq; pœna aliorum trium florenorum pariter teneri uolumus. ¶ Et nihilomnus ultra pœnas ṗdictas in omnibus prædictis caſibus irrogatas, conductoribus, & dānificātibus prædictis animalia ipſa porcina, teneantur ad pœnas in noſtris ſtatutis comprehenſas, prout & ſicut in illis continetur. ¶ Et occaſione pœnarum in præſenti ſtatuto irrogatarum, caſu quo cuſtos & cōductor dictorum animalium haberi non poſſit, dominus eorum ultra ſalarium debitum ab eo dicto cuſtodi de ſuo ob male factam electionem teneatur uſq; ad quinquaginta bononeñ. ¶ Præſens ſtatutum uendicet locum etiam in cuſtodiēte unum porcum tantum & illius tantum gratia damnum dante.

De damno dato ab animalibus in arboribus fructiferis. Rubrica XXII.

PAriter uolumus & ordinamus, ꝙ ſi bos, uel uacca, iuuencus, uel iuuēca, bubalus, uel bubala, equus, uel equa, mulus uel mula, damnum dederint in arboribus fructiferis, exceptis arboribus oliuarum, de quibus infra diſponetur, ſiue pomis, & fructibus dictarū arborum corrodendo, ſeu alio quocunq; modo deguaſtando, dum tamen ob prædictū dānum arbores exſiccatæ non ſint, dominus uel cuſtos dictorum animalium, arbitrio maioris officialis dam. dat. uel dānum paſſi, condēnetur in ſolidis uiginti, pro quolibet dictorum animalium, & uice qualibet. ¶ Ad cuius pœnæ medietatem teneantur in damnis in dictis arboribus, & ipſarum fructibus datis per aſinum, aſinā, porcum, ſcrofam, & porcaſtram hyrcum, & capram. ¶ Cuſtos uero uel dominus ouium montonum, & caſtratorū, ad quartam

tantum

tantum partem pœnæ prædictæ, & ſic ad ſolidos quinq;, uice qualibet, & pro qualibet beſtia obligatus ſit. ¶ Si uero animalia bouina, bubalina, uel caprina, uel aliquod ipſorum, damnum dederit in arboribus oliuarum, ut ſupra ubicunq;, & in quacunq; ſenata exiſtentium corrodendo, aut aliquo modo deguaſtando, dominus uel cuſtos arbitrio dicti maioris officialis uel damnum paſſi condemnetur in ſolidis triginta, pro qualibet beſtia, & uice qualibet ¶ Pro aliis uero animalibus quibuſcunq; in dictis arboribus oliuarium damnum facientibus, in pœnam x x. ſolidorum condemnetur. ¶ Pro alleuiminibus uero lactãtibus animalium prædictorum in præſenti ſtatuto nominatorum damnũ dant. in omnibus prædictis arboribus teneantur reſpectiue ad medietatem eius pœnæ, ad quam ſi nõ eſſent alleuimina lactantia, ut ſupra ex tenore præſentis ſtatuti tenerentur, & obligati eſſent. ¶ Excipimus tamẽ a' prædicti ſtatuti diſpoſitione dam. data per dictas omnes & ſingulas beſtias in arboribus fructiferis, exceptis oliuis poſitis in quarta, uel in quinta ſenata in poſſeſſionibus tamen exiſtentibus infra dictam quartam ſenatam per tres annos elapſos non cultas Quoniam ad horum dam. datorum pœnam uolumus cuſtodes & dominos beſtiarũ damnum dantium teneri ad pœnas ꝑdictas, uolẽtibus, & cõſentiẽtibus dãnum paſſis, al's contra eos ad proceſſus, & pœnas deueniri non poſſit. ¶ In caſu uero quo factum fuerint præfatæ arbores ob huiuſmodi deroſiones, deuaſtationes, aut aliis quibuſuis modis infra annum, a' die illati damni arbitrio extimatorum ex publico electorum cum iuramento damnum paſſi ad totalem ſiccitatem deuenerint, ita prorſus aridæ ab ipſa radice euaſerint, ultra pœnas prædictas dicti domini uel cuſtodes ad refectionem dicti damni illati damnũ paſſo teneãtur. Ita ut hoc caſu damnum paſſus & medietatem pœnæ prædictæ, & extimationem prædictam cumulatiuæ conſequi poſſit, aliis ſtatutis non obſtantibus, & pariter cuſtos ultra pœnas prædictas. In quolibet ex prædictis caſibus incurrat, pœnam poſitam in ſequenti ſtatuto.

De pœna cuſtodis cuſtodientis animalia damnum dantia in locis prohibitis. Rubrica XXIII.

ORdinamus quoq; & ſtatuimus, q. ſi aliquis cuſtos animalis ſeu animalium fuerit inuentus per dictum Officialem maiorem dam. dat. aut eius notarios & officiales. tempore illati damni, uel dum infertur cuſtodire dicta animalia damnum dantia, ſicq; cuſtodiendo animalia tollerare eiſdemque conſentire, præfatus cuſtos ultra pœnas in præcedentibus ſtatutis impoſitas cuſtodibus, & beſtiis ipſis damnum dantibus particulariter ob ſui propriam culpam condemnetur & puniatur in pœnam centum ſolidorum, qualibet uice committenda, de qua nulla eidem poſſit fieri gratia, etiam per conſilium Credentiæ, ſed tantum ob pacem habitam a' damno paſſo pro medietate diminuatur.

De pœnis animalium damnum dantium in uinea, canneto, horto, bladis, leguminibus, ac lino. Rubrica XXIIII.

ORdinamus quoq; & ſtatuimus, q. ſi taurus, bos, uacca, iuuencus, uel iuuẽca, equus uel equa, mulus uel mula, alicuius perſonæ dam. dederit in horto, cãneto, & uinea in qualibet parte anni, & in bladis, leguminibus, uel lino, a' Calẽdis mẽſis Martii, uſq; ad Caleñ. Nouembris, dominus ſeu cuſtos arbitrio maioris officialis d. d. condẽnetur in ſolidis x x. pro quolibet dictorum animalium, & uice qualibet. ¶ Si uero Aſinus uel aſina, porcus uel porcaſtra, capra uel hircus, dictis locis & temporibus damnum dederit, ꝑ quolibet & uice qualibet, ad medietatem dictæ pœnæ condemnetur. ¶ Scropha aũt dictis locis & temporibus dam. inferente, pro qualibet & uice qualibet, pœna xx. ſolidorũ incurrat. ¶ Pecudibus uero ouinis, & uerucecinis, dam. dantibus dictis locis & tẽporibus, pro quolibet & uice qualibet ad pœnã iiii. ſolid. teneant. ¶ In caſu uero quo pulli equini, aſinini, & mulini uituli

ſuilli, agni, & hedi, utriuſq; ſexus lactantes, damnum intulerint in dictis locis præfato dei ſignato tempore. Ad medietatem earum pœnarum Dominus uel cuſtos, ut ſupra obligati ſint pro qualibet, & uice qualibet, ad quam ut ſupra, reſpectiue teneãtur in qualibet ſpecie dictorum animalium non lactantium. ¶ Pullo autem gallinaceo, cuiuſcunq; ſexus ſpeciei, & ætatis damnum dante dictis locis, & temporibus pro quolibet, & uice qualibet, ad pœnam unius ſolidi condemnetur. ¶ Bubalo uero uel bubala, in eiſdem locis, & temporibus damnum dante, ad pœnam x x x. ſolidorum pro quolibet, & uice qualibet, præfatus Dominus uel cuſtos condemnentur pro medietate ſoluendam, ſi pullus bubalinus damnum intulerint. ¶ Aliis autem temporibus, quam ut ſupra præfinitis, ſupradictis omnibus & ſingulis animalibus præfatis in locis, & rebus damna inferentibus, Dominus uel cuſtos ut ſupra ad medietatem, ſupra ſtatutarum pœnarum teneantur ſingula ſingulis congrue referendo. ¶ Cumq; ubi maius infertur, & inferri poteſt damnum pœnas augeri deceat ſtatuimus, quod in caſu quo præfata omnia & ſingula animalia prædictarum ſpecierum, ſexum & ætatis non in bladis, & ſegetibus pendentibus damnum dederint, ſed damna intulerint in bladis & ſegetibus, ac leguminibus cuiuſcunq; generis, & ſpeciei, & linis ſectis, aut é terra euulſis exiſtentibus in agris, uel areis compoſitis, & collectis, & quomodocũq; tam (ut uulgo dicitur in Caballectis) quam couis, & barchonis, & alio ſimili modo inſimul congeſtis, præfatæ omnes, & ſingulæ pœnæ, in caſu quolibet prædicto duplicẽtur, & ad duplicatam pœnam cuſtos ſiue dominus, ut ſupra teneãtur ſingulas duplicationes pœnarum ſingulis pœnis prædictis congrue referendo.

De pœnis animalium damnum dantium in pratis, & herbis giſſatis, fœno, & palea. Rubrica XXV.

BOue, uacca, iuuenco, aut iuuenca, bubalo, uel bubala, equo uel equa, mulo uel mula, damnum quomodolibet inferente, in pratis ſiue herbis giſſatis, & cuſtoditis á Calendis Menſis Martii, uſq; quo herbæ prædictæ fuerint ſectæ, & quatenus ſecari nõ contingeret á Calendis menſis Octobris, dominus ſeu cuſtos dictorum animalium ad pœnam ſolodorum quindecim, pro quolibet prædictorum animalium, & uice qualibet teneatur, ad cuius pœnæ medietatem obligatus ſit caſu quo damnum prædictis locis, & temporibus dari contigerit per aſinum uel aſinam, porcum & porcaſtram. ¶ Scrofa autem dam. dante in ſolidis decem, pro qualibet, & uice qualibet, & ad pœnam tãtum ſolidorũ trium pro quolibet, & uice qualibet teneatur, ſi in dictis locis, & tẽporibus dam. fuerit illatũ per beſtias ouinas, ſiue pecudinas. Prædictorum uero animalium alleuiminibus lactantibus dictis locis & temporibus damnũ inferentibus ad medietatem pœnarum ꝑdictarum reſpectiue teneantur. ¶ Extra autem dicta tempora animalibus porcinis dam. dantibus in pratis, Dominus ſiue cuſtos ad pœnam ſolidorũ decem pro quolibet, & uice qualibet obligatus ſit. ¶ Quæ pro medietate diminuatur ſi ex ꝑdictis animalibus illa quę erunt lactãtia in dictis pratis extra dicta tempora damna aliqua intulerint, iiſdemq; pœnis ſic, ut ſupra in quolibet prædictorum caſuum reſpectiue ſtatutis, dominus ſiue cuſtos teneatur ſi per dicta animalia damnum fuerit datum in fœno ſecto compoſito, uel non compoſito exiſtente tam in pratis, & agris, ꝙ alibi. ¶ Ita pariter ordinamus, ꝙ ſi bos, uacca, iuuencus, uel iuuenca, bubalus, uel bubala, equus uel equa, mulus uel mula, damnũ quomodolibet dabit, in palea, exiſtente in area, uel iuxta ipſam aream, compoſita uel nõ, aut alibi compoſita, in pœnam ſolidorũ decem, pro quolibet, & uice qualibet, dominus ſiue cuſtos teneatur, ad quã pœnam ſciant ſe obligatos. ¶ Si porcus uel porcaſtra, aut ſcrofa, in dictis paleis damnum dederint, & pro medietate diminuatur. ¶ In caſu quo damnum datum fuerit per aſinam, uel aſinum. Beſtiis autem caprinis, pecudinis, ſiue ouinis in dictis paleis damnum inferentibus, ad pœnam duorum ſolidorum pro qualibet, & uice qualibet teneat. ¶ Quæ pœnæ omnes & ſingulæ reſpectiue pro medietate diminuantur, ſi per alleuimina dictorum

animalium

animalium lactantia dãnum datum fuerit, nullo autem pacto cõmittatur, ſi per dicta animalia damnum fuerit illatum in fœno & palea habiti à dominis pro derelictis, ut puta illa extra clauſuram palearii pretermiſſa, & ſimili habita pro derelicta.

De damno dato ab animalibus per diſcurſum. Rubrica XXVI.

ITem ſtatuimus q̃ ſi animalia cuiuſcunq; generis & ſpeciei dãnum dederint in poſſeſſionibus, ac rebus & locis, in quibus damna dari per noſtra ſtatuta prohibeť, per diſcurſum ſiue tranſitum, aut tranſcurſum, dominus uel cuſtos dictorum animalium ad medietatem dictarum pœnarum teneať ad quas integre obligatus eſſet, ſi non per diſcurſum, aut tranſcurſum damnum datum fuiſſet, nullo autem damno cauſato, aut illato in tranſitu prædicto aut diſcurſu, ita ut ſolum dicta animalia per loca prohibita tranſiuiſſe appareat, nulla prorſus pœna teneatur.

De pœna animalium paſcentium inter plantones oliuarum. Rub. XXVII.

ITem ordinamus q̃ inter plantones oliuarum per annos ſex poſt ipſorum plantationẽ, aliqua animalia, tum Ciuium q̃ forenſium cuiuſcunq; generis, uel ſpeciei non poſſint, nec ualeant depaſcere, ac cõuerſari, & ſi ſecus factum fuerit, etiam q̃ nullum damnum illatum fuerit ipſis plantonis, Dominus uel dictorum aĩalium cuſtos, ad pœnam x. bonoñ. pro quolibet, & uice qualibet teneatur, ſine aliqua remiſſione, pro medietate noſtro Cõmuni, & pro alia medietate domino damnum paſſo applicanda. ¶ Exceptis tãtum beſtiis pecudinis, ſiue ouinis, quæ ad pœnam tantum quatuor ſolidorũ pro qualibet teneantur per dominum, ſiue cuſtodem, ut ſupra perſoluendam.

De animalibus forenſium paſcentiũ in territorio Maceratenſe. Rub. XXVIII.

ITem ſtatuimus & ordinamus, q̃ ſi aliquod genus animalium forẽſium reperiatur paſcere in territorio Maceratæ, ſine licentia Dominorum Priorum, pro tẽpore & conſilii Credentiæ, dominus ſiue patronus dictorum aĩalium ſoluere teneatur ſolidos decem pro qualibet beſtia groſſa. Inter quas hoc caſu cõnumerari decernimus beſtias porcinas, & ſolidos quinq; pro qualibet beſtia minuta, ultra ordinarias pœnas eis occaſione dam. datorũ quomodolibet infra per noſtra ſtatuta iniũctas, quas ordinarias pœnas duplicari decernimus in caſu in quo perſonaliter per dictos forenſes damna dari in territorio dictæ Ciuitatis cõtingeret. ¶ Quæ pœnæ pro quarta parte applicentur accuſatori, ſiue officiali d. d. inuentori, & pro reſiduo Sacro Monti Pietatis. ¶ Liceatq; unicuiq; cum licentia tamẽ D. Priorum pro tempore dicta animalia ſic ſine licentia, ut ſupra depaſcentia ad terram maiori officiali dam. dat. reconducere, & ſic reconducenti quarta pars pœnæ applicetur. ¶ In caſu uero quo dicta animalia per tres dies continuos ſteterint ad peſcendum in dicto territorio ſine licentia prædicta D. Priorum pro tẽpore, & conſilii Credentiæ, ſiue pernoctauerint, ſiue nõ pœnæ prædictæ duplicentur, & duplicata pœna, ultra ordinarias pœnas dam. datorum, Domini uel patroni ipſorum reſpectiue teneantur pro medietate Monti Pietatis, & pro quarta parte reconducenti, aut maiori officiali per inuentionem procedenti, cum prædicta licentia, & pro alia quarta parte Gabellario Gabellæ magnæ irremiſcibiliter applicanda. ¶ Qui gabellarius pro comperiendis dictis animalibus non poſſit procedere per inuentionem, nec alio quocunque modo ſine expreſſa licentia Dominorum Priorum, pro tempore. ¶ Addentes quod gabellarii prædicti pro tempore, habere debeant dictam quartam partem pœnæ, dummodo eorum induſtria, dictæ pœnæ exactæ fuerint à dictis cum fraude depaſcere facientibus animalia in dicto Territorio, ſine licentia prædicta, alias hæc quoque quarta pars Monti Pietatis applicetur, ut ſupra. ¶ Prohibentes

dictis gabellariis ne poſſint ac ualeant quoquo modo publice, uel occultæ exigere aliquã pecuniarum quãtitatem, nec aliud a' dictis fraudãtibus niſi ſolum & dũtaxat dictam quartam partem, eis per manus tantum conſeruatorum pro tempore, in præſentia D. Priorum perſoluendam. ꝑ Quod ſi plus exegerint, & quomodolibet præſenti ſanctioni contrauenerint, ſciant ſe quadrupli pœnam incurſuros irremiſſibiliter. ꝑ Et cuilibet licitũ ſit taliter cõtrauenientes gabellarios accuſare, & habeat quartam partem pœnæ; & teneatur ſecretus, & pro ueritate reperienda contra dictum gabellarium poſſit procedi uia quacũq; criminali, etiam q; ob id furtum cõmiſſerit, & reliquum pœnæ prædictæ dicto Sacro montis Pietatis applicetur. ꝑ Si quis uero aliquod genus animalium cauſa traſeundi per territoriũ Maceratæ conduxerit in eodẽ territorio, teneatur ſoluto debito paſſagio ſequenti die poſt immiſſionem dictorum aialium cum effectu extra dictum territoriũ dicta animalia cõduxiſſe alias teneantur ſupradictis pœnis ſuperius irrogatis depaſcẽtibus ſine licẽtia. ꝑ Et ſi per tres dies in dicto territorio permanſerint, licet non pernoctauerint pariter ſupra præfinitis pœnis ſciat ſe eſſe obligatos. ꝑ Et ſi per plures dies trium prædictorum dierum quis cõpertus fuit detinuiſſe animalia ſiue pernoctauerit ſiue nõ prædicta pœna, ut ſupra irrogata detinentibus per tres dies tãtum duplicetur, & ut ſupra applicetur. ꝑ Et nihilominus ultra pœnam prædictam teneatur pro dictis animalibus ſoluere integram affidam, prout & ſicut annuatim ſoluunt affidantes animalia in dicto territorio. ¶ Declaramus tamen q; circa ſolutionem paſſagii, iuriſdictio gabellæ magnæ extendatur, quãdo tranſitus cum aialibus ſalinis uel aliis rebus fieret per Ciuitatem ſeu per foueum murorum dictæ Ciuitatis.

De cuſtodiẽtibus, ſeu giſſãtibus herbas in eorũ poſſeſſionibus. Rubrica XXIX.

ORdinamus quoq; & ſtatuimus, q; nulli perſonæ de dicta Ciuitate, uel in ea habitanti ſeu aliis habentibus poſſeſſiones in territorio, & diſtrictu dictæ Ciuitatis, liceat cuſtodire giſſatas & cuſtodiri & giſſari facere in tertia, quarta, & quinta ſenata, niſi ſolum & dũtaxat modiolos quatuor terræ pro quolibet prædictorũ concurrentibus tribus, primo ut tũc demum giſſatio prædictorum quatuor modiolorum concedatur, ſi cuſtodire & giſſare uolens fuerit ad minus appreciatus in cataſto Cõmunis pro florenis centum monetæ pro dicto appretio. ꝑ Secũdo ut dictos quatuor modiolos giſſare debeat, in pñtia officialis dam. dat. aut duorum teſtium, & coram illis per immiſſionem cannarum, aut alio ſimili modo deſignare in aliqua parte agri dictos quatuor modiolos giſſandos. ¶ Itẽ tertio loco q; quatuor modioli deſignati ſint apti ad producendum fœnum, & per totum menſem Iulii fœnum in dictis quatuor modiolis cuſtoditum ſecetur, autoritate tamen D. Prioribus pro tẽpore dictum tempus prorogandi reſeruata. ꝑ Alias ſi prædicta non concurrant, nulla pœna in dam dat. in dictis terris giſſatis cõmittatur. Caſu autem quo oriri quæſtionem cõtingeret, an terræ giſſatæ ſint aptæ, uel ne ad producendum fœnum, ſtetur declarationi extimatorum Cõmunitatis, uel duorum conuicinorum dictis terris giſſatis, per officialem maiorem dam. dat. eligendorũ, quorum declarationi cum iuramẽto ſtetur, & plena adhibeatur fides. ¶ In prima uero & ſecunda ſenata, liceat dominis patronis, & poſſeſſoribus poſſeſſionum giſſare, & giſſari facere, in modica & magna quãtitate, & in totum, & pro eo tẽpore, quo ſibi uidebitur, & placebit. Aliis ſtatutis & reformatis non obſtantibus.

De pœnis dam. dantium perſonalr, ſine remiſſione ſoluendis. Rubrica XXX.

STatuimus & ordinamus q; omnes & ſingulæ pœnæ dam. dantium perſonaliter, in quibuſcunq; locis, ſeu rebus impoſitæ & ordinatæ per formam ſtatutorum in præſenti uolumine comprehẽſorum poſſint & debeãt exigi per officialem dam. dat. uel eius notarios ſine aliqua remiſſione uel diminutione, & q; beneficia pacis confeſſionis, & ſolutionis, infra terminum dãnum dantibus perſonaliter non proſint. ꝑ Liceat tamen Domino uel

poſſeſſori poſſeſſionis,& rei in qua dãnum illatum fuerit perſonaliter eidem dãnum danti dimittere & relaxare dimidiam totius pœnæ in qua dãnum dans perſonaliter ueniret condẽnandus ipſi Domino uel poſſeſſori damnum paſſo tangentem.

De pœna incidentium ſtirpes,& paſcentium animalia uaccina, & caprina inter eos. Rubrica XXXI.

ITem cum fere totum territorium Ciuitatis Maceratæ redactum ſit ad culturam, & ob id maxima lignorum penuria,ut notiſſimum eſt cauſata fuerit ſtatuimus & ordinamus, ut nemini liceat incidere ſtirpes quercuum in bonis & rebus alienis exiſtentes cuſtoditos,uel ne,ſub pœnis infra ſtatuẽdis,nec inter eos cuſtodire beſtias bouinas & caprinas,per quatuor annos poſtq̃ Domini illos inceperint cuſtodire ſub pœna xx.ſolidorũ pro qualibet beſtia,& uice qualibet. ℭ Reſeruamus tñ Domino poteſtatem cõcedendi licentiam paſcẽdi inter dictos ſtirpes impune,de qua licentia credatur iuramento ipſius Domini licẽtiam concedẽtis.ꝑ Volumus tamẽ ꝙ ad hoc,ut ſciri poſſit, an ſtirpes cuſtodiant̃,uel ne.ꝑ Quod dominus cum præſentia maioris officialis dam.dat.teneatur deſignare locum circumcirca cum deductione unius magni ſulci,cum bobus faciendi ad hoc,ut paſtores animalium ſciant in quo loco eis prohibitum ſit inter ſtirpes eorum animalia depaſcere, alias nulla cõmittatur pœna.

De pœna forenſium dam,dantium cum beſtiis uel perſonaliter. Rubrica XXXII.

NEc non ſtatuimus ꝙ cuilibet Ciui incolæ & habitatori Ciuitatis Maceratæ,liceat libere & impune beſtias & animalia quæcũq; equina,uaccina,bouina,bubalina,aſinina, & mulina,ouina,porcina,& caprina, forẽſium minime inhabitantium, & affidantium in dicta Ciuitate reperta,& quæ reperiri in futurum contigerit in territorio,diſtrictu,& poſſeſſionibus,quibuſcũq; in quacũq; parte,& ſenata poſitis,Cõmunitatis ciuium,& habitatorũ dictæ Ciuitatis capere,ducere,& capi,& duci facere corã maiore officiale dam. dat.ipſaq; animalia ſic reperta eodem die quo in dictis locis reperta fuerunt,reconducens ſeu reconduci faciẽs,teneatur eidem officiali præſentare eidemq; notificare locum & cõfinia loci, in quo reperta fuerint,dãnumq; quod præfata animalia intulerint, pariterq; & ſi damnũ non intulerint,hoc idem notificare,omniaq; referre ſine mendacio,& calũnia,ſub pœna quinq; floreñ.pro quolibet,& uice qualibet huiuſmodi falſo modo referentibus, irremiſſibiliter irroganda pro quarta parte dicto maiori officiali,& pro reſiduo Monti Pietatis applicanda. ℭ Teneatur tamen dictus officialis dicta animalia ſic reconducta, pœnes perſonam idoneam ſequeſtrare,& depoſitare cuſtodienda,& alenda expenſis patroni, & domini beſtiarum reconductarum donec dicta animalia de mãdato dicti officialis fuerint reſtituta.ꝑ Nec non Dñi ſeu cuſtodes dictorum animalium occaſione depaſcuationis,aut dãni illati in locis prædictis,pro quolibet,& uice qualibet debeãt condẽnari, & puniri illiſmet & eidem pœnis,arbitrariis,pecuniariis,aut corporis afflictiuis, quibus ſi data paritate qualitatis & quantitatis loci,damni,& animalium beſtiæ ciuium & habitatorum noſtræ Ciuitatis repertæ fuiſſent depaſcere,aut damnum dare,in territorio, & poſſeſſionibus dictorũ conuicinorum,quorum,ut ſupra beſtiæ fuerint reconductæ illarũ domini, uel cuſtodes uenirent puniendi.Ita ꝙ forenſes uicini æquali pœna puniantur de eorum beſtiis repertis in territorio & poſſeſſionibus Maceratæ,qua Maceratẽſes & habitatores in dicta Ciuitate puniuntur. ℭ In terris & locis uicinis,& circũſtantibus.Et iſdem modus puniendi ſeruet̃ contra perſonas forenſes,repertas perſonaliter damnum dare,quomodolibet in territorio, & poſſeſſionibus dictæ Ciuitatis.ꝑ Declaratione tamẽ adhibita, ut æqualitas hæc pœnę tam occaſione dam.dat.cum beſtiis,q̃ perſonaliter intelligatur, ſtatuta tantum occaſione uicinorum circũſtantium,& habitantium territoria noſtro cõtigua, nõ autem reſpectu remo-

tiorum forenſium. ¶ Et ſi in dictis terris & locis uicinorum circũſtantium non eſſet ſimile uel aliquod ſtatutum idem determinamus, cuius occaſione pœnas irrogari prætendatur, pœnæ irrogentur, in caſibus prædictis iuxta ſanctiones & ſtatuta in pſenti uolumine contentas, nec in caſu in quo agatur de pœna ob damna data ab animalibus, relaxentur dicta aialia donec de pœna ſatisfactum nõ fuerit, & in omni caſu ſiue ſimilia reperiantur ſtatuta, ſiue nõ, ad emẽdationẽ dãni teneant̃ iuxta formã alterius ſtatuti de materia loquẽtis.

De pœna incidentium ramos Vlmorum, & ſimilium arborum, & Oliuarum, ob depaſcenda animalia. Rubrica XXXIII.

ITem ſtatuimus, q̃ eadem pœna ſuperiori ſtatuto proximo præfixa irrogetur pro qualibet beſtia cuiuſcunq; ſpeciei, quæ teneretur ad paſcẽdum frondes ramorum, & peduum ulmorum, quercuum, & ſimilium, nec non oliuarum, in alienis poſſeſſionibus inciſarum, ad quam ſoluendam domini uel cuſtodes dictorum animalium ſummarie compellantur. ¶ Declaratione adhibita, q̃ caſu quo abſq; eo q̃ inter dictos ramos retineat animalia ad paſcẽdum reperiatur aliquem incidiſſe dictos ramos, & ex dictis ramis ſic inciſis feciſſe & recollegiſſe frondes, uel dictos ramos cum frondibus in eis exiſtentibus exportare ad effectum depaſcendi dicta animalia, uice qualibet prædictus ſic contrafaciẽs puniatur in pœna XL. ſolidorum, irrimiſcibiliter ſoluenda & exigenda.

De damno dato perſonaliter in hortis. Rubrica XXXIIII.

STatuimus & præſenti ſtatuto firmamus, q̃ ſi qua perſona, cuiuſcunq; gradus, & conditionis exiſtat damnum dederit in horto alicuius proprio aut conducto ubi eſſent holera milones, melangulæ, cæpæ, allia, porri, & ſimilia, colligẽdo de dictis rebus, uel aliquã ipſarum, etiam in minima quãtitate, condẽnetur in ſolidis XL. deñ. uice qualibet. ¶ Si uero de prædictis rebus, uel aliqua ipſarum guaſtum, uel furtum fecerit, uel cõmiſerit, puniatur de facto in libris decem deñ. ſine remiſſione, uel diminutione ſoluendis. ¶ Et an ſit guaſtũ uel furtum libere remaneat declarationi fiendæ per D. Priores, & maiorem officialem, qui pro tempore fuerint. ¶ Si quis uero damnum dederit in prædictis, uel aliqua pdictarum rerum exiſtẽtibus in aliqua poſſeſſione, ubi nõ eſſet hortus ordinarius cum holeribus, & aliis ſimilibus condẽnetur in ſolidis uiginti, pro quolibet & uice qualibet. ¶ Excepto q̃ ſi fecerit, uel cõmiſſerit de dictis rebus, uel aliqua ipſarum furtum, ſeu guaſtum, ſoluere teneatur ut ſupra lib. x. deñ. ¶ Et an ſit furtum, uel guaſtum, pariter pdictorum Dominorum Priorũ & officialis declarationi remaneat. ¶ Si quis autẽ in horto alieno intrauerit, licet in eo aliquid non collegerit, condẽnetur de ſolo introitu, in ſolidis decem. ¶ Item ſi quis fuerit inuentus extra & prope aliquem hortum, uel poſſeſſionem portare aliquid de pdictis, & nõ oſtendiderit unde, & à quo habuerit, condẽnetur, & habeatur, ac ſi inuentus ſit dãnum dare intus prædicta loca propinquiora loco in quo fuerit inuẽtus. ¶ Declarantes q̃ in omni caſu quo fieret guaſtum, & guaſtum dediſſe declaretur per D. Priores, & officialẽ, ut ſupra ultra pœnam pdictam ad emendationem damni teneatur, & cuilibet ſit licitum illos accuſare, & ſic accuſanti medietas pœnæ applicetur. ¶ Et ſi plures fuerint dam. dantes in dictis hortis, liceat uni ex eis accuſare ſuos ſocios, & ipſæ pœnæ medietatẽ habeat, & in quacũq; pœna in qua accuſator huiuſmodi incurriſſet liberetur, & teneatur ſecretus.

De damnis datis perſonaliter in uinea. Rubrica XXXV.

NEc non ſtatuimus & ordinamus, q̃ quæcunq; perſona dederit, uel fecerit, ſeu dari, uel fieri fecerit perſonaliter dãnum in uinea alicuius, à Caleñ. menſis Martii uſq; ad Calendas menſis Nouẽbris, colligendo capreolos, ſiue agreſtas, ſiue uuas, uſq; ad duos racemos inclu

mos incluſiue in dicta uinea exiſtentes,condemnetur in ſolidos quatraginta,pro quolibet & uice qualibet. ¶ Si uero collegerit a' duobus racemis ſupra uſq; ad quatuor racemos incluſiue,condemnetur pro quolibet racemo in ſolidis uiginti,pro quolibet,& uice qualibet. ¶ Si uero ab inde ſupra,uſq; ad duodecim racemos incluſiue collegerit,in libris decem denariorum,in totum pro quolibet & uice qualibet. ¶ Si uero ab inde ſupra collegerit,habeatur pro guaſto,& ſoluere teneatur libras xxv. deñ. de facto,pro quolibet, & uice qualibet, ſine remiſſione,& diminutione exigendis. Quas xxv. libras ſi non ſoluerit eadem die,qua damnum intulerit,uel inuentus fuerit,dictam uuarum quãtitatem exportare, de facto per Curiam Domini Poteſtatis ligari,unuſquiſq; debeat ad catenam exiſtentem in turræ Plateæ cõmunis. In qua per diem integrum publice cum aliquibus ex dictis racemis uuarũ decliuis,& pendentibus a' collo,ob publicum exemplum permanere debeat, & ſtare ligatus ¶ Idemq; ius in omnibus caſibus ſupradictis ſeruetur contra damnificantes,& exportãtes agreſtas. ¶ Idemq; pariter ius ſeruetur in exportantibus uuarum agreſtium,ſeu maturarum exiſtentibus in agris,& poſſeſſionibus extra uineas,& in pergulis,ſiue uitibus exiſtentibus in arboribus,quibus caſibus ita puniatur ſicut dãnum dediſſet in uineis in quolibet caſuũ prædictorum. ¶ Si uero damnum dederit uel collegerit agreſtas, uel uuas, etiam uuas labruſcas,& paginas de fractibus,ſeu de uitibus incultis exiſtẽtibus in arboribus & poſſeſſionibus incultis,condemnetur in medietate'dictarum pœnarum,in quolibet caſuum prædictorum. ¶ Si autem quis intrauerit in uineam alicuius, uel per illam tẽporibus ſupradictis iuerit,uel pertranſiuerit cum beſtiis,uel ſine,condemnetur in pœnam XL. ſolidorum pro quolibet eunte,uel pertranſeunte,& uice qualibet,licet damnum aliquod non fecerit,Niſi taliter euntes & pertranſeuntes habeant licentiã eundi & pertranſeundi a' domino uineæ in ſcriptis ſubſcriptam manu maioris officialis d. d. pro tempore,quo caſu,& nõ alio modo excuſentur. ¶ Si uero quis fecerit herbam in aliqua uinea temporibus ꝑdictis condemnetur in eadem pœna,pro quolibet & uice qualibet. ¶ Aliis uero temporibus,in ſolidis x. pro quolibet,& uice qualibet condemnetur, ſi in dictis uineis herbam fecerint. ¶ Si quis autem inuentus fuerit prope aliquam uineam cum uuis,ſiue agreſtis tempore quo dicti fructus pendẽt præſumatur damnũ dediſſe,& illas collegiſſe in uinea quæ propinquior eſſet loco in quo ipſe inuentus fuerit & condemnetur,quemadmodum compertus fuiſſet damnum dare intus dictam uineã propinquiorem,niſi euidenter oſtenderit unde,& quo dictas agreſtas,uel uuas habuerit. ¶ Si quis uero,inuẽtus fuerit damnum dare in dictis uineis poſt uindemias factas uſq; ad menſem Martii. ¶ In quolibet caſu prædictorum ad medietatem pœnæ,in omnibus & per omnia teneatur firma remanente pœna integra, ſuperius hoc tempore ſtatuta facientibus herbam in uineis.

De pœna incidentium uites. Rubrica XXXVI.

SI quis cuiuſuis ſtatus & conditionis exiſtat,inciſerit aliquam uitem alicuius pergulæ ſeu in totum,ſeu in partem,exiſtentis intra Ciuitatem Maceratæ,condemnetur in libris decem denariorum,pro qualibet uite,& pro quolibet,& uice qualibet. ¶ Si uero quis inciſerit,uel mutilauerit aliquam uitem alicuius pergulæ exiſtẽtis extra dictam Ciuitatem in aliquo horto uel uiridario,pœna octo librarum denariorum condemnetur ¶ Si uero quis inciſerit,mutilauerit,uel deguaſtauerit aliquam uitem exiſtentem ſupra aliquem arborem, pœna ſex librarum puniatur. ¶ Si uero quis inciſerit aliquam uitem alicuius uineæ, pœna quatuor librarum denariorum, pro qualibet uite puniatur, uſq; ad decem uites incluſiue. ¶ Ab inde uero ſupra pœna duplicata omnino irremiſſibiliter,& ſine aliqua diminutione puniatur,& nihilominus hoc caſu quando plures decem uitium inciderẽtur,ultra pœnas prædictas irrogatas ob damnum datum contra huiuſmodi inciſores,& deguaſtatores deueniatur ad alias pœnas criminales,quomodolibet ex forma noſtrorum ſtatutorum,ſeu de iure contra taliter delinquentes ordinatas & præfixas.

De pœna non retinentium Canes ligatos, & de damnis ab eis inferendis in uineis. Rubrica XXXVII.

ET quoniam intollerabilia damna inferri per canes tempore quo uuę pendent maturæ in uitibus uinearum compertum eſt. Sancimus ꝙ quicūq; laboratores & coloni, & alii inhabitatores in territorio Maceratæ, etiam cuſtodes aduenæ ouium & aliorum animaliū, & inhabitates in Ciuitate Maceratæ, qui tenerent canes minus ſub catena ligatos, aut alio modo ligatos, etiam macellarii a' medietate menſis Auguſti, uſq; & per totū mēſem Octobris teneantur, & unuſquiſq; eorum teneatur ſuos canes, aut alienos, qui ſub eorum cuſtodia eſſent continuo die noctuq; ligatos retinere, aut ſi illos continuo ligatos tenere nō ualuerint per dictum tempus teneantur ligare in collo cuiuſq; canis portionem unius funis longitudinis ad minus duorum brachiorum cum ligno forti, & bene aduncato a' capite funis prædictæ ſufficienter ligato, ita & taliter, ut propter tale impedimentum dicti canes nō poſſint libere introire, ſtare & exire in dictis uineis, & unicuiq; reperienti canes in dictis uineis non geſtantes cum dicta fune lignum aduncatum, licitum ſit illos occidere intus ſuas uineas, & repertos in eis per eas, & extra eas inſequi & occidere. ¶ Contrauentores autem huius legis, pro quolibet cane ſic reperto, uel diſſoluto, uel non geſtante dictū lignum adūchatum modo ſupradicto, puniatur in pœna unius floreni, contra quēlibet irremiſſibiliter & ſine aliqua diminutione de facto exigenda. Cuius pœnæ medietas inuētori, & medietas alia Sacro monti Pietatis applicetur, & de ea nulla gratia fieri poſſit.

De pœna portantium & comburentium cannas, & intromittentium faſcios cannarum, ſiue fraſcarum per menia Ciuitatis & alia loca. Rubrica XXXVIII.

QVoniam frequenter damna in alienis cannetis inferuntur. Pariter ſtatuimus opportuna lege, ꝙ nemini in futurum liceat exportare cānas a' locis forenſibus ad Ciuitatem Maceratæ, nec de loco forenſi ad alium locum forenſem, in magna ſiue parua quantitate, tam nouas ꝙ ueteres, & tam illas quæ deſeruiuerint in aliquo opere, ꝙ nō, & tam de eorum ppriis poſſeſſionibus, ꝙ alienis, ſub pœna, & ad pœnā unius floreni, monetæ currentis pro quolibet contra faciente, & uice qualibet, qua fuerit contra factū, pro quarta parte officiali & p reſiduo noſtro Cōmuni de facto & abſq; aliqua condemnatione cōmittenda & exigenda. ¶ Concedimus tamen licentiam dominis dictarum cānarum extrahendi, & conducendi quocunq; uoluerint per ſe ipſos, aut eorum famulos cānas ueteres, de menſe tantum Aprilis, & Maii, & cānas nouas quacunq; parte anni dummodo famuli, uel alii exportantes tam ueteres, ꝙ nouas, illas exportēt cum bullectino domini ſubſcripti ab officiale maiori damnatorum, alias in pœnis pdictis incurrant. ¶ Si autem quis cānas tam nouas ꝙ ueteres igne aut alio modo ſine licentia prædicta domini a' dicto officiale ſubſcribēda, etiam ꝙ eiuſdem domini ſit colonus, & laborator etiam partiarius cāneti, & uineæ, in quibus adeſſent dictæ cannæ conſumpſerit, aut aliquo modo deuaſtauerit, ita ut inutiles prorſus reddite fuerint, eadem pœna puniatur, uice qualibet, & pro quolibet, ut ſupra applicanda. ¶ Pariterq; diſponimus, ut nemini liceat faſcios lignorum, fraſcarum, cānarum, uitium, & farmētorum intromittere, ſeu tirare per menia Ciuitatis publice, uel occulto modo, ſub pœna, & ad pœnam duorum ducatorum auri de facto noſtro Cōi applicandam, & pro quarta parte inuētori ſiue accuſatori, ſine aliqua cōdemnatione exigenda. ¶ Exportantes autem per alia loca huiuſmodi faſcios, in pœnam x. ſolidorum pro qualibet perſona, & uice qualibet condemnetur, pœna ſuperioribus ſtatutis contra portātes cānas præfixa ſemper ſalua, ita ut hoc caſu illa tantum puniri debeat.

De damno dato perſonaliter in canneto, & Aucupatione prohibita in cannetis, & uineis. Rubrica XXXIX.

Item ſtatui

ITem ſtatuimus & ordinamus ꝙ ſi quis damnum aliquod quomodolibet dederit in aliquo canneto alieno, uel incidendo, uel rumpendo, uel exportando cannas, licet non exportauerit, uel in extrahendo ocinos cãnarum, condemnetur in ſolidis x x x. pro quolibet & uice qualibet, & ſi quis fraudauerit cannas cãneti alicuius, uel herbam in eo fecerit, licet nullum damnum ſecutum fuerit, medietate dictæ pœnæ puniatur. ¶ Et quoniam maxima damna recipi ob aucupationes quæ fiunt de nocte in cãnetis. ⁊ Statuimus ꝙ nemini liceat in qualibet parte Anni, introire de nocte, uel de die ad aucupandum, quouis genere aucupii in cãnetis alicuius, ſub pœna xx. ſolidorum pro quolibet, & uice qualibet cõmittenda. ¶ Paritérq; ſub eadem pœna ordinamus ne alicui liceat a' Calẽdis menſis Maii, uſq; quo uineæ uindemiatæ fuerint diurno, aut nocturno tempore introire in uineas ad aucupandũ quouis genere aucupii, & ſpecialiter de die ob capiendas ficedulas & de nocte ad capiẽdos graulos, & alias aues huiuſmodi, quæ a' contrauentoribus de facto exigi poſſit & debeat irremiſſibiliter & ſine aliqua diminutione.

De damno dato perſonalr in bladis, leguminibus, linis, & ſimilibus. Rub. XXXX.

ORdinamus pariter & ſtatuimus ꝙ ſi qua perſona damnum dederit in bladis, leguminibus, linis alienis & his ſimilibus metendo aut colligendo, aut exportando, aut alio modo deguaſtando taliter ꝙ dominis damnum inferatur, in XL. ſolidis pro quolibet, & qualibet uice. ¶ Si uero damnum dederit in dictis bladis poſtꝗ eſſet bladum ſecatum ſeu amuchiatum, ſiue compoſitum, aut trituratum in area exiſtens accipiendo uel exportando in xxv. lib. denariorum, pro quolibet, & qualibet uice pariter condemnetur. ¶ Si uero taliter damnum intulerint in linis carptis, ſeu e' terra euulſis uel compoſitis, in libris decem denariorum pro quolibet, & uice qualibet puniatur. ¶ Si quis uero ſenarium ſeu trãſitum fecerit perſonaliter uel cum beſtiis per poſſeſſionem alicuius bladatam, ſeu leguminibus, uel lino, uel ſimilibus ſeminatam, necnon uineatam, & cãnetatam explanando paſſus, ripas ue implendo foueos ſpinas & huiuſmodi incidendo, uel amouẽdo, & his ſimilibus gerendo a' Calendis menſis Maii impoſterum, ſi quidem perſonaliter tantum in ſolidis x x. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Aliis uero temporibus in ſolidis decem. Et ſi cum animalibus præfata geſſerit dominus illorum uel cuſtos condemnetur ſecundum formam ſtatutorum loquentium de damnis datis ab animalibus. ⁊ Et quoniam ab aucupatoribus & uenatoribus ꝗ plurima damna inferri in dictis bladis, & linis maxime dum prope maturitatem exiſtunt compertum eſt, pariter diſponimus ꝙ nulli liceat a' Calendis menſis Maii uſq; quo blada fuerint ſecata & lina e' terra euulſa, quoduis genus aucupii, & uenationis exercere intus dicta blada & lina ſata, maxime occaſione capiendi qualeas, perdices lepores, & huiuſmodi, ſub pœna unius floreni, pro quolibet & uice qualibet committenda, & de facto, ac ſine diminutione exigenda. ¶ Aliis uero temporibus gratia uenandi & aucupãdi unicuiq; liceat ire & redire per poſſeſſiones abſq; tamẽ damno, ꝙ ſi damnum fecerint debitis pœnis ſicut alii coerceantur.

De pœnis damnum dantium perſonaliter in pratis, & herbis giſſatis, ſiue exiſtentibus in prima ſenata. Rubrica XXXXI.

STatuimus quoq; & decernimus, ꝙ ſi qua perſona damnum dederit perſonaliter in prato alicuius, uel herbis giſſatis, uel cuſtoditis, aut in prima ſenata exiſtentibus a' Calendis menſis Aprilis uſque quo præfatæ herbæ erunt ſecatæ, & in caſu quo non eſſent ſecatæ uſq; ad Calẽ. menſis Octobris metendo falciando præfatas herbas, uel ſectas, ſiue meſſas exportando, uel aliter damnum in illis committendo, condemnetur in ſolidis uiginti pro quolibet, & uice qualibet. ¶ Si uero poſtquam dictæ herbæ ſectæ erunt uel meſſæ a' domino, ut ſupra, damnum dederit in dictis herbis, exiſtentibus in dictis pratis uel terris giſſatis

uel in poſſeſſionibus exiſtentibus in prima ſenata, maxime illas exportando, uel comburendo, aut alio modo in illis damnum inferendo, in pœna unius floreni pro quolibet, & uice qualibet puniatur, de facto & ſine aliqua diminutione. Si quis uero tranſitum aut paſſus fecerit per dicta prata & terras giffatas, aut herbas exiſtentes in prima ſenata, ut in ſuperiori ſtatuto explicatum eſt, ſiquidem perſonaliter in ſolidis x. ſi autem cum beſtiis condemnetur ſecundum formam ſtatutorum loquentium de dam. dat. ab animalibus. Liceatq; omnibus, accuſare contrauentores huic & ſuperiori ſtatuto, & lucretur quartam partem, & teneatur ſecretus.

De damno dato perſonaliter in fœno & palea. Rubrica XXXXII.

STatuimus & ordinamus, q ſi quis acceperit & exportauerit de fœno alieno exiſtente ſenato compoſito, uel non in pratis ſiue agris giffatis, uel cuſtoditis, uel exiſtentibus in prima ſenata, condemnetur pro qualibet ſalma, in pœna duorum florenorum, pro quolibet & uice qualibet, ab inde infra ſeruetur præcedens ſtatutum. Et ſi quis exportauerit exiſtentibus compoſitis, uel non in area, uel alio loco, condẽnetur pro qualibet ſalma, in pœna unius floreni, pro quolibet & uice qualibet, ab inde infra ad medietatem dictæ pœnæ teneatur irremiſſibiliter, & ſine aliqua diminutione exigenda.

De euntibus per poſſeſſiones alienas, poſt prohibitionem, uel protextationem eis factam. Rubrica XXXXIII.

STatuimus & ordinamus, q ſi aliquis iuerit per poſſeſſionem alicuius perſonaliter uel cũ beſtiis contra uoluntatem illius cuius eſt poſſeſſio, ſeu illius a' quo poſſidetur, poſt prohibitionem uel protextationem eis factam de non eundo per ſuam poſſeſſionem per dominum uel poſſeſſorem, uel laboratorem rei uel aliam legitimam perſonam, aut alicuius eorum, ſi quidem contrauenerit dictæ protextationi tempore quo adſunt aliqui fructus pendentes cuiuſuis generis, uel ſpeciei in dicta poſſeſſione maturi, uel ne, ipſo facto incurrat pœnam quinq; librarum, uice qualibet, & pro quolibet cõmittendam. Sin autem contrauenerit conducendo animalia, uel pertranſeundo cum beſtiis, dominus uel cuſtos illarum pro qualibet beſtia ſoluere teneatur duplum pœnæ iniunctæ ob animalia damnum dãtia in bladis non ſectis, & de prædicta protextatione, & contrauentione facta perſonaliter uel cum beſtiis credatur ſacramento domini uel perſonæ protextantis, cum fide unius teſtis. Si autem contrauenerit poſt dictas factas protextationes tempore quo adſint aliqui fructus pendentes in locis prohibitis pœna prædicta pro medietate tantum cõmittatur. Si autem protextaretur alicui dum exiſteret in poſſeſſione, & loco prohibito, & ille cui ſit protextatio ſtatim retrocederet, ſolum ad pœnam contẽtam in ſtatuto loquẽte de canſarola teneatur. In caſu tamen in quo accuſatus uel denũtiatus, uel ille cui ſit ꝓtextatio haberet ius eundi & redeundi perſonaliter uel cum beſtiis in loco ꝓhibito, de quo legitime conſtaret, q tunc & eo caſu nulla pœna cõmittatur, & quãdo ſuper dicto iure aliqua quæſtio moueretur uel excitaretur, inter partes ſuper proprietate uel poſſeſſione dictæ rei, uel ſeruitute aliqua ordinarie procedatur ſecundum iura cõmunia, ita q nullum dãnum partibus inferatur, & pœnarum prædictarum, ut ſupra irrogatarum, medietas noſtro Cõmuni, & altera medietas prohibenti uel protextanti applicetur.

De facientibus canſarolas. Rubrica XXXXIIII.

DIcimus & ordinamus, q ſi quis fecerit Canſarolam per quamcunq; poſſeſſionem bladatam, aut ſatam lino, hortiuam uineatam, uel cannetatam, incurrat pœnam ſolidorum decem, uice qualibet, pro qualibet beſtia quam duceret per dictã canſarolã, pro medietate noſtro

tate noſtro Cõmuni,& pro alia medietate damnum paſſo applicanda, q ſi ſic pertranſeũdo damnum dareт,ultra pœnam prædictam dominus ſiue cuſtos illarum ſoluat pœnam damnorum datorum cum beſtiis,pro ut in aliis ſtatutis explicatum eſt,a' ſua autem pœnæ medietate damnum paſſus excludatur,ſi pacem de prædictis fecerit,ac ad probationem cõtraueationis per quoſcunq; faciendæ ſufficiat aſſertio damnum paſſi cum fide unius teſtis In caſu uero in quo poſſidentes aliquas poſſeſſiones non haberent certas & determinatas uias,uel ſi adeſſent uiæ eſſent impeditæ ab aliquo obſtaculo,quo minus per eas poſſet quis ire & pertranſire. Liceat taliter impedito uel non habenti uiam ire per poſſeſſiones ſuorũ conuicinorum, ſeu alicuius ipſorum ab ea tamen parte in qua minorem damnum inferri contigerit, recto tamen tramite temporis preſcriptione, & aliquo in contrarium faciente non obſtante ¶ Si uero uiæ publicæ uel uicinæ fuerint impeditæ, ſeu deguaſtate,ita q ex illis non poſſit perſonaliter,uel cum beſtiis libere uel cõmode pertranſiri, liceat ſine pœna unicuiq; ire uel redire perſonaliter uel cum beſtiis per poſſeſſiones illas quæ ſunt iuxta dictas uias ſic impeditas,ut ſuperius dictum eſt,& ad probationem dicti impedimẽti ſufficiat aſſerctio iurata per tranſeuntis cum fi 'e unius teſtis.Et ſi inter uicinos ,uel inter pertranſeuntes,& uicinos cõtentio ſuper dictis uiis ſic impeditis,& aliis facere permiſſis his uel quæſtio oriretur, Maior officialis dam.dat.una cum ſuo Notario,pro tempore ire teneatur gratis,& ſine aliqua mercede ad locum differẽtiæ, & in illo prout ſibi opportunum uiſum fuerit terminare illam teneatur.& illorum determinationi partes acquieſcere debeãt.Conducentes autem animalia, uel euntes equeſtres non teneantur niſi de tranſito beſtiarum in caſibus prædictis prohibitis, & hoc firmiter obſeruetur, lege aliqua in contrarium faciente non obſtante.

De damno dato perſonaliter in arboribus fructiferis. Rubrica XLV.

SI qua perſona cuiuſuis ſtatus & conditionis exiſtat damnum dederit,uel fecerit in arboribus fructiferis,dum fuctus in eis pendent exiſtẽtibus in poſſeſſionibus laboratiuis cultis colligendo,& exportando,uel colligi,& exportari faciẽdo de pomis aut aliis fructibus exiſtẽtibus in dictis arboribus pro quolibet,& qualibet uice pœna xl. ſolidorum incurrat. ¶ Si uero non animo exportãdi dictos fructus extra dictam poſſeſſionem in qua ſunt arbores prædicti collegerit,uerum tantum gratia dictos fructus ſub pede & in loco in quo ſunt ſitæ arbores comedendi,medietate dictæ pœnæ puniatur. ¶ Si uero fructus & poma prædicta baculo uel baſtono,uel alio modo e' dictis arboribus battendo,uel alio modo percutiendo cadere fecerit gratia paſcendi uel nutriendi animalia, pœna trium florenorum,ut in alio ſtatuto ordinatum eſt contra quemlibet cõtrauentorem, pro qualibet arbore ſic de bactuta uel percuſſa, uice qualibet irrogetur. ¶ Si uero dictæ arbores fructiferæ ſitæ erunt in locis incultis & ſodiuis, pœnæ prædictæ medietas committatur, & fructuum prædictorum appellatione glandes quoque contineantur, & ſub prædicta diſpoſitione comprehendantur. ¶ Debattentes autem piros & malas ſaluaticas in quocunq; loco ſitos,ad pœnam uiginti ſolidorum, pro qualibet arbore ſic debactuta, contrauentor puniatur. ¶ Si quis uero damnum dederit in oliuis, & fructibus pedum oliuarum, exportando colligendo,uel debactendo, pro paſcendis animalibus,uel exportari, colligi, & debactere faciendi.Si quidem damnum fuerit perſonale, pœna trium florenorum pro quolibet,& uice qualibet committatur. ¶ Si uero cum beſtiis, pœna duorum florenorum,pro qualibet arbore ſic debattuta puniatur. Et nihilominus ultra pœnam prædictam dominus ſiue cuſtos dictarum beſtiarum,pœna uiginti bolonenorum pro qualibet beſtia coerceri debeat. Quarum omnium & ſingularum pœnarum, quarta pars concedatur accuſatori, cui cum fide unius teſtis accedente ſuo iuramento credatur, uel ſi non fuerit accuſator inuentori, & quarta pars patrono damnum paſſo, & reliquum noſtro Communi applicetur.

¶ Si quis uero quocunq; in loco repertus fuerit portare de dictis fructibus per officialem dam. dat. taliter inuẽtus ad ſimplicem requiſitionem dicti officialis, uel ſuæ familiæ teneatur clare oſtendere portaſſe de poſſeſſionibus ſuis, aut de alienis cum licentia patroni, omni mora poſtpoſita, quod ſi oſtendere non potuerit ex licito loco dictos fructus habuiſſe, & collegiſſe pœnas prædictas incurrat perinde, ac ſi in poſſeſſionibus alienis damnum dare compertus fuiſſet. ¶ Excipimus tamẽ famulos qui de poſſeſſionibus dominorum ſuorũ dictos fructus exportarent qui pſumantur illos exportare cum uolũtate patroni, niſi patronus cõtra eũ ob id quærelã porrexerit, quo caſu ſicut alii ad pœnas pdictas teneant. Item pariter diſponimus q dictus maior officialis d. d. & eius familia poſſit & ualeat ad ſuum libitum & uoluntatẽ inquirere, & perquirere in domibus, & habitationibus quorũcũq; extra dictã Ciuitatem habitãtium & intra dictam Ciuitatem domos & habitationes illorum nõ habẽtium nec poſſidẽtium poſſeſſiones cum dictis arboribus fructiferis, pro dictis fructibus inueniendis, quibus inuentis poſſit ad ſui uoluntatem cogere dictos præfatos fructus retinentes ad demonſtrandum & clare oſtendendum, unde habuerint dictos fructus, & ſi clare infra conuenientem ab eo dandum terminum, domini uel habitatores dictarum domorum, in quibus inuenti fuerint non poterunt oſtendere, & demõſtrare habuiſſe & portaſſe de eorum poſſeſſionibus, aut de poſſeſſionibus quas habẽt ad labortium cum uoluntate tamen patroni ſine qua ipſis quoq; exportatio & collectio per præſens ſtatutum prohibetur, aut alio modo licito dicto fructus habuiſſe, pœnæ prædictæ contra præfatos irrogentur. ¶ Poſt menſem autem Octobris collectio & exportatio ficuum impune fieri poſſit.

De pœna incidentium arbores fructiferas, ſiue infructiferas. Rub. XLVI.

STatuimus & ordinamus q quicunq; inciderit aliquam arborem oliuarum ſiue plantones oliuarũ uirides, & ſeparauerit a pede, ſiue a radicibus ſiue cumulauerit, uel igne cõbuſſerit, aut remondauerit, uel taliter deguaſtauerit q omnino ad perditionem, uel ſiccitatem dictam arborem reduxerit, condemnetur in pœna xxv. librarum pro quolibet pede, & contra quemlibet committenda. ¶ Et ſi inciderit aut aliquo modo deuaſtauerit, ut ſupra aliquem ramum oliuarum, ita q ad perditionem illum redegerit, pœna decem librarum, quilibet & pro quolibet ramo mulctetur. ¶ Si uero ut ſupra damnum dederit incidẽdo, & alia, ut ſupra faciendo & deuaſtãdo aliquem arborem piri, mali, nucis, ceraſci, & amigdalæ, amoniaci, pruni perſici, neſpolarum, ſorbi, fici, caſtaneæ, morum, uel alias ſimiles arbores fructiferas, pœna x. librarum, pro quolibet arbore, & uice qualibet, & pro quolibet puniatur. ¶ Si uero quis inciderit aliaq; ſupra narrata dãna intulerit ad perditionem reducẽdo aliquem arborem, ulmi, oppii, platani bedulli, & ſalicis, ancetani, & ſimiles alias arbores, pœna pro quolibet arbore ex prædictis, duorum florenorum cõmittatur. ¶ Si uero aliquem arborem quercus, cerri, aut yſchii, fructus producentis inciderit, uel ut ſupra, ad perditionem reduxerit, uice qualibet, & pro quolibet cõtrafaciẽte, & pro quolibet arbore, pœna trium florenorum cõdemnetur. ¶ Et ſi præfatarum omnium & ſingularum arborum ramos inciderit uel alio modo ad ſiccitatem reduxerit, medietate dictarum pœnarum puniatur, pro quolibet ramo, uice qualibet, & pro quolibet committẽda ¶ Inciſores autem & deguaſtatores præfatarum omnium, & ſingularum arborum uel ramorum ipſarum, licet totaliter non inciderint, & in totum deperdite non fuerint, pœna xx. boloñ. pro quolibet cõtrafaciente cõmittatur eademq; pœna irrogetur. ¶ Contra incidentes, & deguaſtantes fractas & ſepes alienas, & contra huiuſmodi damnum dantes procedatur per inquiſitionem, accuſationem, & inuentionem, & iuramento patroni accuſantis, cum uno teſte credatur, uſq; ad quantitatem x. bolonenorum, & famulus poſſit accuſare, ut patronus, & ſicut de patrono dictum eſt eidem credatur.

De pœna

De pœna exportantium ligna aliena. Rubrica XLVII.

SI quis acceperit uel exportauerit ligna aliena accataſtata ab igne, cōdemnetur uice qualibet, pro qualibet ſalma, pœna quatraginta boloñ. ꝑ Si uero quis acceperit, & exportauerit de lignis alienis inciſis, non tamē accataſtatis, medietate dictæ pœnæ puniatur, ꝑ quolibet & qualibet ſalma. ꝑ Si uero minorem quantitatē unius ſalmæ exportauerit, ſi quidem de accataſtatis, pœna xx. bolonenorum puniatur, uice qualibet. De illis autem non accataſtatis x. boloñ. puniatur, uice qualibet. ¶ Si quis uero acceperit & exportauerit ramos inuulſos, uel a pede ſeparatos uirides, uel ſiccos, pro qualibet ſalma, & uice qualibet puniatur pœna x x. boloñ. ꝑ In minori uero quantitate pœna x. boloñ. plectatur. Et quoniam ubi maius infertur damnum pœnas augeri deceat. Idcirco cum in arboribus glandiferis pariter aptis ab igne damna ſint & haberi debeant in maiori conſideratione. ¶ Pariter ſtatuimus ꝙ dictus maior officialis & eius familia poſſint per inquiſitionem & inuentionem, ac ad quærelam procedere contra portantes ligna quercuum, ſtirporum, yſchiorum, & cerrorum, & aliarum arborum glandiferarum. Et ſi quis per dictum officialem repertus fuerit portare de dictis lignis de poſſeſſionibus, uel ſyluis alienis, incurrat pœnam decē librarum deñ pro qualibet ſalma, ſine diminutione ſoluendam, pro quolibet, & uice qualibet. ꝑ Et ſi minorem quantitatem unius ſalmæ exportaret, medietatem dictæ pœnæ puniatur. ꝑ Et ſi quis qualiter inuentus diceret portaſſe de ſuis ſyluis, aut poſſeſſionibus. Ad ſimplicem requiſitionem dicti maioris officialis, uel ſuæ familiæ compellatur ſtatim oſtendere & manifeſte demonſtrare in quo loco, & à quibus dicta ligna habuerit. ¶ Et ſi non poterit oſtēdere exportaſſe dicta ligna de ſua poſſeſſione, aut de loco in quo ei licuerit exportare, eadem pœna mulctetur, & modo prædicto ut ſupra ꝑ Et ſi in prædictis, uel prædictorum aliquo aliqua differētia, uel aliquod dubium eſſet inter dictum officialem & portantē de dictis lignis M. D. Priores, pro tempore habeant arbitrium & autoritatem illas declarādi, & decidendi. Quorum deciſioni quelibet pars ſtare teneatur, & cuilibet ſit licitum accuſare, etiam ſociis damnificantibus, qui propter talem accuſationem à pœna quam ipſi incurriſſent propter à ſe factam accuſam liberentur, pœnarum autem prædictarum quarta pars ſit officialis quarla dānum paſſo, & medietas noſtro Cōmuni applicetur. ꝑ Et quoniā in prædictis oriri poſſet quæſtio, an ſi fuerit unus incidens, & idem exportans, pœna in ſuperiori ſtatuto adiecta teneatur, & rurſus pœna quæ continetur in præſenti ſtatuto, decernimus ꝙ in arboribus ſupradictis fructiferis, & arboribus glandiferis, de quibus ſit mentio in præſenti ſtatuto. Si unus fuerit incidens & exportans, ad pœnam inciſionis, & exportationis cumulatiue, & ſic ad duplicatam pœnam teneatur ꝑ In cæteris uero arboribus, una tantum pœna uel inciſionis uel exportationis lignorum teneatur arbitrio maioris officialis dam. dat. Et ex præſenti ſtatuto nullum præiudicium inferatur ſubſequenti ſtatuto loquenti de pœna exportantium ligna quercuum, ſine bullecta, quæ pœna etiam contrafacientem cumulatiue committatur.

De pœna portantium de lignis quercuum, & aliarum arborum glandiferarum ſine bullecta. Rubrica XLVIII.

ITem ordinamus ꝙ nulla perſona de dicta Ciuitate, aut in ea inhabitans, poſſit portare nec portari facere de lignis quercuum, ſtirporum, yſchiorum, aut cerrorum uiridium, aut ſiccorum de ſuis poſſeſſionibus, nec de alienis ſine bullecta domini patroni, uel poſſeſſoris dictarum arborum manu ſui, uel tertiæ perſonæ de ſua tamen cōmiſſione ſcripta, ſubſcrita tamen de forma & ſubſtantia manu Cancellarii Cōmunis, quæ bullectæ per dictum Cancellarium debeant regiſtrari in libris Communis, cum appoſitione diei, & anni factæ à ſe ſubſcriptionis, & pro mercede dicti Cancellarii quilibet ſubſcribere faciens, teneatur ſoluere unum ſolidum pro qualibet bullecta, nec plus accipere poſſit. Quam bullectā ſi expor-

tans dicta ligna tale modo confectam aut regiſtratam oſtendere non potuerit, etiam ꝙ in ſuo incidiſſe poſſet docere, uel non exportauerit quolibet caſu, pœna decem librarum, uice qualibet, & pro quolibet puniatur. Et nihilominus ſuperius ſtatutũ ſeruetur in omnibus & per omnia. ¶ Et ſi in prædictis maior officialis, aut eius familia fuerit negligẽs, pœnam x x. boloñ. ipſo facto incurrat, & eius negligẽtia perfecte probari intelligatur, ſi per decem teſtes ſiet fides D. Prioribus pro tempore talem officialem publice haberi pro negligente, aliis modis negligentiam prædictam probandi ſemper ſaluis.

Quod non liceat laboratoribus, ſeu coptumatariis, ſeu aliis pretio conductis incidere, & exportare ramos oliuarum, & aliorum arborum, etiam conductarum ad colligendum oliuas ad partem. Rubrica XLIX.

ITem ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nulla perſona conducta pretio ab aliqua perſona: nec etiam laboratores inquilini, & coptumatarii, audeant uel preſumãt quouis tempore maxime collectionis oliuarum rumpere aut incidere pedes & ramos arborum oliuarum, ſeu alio modo ipſas deguaſtare, aut ſic deguaſtatas exportare, aut in loco conſumere, & ardere ſub pœnis iam prefinitis in aliis ſtatutis contra incidentes, deguaſtantes, & exportantes ligna, huiuſmodi irrogatis. ¶ Item pariter eiſdem ſtatutis pœnis puniantᷣ incidẽtes & exportantes alias arbores fructiferas uel ne, aut ramos dictarum arborum.

Quod ſtatuta loquentia de inciſoribus & exportatoribus quercuum, habeant locum in oliuis & ſalicibus, & ſimilibus. Rubrica L.

ITem decreuerunt, & reformauerunt, ꝙ omnia ſtatuta, & reformationes hucuſqꝫ factas contra inciſores pedum & ramorum quercuum & aliarum arborum glandiferarũ, & contra exportatores dictorum lignorum uiridium uel ſiccorũ, in omnibus & per omnia, ac in omnibus eorum continentiis, & diſpoſitionibus habeant pariter & æqualiter locum contra inciſores, & exportatores, ac deguaſtatores peduum & ramorum oliuarum, & lignorũ oliuarum uiridium uel ſiccorũ, ac etiam ꝓpter penuriam lignorũ ſalicum bedullorũ ancetanarũ, & albanorũ, ita ut nulla ꝓrſus differẽtia inter hæc reperiri & fieri poſſit & debeat.

De pœna incidentium in Rotis Cluentis. Rubrica LI.

AD obuiandum cõtinuis damnis quæ quotidie fiũt in Rotis Cõmunis (dite le Rote de chiento) ordinauerunt pariter ꝙ incidens quomodocunqꝫ, & qualitercunqꝫ in Rotis Culentis, in magna ſeu parua quãtitate ligna arida, ſeu uiridia in rotis cluẽtis, uidelicet a paſſu bedulli uſqꝫ ad confinia Sancti Claudii incluſiue incidat de facto in pœna x x. bolonenorum pro quolibet, & qualibet uice qua fuerit contrauentum. & quilibet officialis communis poſſit in prædictis procedere. ¶ Incidentibus autem uetrecas geniſtas & huiuſmodi tam in dictis locis ꝙ̃ alibi, nulla pœna inferatur.

De manutentione Rotæ cupæ, & damnis datis in dita Rota. Rubrica LII.

SAncimus ac perpetua ualitura lege diſponimus ad hoc, ut facilius arbores educẽtur, & iam educatæ conſeruẽtur in Rota cupa exiſtente prope flumẽ Potentiæ, ex quibus clauſa molendini præcipue conſeruatur, & in futurum conſeruari poſſit, ꝙ nemini liceat cuiuſcunqꝫ gradus & cõditionis exiſtat aliquod inferre damnum quomodocũqꝫ & qualitercũqꝫ etiam quo uis queſito colore, tam perſonaliter ꝙ̃ cum animalibus, tam per ſe ꝙ̃ per alios, & magnam & conſiderabilem, ꝙ̃ paruam & modicæ conſiderationis, ſub pœnis infraſcriptis de facto ſine aliqua tela iudiciaria ſententia uel condemnatione committendis & incurrendis,

currendis ac ſine aliqua dimonitione, & aliquorum beneficiorum admiſſione integraliter exſoluendis. ¶ Et primo ſi damnum in dicta rota, uel eius circunſtantiis & pertinentiis animalia tam magna quam parua, cuiuſcunque generis & ſpeciei fuerint, dominus uel cuſtos ipſorum ad pœnam unius floreni monetæ teneatur, uice qualibet, pro medietate Sacro Monti Pietatis, & pro alia medietate officiali inuentori, & exequenti applicandam, cui credatur cum aſſertione unius teſtis, uſque ad integram quantitatem, & cuicunque inuentori cum eius aſſertione iurata, ſine teſte credatur, uſque ad bolonenos uiginti, pro qualibet uice. ¶ Si uero damnum aliquis commiſſerit perſonaliter faciendo herbas in locis campeſtris dictæ rotæ incidendo, uel incidi faciendo, & inciſas portando ligna quarumcunque arborum in dicta rota exiſtentium ſpinas, rues, & huiuſmodi, uel illas comburendo, aut alio modo deguaſtando, etiam ligna & ſpinas ſicca, & mortua exportando, pœna duorum florenorum pro quolibet, & qualibet uice, pariter irremiſſibiliter, & ſine diminutione puniatur, ut ſupra applicanda. ¶ Ad quam pœnam teneantur omnes exiſtentes in dicta rota, & exportantes roncham, ſecurim, aut falcionem, uel aliud inſtrumentum aptum ad faciendum ligna, ſiue fraſcas, dato quod illas incidiſſe doceri non poſſit. ¶ Et ad maiorem defenſionem & manutentionem dictæ rotæ pariter diſponimus, quod quolibet anno debeat eligi officialis particulariter pro cuſtodienda die noctuque dicta rota, cui detur pro ſalario & mercede floreni duodecim pro quolibet anno, & medietas illarum pœnarum quæ occaſione ſuæ inuentionis, & executionis, ſeu eius opere ſolui contigerit. ¶ Et quolibet anno teneatur plantare in dicta rota ſui ſumptibus ad minus ducentas plantas ſalycum, ſiue bedullorum. ¶ Et ſi dictus officialis damnum aliquod ipſe dederit in dicta rota, uel cum beſtiis, uel perſonaliter duplicatis pœnis præmiſſis teneatur Et quilibet poſſit eum accuſare, & lucretur medietatem pœnæ. De quibus pœnis nulla fieri poſſit gratia, etiam per Conſilium Credentiæ. ¶ Et ſi facta fuerit etiam cum derogatione præſentis ſtatuti, nullius ſit roboris uel momenti. ¶ Et nihilominus Priores pro tempore proponentes dictas gratias, incurrant pœnam duorum ſcutorum, pro quolibet de ſuo ſalario retinendorum.

FINIS QVNITI LIBRI.

IN DEI NOMINE

LEGVM MVNICIPALIVM CIVITATIS MACERATAE DE OFFICIO GABELLAE LIBER SEXTVS FOELICITER INCIPIT.

De iuriſdictione officialium, ſeu conductorum Gabellarum, ſeu prouentuum Ciuitatis Maceratæ. Rubrica I.

HAC inuiolabili lege ſancimus quemlibet Ciuem, habitatorem, incolam, ſeu forenſem, in Ciuitate, ſeu Territorio moram trahentem obligatum eſſe parere mandatis officialium, ſeu conductorum pedagiorũ & prouentuũ noſtri Cõmunis in concernẽtibus eorum officium, pœnam centum ſolidorum pro quarta publicano, reliquum uero Cõmuni applicandorum, illiſq; Prætor, & alii officiales Cõmunis, ubi opus fuerit contra renuentes & fraudem cõmittentes requiſiti auxilium, & fauorem exhibere omnino debeant pœna x x v. lib. retinenda de eorum ſalariis, autoritatem concedentes dictis officialibus de facto, & nullo iuris ordine ſeruato poſſe realiter & perſonaliter cogere quemcunq; ad ſolutionem gabellarum, ſeu pœnarum ob fraudes perpetratas ſeu ratione inobediẽtiæ incurſarum, & M.D.P. pro tempore omni cura & diligẽtia utantur, ne dictis prouentus inutiles reddantur eo q; aliqui indebite onera ſubire recuſent. Pro quorum defenſione de ære publico erogandi omnimodam ſententiam concedimus, dũmodo euidentiſſime conſtet pro defendendis iuribus Cómunis, id feciſſe, & ſi eorum culpa iura Cõmunis læderentur in futurum omni officio & beneficio noſtri Cõmunis priuati penitus intelligantur, quocunq; in contrarium non obſtante.

De forma ſeruanda ab officialibus pedagiorum contra non ſoluẽtes congruis temporibus & fraudem committentes. Rubrica II.

LIcet in exactione Gabellarum, & ad reprimendam audaciam illorum qui dolo & fraude illarum ſolutionem euitare nituntur ab executione inchoãdum eſſet. Nihilominus mitius agere uolentes ſtatuimus non licere publicano ſeu officiali per ſe uel alium exequi contra negligentes ſoluere uectigal, & contra eos, qui dolo fraudem cõmittere ſtuduerunt Si in hac noſtra Ciuitate uel eius territorio habitant niſi ſemel ſaltem in iudicium prius coram ſe uocauerit, & ſi uocatus perſonaliter apprehẽſus fuerit totius ſubſequentis diei ad cõparendum, & ſe excuſandum terminus aſſignetur. Si uero perſonal'r non fuerit inuentus, citetur domi ſolitæ habitationis, & reſidentiæ, cum termino trium dierũ ad ueniendum & ſe defendendum, ut ſupra, & termino prædicto elapſo, & uocatus nõ uenerit, officialis ſeu gabellarius prædictus, contra negligentes ſoluere ad executionem procedant. Si uero fraude

uocati fuerint habeantur pro confeſſis & conuictis & teſtibus ſuperatis dilatione, ut ſupra data elapſa, & eis contumacibus exiſtentibus officialis, pœnas in ſtatutis annotatas ſecundum qualitatem fraudis incidiſſe declaret, qua condemnatione lata pro pœna exequatur & pariter gabella. Et hoc uendicet ſibi locum in Ciuibus, incolis, & habitatoribus, ut ſupra. Si uero forenſis fraudem commiſiſſe prætenderet, & in Ciuitate, ſeu Territorio reperiretur, poſſit a' dictis officialibus perſonaliter detineri donec cauerit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo. Eo uero abſcente per publicum Preconem ſono tube, & alta uoce citetur in platea publica Communis, & ei terminus aſſignetur trium dierum ad comparendum, & ſe excuſandum, quo elapſo, & contumax exiſtens, ut ſupra, pro confeſſo & conuicto, & teſtibus ſuperato habeatur, & pœnas ſucceſſiue incurriſſe per officialem præfatum declaretur, qua declaratione facta contra eundem data occaſione executio fiat, & nulla unquam præſcriptione ſe tueri ualeat. Et ſi elapſo termino ante declarationem quis in iudicium ueniret contumacia non obſtante audiri uolumus, niſi quis eſſet perſonaliter citatus, quo caſu ſit in arbitrio officialis prædicti admittere. Condemnatione uero lata, nullatenus audiri in poſterum uolumus, niſi in legitimo impedimento euidentiſſime docuerit, qui ordo neceſſarius non ſit, ubicunque quis repertus fuiſſet in ipſa euidenti fraude, ſeu in actu fraudem committendi, quo caſu in continenti contra perſonam & bona exequi ualeat, & ſi talis inuentus ſe in pœnam non incidiſſe demonſtrare quouis modo ueller, dato actuali depoſito totius pœnæ audiri uolumus, ne quis indebite grauetur. Si autem ut ſupra citati ad iudicium uenerint, officialis prædictus uinculo iuramenti, obligatus ſit ædere omnia acta & proceſſum factum abſque aliqua diminutione ei ſeu cuilibet pro eo comparenti & requirenti, & omnium copiam tradere, ſumptibus tamen & expenſis petentis, & in cauſis prædictis autoritatem concedimus procedendi ſummarie ſimpliciter, & ſola facti ueritate inſpecta & nullo iuris ordine ſeruato, dummodo neceſſaria defenſio reo minime adimatur, quibuſcunque non obſtantibus.

De Gabellis & prouentibus Cōmunis locandis, & incantādis, & fideiuſſoribus dandis per emptores ſeu conductores. Rubrica III.

PRæſenti noſtro ſtatuto diſponimus quod omnia Pedagia, ſeu Gabellæ, & prouentus, ac introitus quicunque publici alienari, ſeu locari nullatenus poſſint, niſi publica præceſſerint bandimenta, hortantia quoſlibet ad offerendum premio magis offerenti prępoſito, ut promptiores reddantur, & introitus Communis augeantur, & acceptis oblationibus a' M. D. P. congregetur Conſilium Generale, & ibidem denuo ad incantum ponantur, & illi qui ultimo loco plus obtulerit, omnino uendantur, ſeu locentur. Quæ oblationes nullatenus a' M. D. P. & Cancellario, ac Scindico reiiciantur, niſi dicti offerentes incontinenti fideiuſſores idoneos, & exigibiles præſtiterint, & ſi minus idoneos fuiſſent, & a' præfatis M. D. P. reciperentur, ne Reſpublica detrimentum patiatur, culpa & negligentia eorum ipſi M. D. P. & Scindicus omnino teneantur & obligati in ſubſidium intelligantur. Nec aliter a' Conſilio dicta alienatio ſeu locatio improbari poſſit, ſeruato ordine ſupra deſcripto. Id tamen non uendicet ſibi locum in locatione ſeu alienatione Officii damnorum datorum, & Notarii Ciuilium actorum & gabellæ ponderandi frumentū euntibus ad moleñ. In quorum prouentuum tranſactione ultra ſolēnitates ſupra annotatas, uolumus q̃ perſona approbetur a' Conſilio Generali mediantibus ſuffragiis. Et ſi ille qui plus obtulerit ex aliqua rationabili cauſa non eſſet a' Conſilio comprobatus, ſequens ballu̇ctetur, & illi qui obtentus fuerit locetur, & ut fraudibus obuietur, uolumus quod antequam ſuffragia reddantur a' Cancellario, iuramentum cuilibet uotum reddenti deferatur, quod non fraude, & dolo, odio, amore, uel alia irrationabili cauſa ſuffragia redditurі ſunt, ſed tantum ad publicam utilitatem, & deperditus pro oblationibus factis poſſit lucrari uſque ad florenos quatuor, & non ultra, ſibi numerandos tempore ſolito, ab emente ſeu locante, ut ſupra. Quæ

pra. Quæ ſolennitates ut ſupra non ſint neceſſariæ in locatione domorum lupanaris ſtationum apothecarum, & aliarum domorum Communis, quæ locari poſſint a' M. D. P. uirtute eorum officii, præcedentibus tamen ſubaſtationibus, & bannimentis pluries diuerſis diebus feſtiuis factis, dũmodo pro uno anno tantum locentur. Si uero longiori tempore locare uellent requiratur cõſenſus Conſilii Credẽtiæ quo deficiente, locatio ſit ipſo iure nulla. Addentes gabellã magnam plateæ non poſſe quoquo pacto traſactari, ante penultimam Dominicam, qua expiret præcedens uenditio ſeu locatio. Quibus ſolemnitatibus, & ordinibus, ut ſupra ſeruatis M. D. P. inſtrumenta dictis offerentibus ut ſupra facere teneantur cum capitulis, & pactis hactenus in dictis inſtrumẽtis apponi ſolitis, & preſertim quod emptores ſeu locatores prædicti, quouis queſito colore cauſa, ſeu ratione nõ poſſint nec ualeant petere per uiam gratiæ, ſeu iuſtitiæ aliquam remiſſionem, ſeu dilationem ad ſoluendum. Ac etiam ꝙ debeant ſoluere pretium conuentum de ſextaria in ſextariam in pecunia numerata. Et ſi tempore debito ſatisfacere neglexerint M. D. P. & Camerarius debeant illam quantitatem ſub fœnore accipere, ne ob illius moram Communitas damnum patiatur, alias ipſi Domini Priores ad intereſſe Communi teneantur. Et nihilominus a' Pretore & eius Curia, tam principalis quam fideiuſſor contra quem procedi poſſit eodem contextu, nulla excuſatione precedente perſonaliter detineantur donec ſatisfecerint de ſorte fœnore expenſis & omnino damna quomodolibet ob dictam moram a' Cõmuni paſſa refecerint, & in poſterum ad oblationes ullatenus admittantur, & P. præmiſſa omnia ſummo ſtudio & diligentia executioni demandare ſtudeant. Et pariter Poteſtas & alii officiales pœna xxv. librarum pro quolibet & qualibet uice, ob negligentiam circa premiſſa incurrenda. In quam pœnam etiam incurrant iidem D. P. & pariter Cancellarius ſi ipſi ſeu aliquis ipſorum offerrent, ſeu cum offerentibus participarent tam tempore oblationis quam etiam ſi poſt celebratum inſtrumẽtum, & finitum eorum officium ſocietatem iniiſſent cum dictis emptoribus ſeu locatoribus de facto ab eis exigenda & Communi aplicanda, quibuſcunq; non obſtantibus.

De non admittendo aliquem in ſocium Gabellarum ſeu prouentuum Communis. Rubrica IIII.

NVllus publicanus, ſeu emptor uel locator alicuius prouentus, ſeu gabellæ Communis audeat, uel præſumat deputare recipere, uel admittere quouis queſito colore directe uel indirecte aliquem in ſocium, ſine expreſſa licentia M.D.P. una cum Conſilio Credentiæ danda, & ſi quomodolibet cõtra fecerit, tam receptans ꝙ in ſocium aſſumptus, incidat in pœnam x x v. librarum de facto & ſine aliqua diminutione exigenda, a' qua non excuſetur ob licentiam a' M. D.P. conceſſam abſq; autoritate Conſilii Credentiæ applicãdam prout in ſtatuto de pœna ſoluenda a' comittentibus fraudem, quocunq; non obſtante.

De monitione facienda per publicanos. Rubrica V.

VT fraudibus obuiet' & indẽnitati gabellariorũ cõſultũ ſit, ſtatuimus ꝙ gabellarii notificẽt oĩbus officialibus noſtri Cõis, ne aliquo queſito colore licẽtiã alicui Ciui habitatori, ſeu forẽſi cõcedere ꝑſumant apprehẽdendi poſſeſſionẽ, ſeu tenuta aliucus rei imobilis uenditæ, ſeu permutatæ, uel donatæ, niſi per Gabellarios fuerit facta fides, quod de huiuſmodi contractu debitum uectigal ſoluerit per Notarium publicum inde rogatum, ſeu per aliam ſcripturam publicam, qua monitione præcedente ſi officialis fide, ut ſupra non habita conceſſerit autoritatem apprehẽdendi poſſeſſionem, pœnam decem librarum de ſuo ſalario retinendam incurrat, & conceſſio ſit nullius reboris & momenti, & in omni caſu petens, etiam ꝙ ſibi conceſſa licentia prædicta non foret, pœnam centum ſolidorum incurrat, quocunq; non obſtante.

De loco Dohanæ, & gabella immiſſionis mercium quarūcunqꝫ. Rubrica VI.

VT facilius Ciuitates onera pro ſubueniendis Principum quibus ſubditæ ſunt, neceſſita
tibus ac propriis ſufferre poſſint eis a' Principibus conceſſum eſt uectigalia pedagia &
gabellas antiquas augere, & noua inducere, prout huic noſtræ Reipublicæ antiquiſſimis re
troactis temporibus a' ſummis Pontificibus data fuit autoritas, eaqꝫ conſuetudine robora
ta & nouiſſime a' ſummis modernis Pontificibus confirmatum extitit, ut Sedi Apoſtolicæ
neceſſitatibus ſubuenire poſſemus, ubicunqꝫ enim Reſpublica opulenta eſt, nō oportet par
ticulares grauare, qui hodie in extremam protinus calamitatē redacti ſunt ob peſſimā tem
porum qualitatem, noſtris quidem demeritis, ita expoſtulantibus, hac igitur lege perpetuis
temporibus ualitura, decernimus & inuiolabiliter ab omnibus obſeruari mandamus, om
nes tam Ciues habitatores, & incolæ ꝙ̃ etiam forenſes, qui pannos cuiuſcūqꝫ generis lanæ
ſeu lini, ſiue bombacis, qui uulgo dicitur guarnelli, lanam, bombacem, linum, ſericum cu
iuſcunqꝫ generis, & quaſcunqꝫ res, ad artem mercea riorū pertinentes, ceram, mel, & omnia
alia ad artem aromatariæ ſpectantia. Et pariter argentum & aurum laboratū ſiue non, fer
rum laboratum uel nō, plumbum, ſtagnum, auricalcum, & omnia ſimilia, ligna cauſa edi
ficii cuiuſcunqꝫ generis, ſeu per uſum familiarum, ſiue ſint laborata, ſiue nō, etiam uaſa cu
iuſcunqꝫ qualitatis, quæ per illorum artifices fieri poſſent. Piſces, & carnes ſalitas, ficus, nu
ces, funes, legumina, ordeum, cæteraqꝫ ad artem cupedinariorum ſpectātia. Et demum res
quaſcunqꝫ cuiuſuis nominis, nuncupari poſſent, & ab ingenio humano excogitari in futu
rum cauſa uendendi ad hanc noſtram Ciuitatem deferent. Teneantur in continēti anteꝙ̃
in alio loco prædicta reponant, illa conducere ad locum a' Republica deſtinatum pro du
hana. & ibi per duos ciues deputatos a' publico extimentur, & a' deputato ſeu officiale uel
gabellario Cōmunis in libro per eum legaliter conficiendo, res delatæ una cum extimatio
ne deſcribi poſſint, de quibus teneantur duos florenos cum dimidio, pro quolibet centina
rio, iuxta dictam extimationem ſoluere pro gabella immiſſionis, hæc tamen ſit differentia
inter forenſes & incolas. Forenſes ſoluere obligati ſint tātummodo de rebus alienatis, & de
non alienatis non teneātur ſoluere immiſſionem, ſed extractionem hoc declarato, ꝙ ſi ga
bella rerum uenditarum non aſcenderet ad tātam ſummā quāta fuiſſet tracta, poſſit gabel
larius cogere ad illud reſiduum, ita ꝙ non habeat in totum minus tracta, ſecūdum tenorem ſe
quentium ſtatutorum. Incolæ uero & ciues & habitatores ſe in aliquo exercitio & mercatu
ra huiuſmodi & ſimilium exercentes, ſtatim ꝙ inuexerint, totam gabellam prædictam ſol
uere teneantur, habita tamen dilatione duorum mēſium, a' die quo in Ciuitatem immiſſe
rint, & ſi quis tātæ fuerit audaciæ, ꝙ anteꝙ̃ ad dictum locum portauerit alibi in totum uel
in partem repoſuerint, & occultare uoluerint, incidat in pœnam amiſſionis dictarum rerū
& animalium cum quibus ea cōduxerit, & hoc ulterius pro gabella ſoluāt decem, pro quo
libet centinario, incontinēti, nulla ſibi facta dilatione, ut eius exemplo cæteri ab huiuſmo
di fraudibus abſtineāt, & licitum ſit officiali ſeu gabellæ prædictæ exactori, ſi ad aures eius
deuenerit perquirere in domibus priuatorum, eccleſiis, & in quocūqꝫ loco ſine aliqua reſi
ſtentia pro reperienda fraude, & ſi aliquis pluries fraudem commiſſerit, pœna duplicetur,
& ut homines promptiores ſint ad diuulgandum fraudem committentes, & pariter officia
les diligentius exequantur, decernimus ꝙ accuſator habeat quartam partē, & aliam quar
tam officialis, qui cum effectu executionem fecerit, reſeruata tamē autoritate Conſilii Cre
dentiæ poſſe ex aliqua rationabili cauſa minuere pœnam prædictam, & ſecundum deter
minationem diſtributio fiat. Reliquum uero ſit communis, & ad euitandum fraudes Mer
catorum, qui res ſuas ad nundinas deferunt, ad Ciuitatem noſtram reducūt. Declaramus
ꝙ tempore quo iuerint ad nundinas teneātur deducere ad notitiam Ciuium deputatorum
& publicano res delatas, ut illi illas ualeāt ſigno publico cōmunis impreſſione muniri, &
ſignent cum effectu. Et ſi poſtꝙ̃ redierint non oſtendēt merces ab eis ad nundinas delatas
& reportatas ſigno prædicto fore cum effectu impreſſas, de omnibus gabellam ſoluere te
neantur

neantur. Et ſi in dicto ſigno fraudem ſecerint, incidant in pœnam falſi. Declarantes quod publicano nullo pacto liceat ſe cõcordare cum mercatoribus in preiudicium præſentis legis, & ſi reperiretur ſe concordaſſe, & curam non adhibuiſſe, ut omnia in præſenti ſtatuto contenta ad unguem obſeruentur, qualibet uice incurrat pœnam centum lib. denariorum, ab eo ſine remiſſione, de facto exigendam. Cuius quarta ſit accuſatoris, quarta officialis exequentis, & reliquum Communis. Addentes inſuper ꝙ omnes cum rebus quibuſcunq; tranſeuntes per Ciuitatem, & de quibus uectigal ſoluere deberet, teneantur uolentes pernoctare, in Ciuitate exonerare res prædictas in dicto loco deſtinato, ut ſupra, & ſi per tres dies moram traxerint, & non uendiderint, extrahentes infra tres dies teneantur ad gabellam paſſus, & illis tribus diebus elapſis, dicti extrahentes ſoluere debeant gabellam tractæ, ut in ſequenti capitulo, quocunq; non obſtante.

De ſolutione Gabellæ extractionis rerum a' Ciuitate & Territorio Maceratæ. Rubrica VII.

STatuimus ꝙ quicunq; ſiue ſit Ciuis ſiue habitator, incola, ſeu forenſis, qui extraxerit de hac Ciuitate uinum, ordeum, ſpeltam, pro qualibet ſalma ſoluat pro uectigali bolonenos duos. Si uero granum, legumen, cuiuſuis generis, guatum, ſoluere teneantur pro qualibet ſalma boloñ. quatuor, ſiue cauſa uendendi, ſeu pro uſu ſuo. Si piſces, ferrum, pannos baſſos, & alias res quarum ſalma non excedat ualorem quinquaginta florenorum, bolonenos quinque. Si uero pannos altos, ſericum, argentum, aurum laboratum, uel non, cæteraſq; quaſcunq; merces ſoluere teneantur pro qualibet ſalma bolonenos duodecim. Et ſi extrahens aliqua ratione ſe priuilegiatum pretenderet, & ab alio non priuilegiato emiſſet, uenditor ad gabellam prædictam ſoluendam omnino compelli queat. & nullatenus excuſari poſſit, quocunq; in contrarium non obſtante. Nolumus tamen ad aliquam ſolutionẽ teneri Ciues & habitatores dictæ Ciuitatis, qui cauſa officii, uel alia quauis occaſione habitarent extra dictam Ciuitatem, & extrahere uellent farinam, granum, ordeum, uinum, oleũ & cætera comeſtibilia pro uictu ſuo & familiæ, & officialium, & ſuorum familiarium, dummodo licentiam a' D. P. pro tempore exiſtentibus requirant. Dummodo ſi granum extraſerint, multuram & gabellam macinatus ſoluat, alias nullo pacto extrahere poſſit. Nolumus inſuper ad aliquam gabellam teneri forẽſes qui pro eorum ſecuritate, uel alia quauis cauſa legitima uidelicet belli, & peſtis detulerint res in hac Ciuitate, non tamẽ animo uendendi, & extrahere abſq; aliqua ſolutione gabellæ, & pariter non teneantur uenientes ad uiſitandum Eccleſias Glorioſiſſimæ Virgini dicatas, ſeu alia queuis templa ad honorẽ Dei & Sanctorum eius dicata, pro Indulgentiis, deferentes pro eorum neceſſitatibus, quibuſcunq; non obſtantibus. Ad quam ſolutionem uolumus teneri ementes res quaſcunq;, de quibus tracta ſolui debet. Si illas extraxerit non obſtante ꝙ gabellam emptionis ſoluiſſet, & de ea re uenditor immiſſionem ſoluiſſet, quocunq; non obſtante, nec minus ad dictam gabellam extractionis teneantur. Ciues & habitatores qui tempore guerræ extraxerint animalia, ſeu res quaſcunq; de dicta Ciuitate, & eius Territorio, & diſtirctu, quibus ob bellum ſeu eius ſuſpitionem liceat conducere quo uoluerint, & etiam uendere, & reconducere pro libito uoluntatis ſine ſolutione aliqua, dummodo ſuſpitio ſit rationabilis belli imminentis. Si uero oleum extraxerint, ſoluant pro quolibet milliare bolonenos quatraginta. Et ſi extraxerint publicano ignorante, incidant in pœnam duodecim denariorum pro quolibet denario, quem ſoluere deberet pro gabella, & oleum amittat applicañ. pro quarta accuſatori, pro alia quarta gabellario, reliquum uero Communi, & quilibet poſſit ipſum accuſare, & teneatur ſecretus. Pro extratione uero oliuæ, pro qualibet ſalma ſoluat bolonenum unum. Si uero forenſes oleum in hanc Ciuitatem duxerint prout introitu ſoluat bolonenos decem pro milliare, & ſi uendiderit ſoluat gabellam uenditionis, iuxta formam ſequentis ſtatuti. Si uero non uendiderit & extra Ciuitatem, & territorium aſportare uoluerit

recedere, pœna ut ſupra, & pedagio ſemper ſaluo. Decernentes rem ipſam ac fructus ipſius rei, pro pœna & gabella eſſe obnoxios, ſeruata ſemper diſpoſitione ſtatuti ſub Rubrica De pœna fraudantium Gabellas, & cui applicetur, maxime circa autoritatem Conſilii Credentiæ a' quo poſſit ualidari poſtmodum contractus prædictus ſi pars non declarauerit ſe uelle in nullitate perſiſtere & ab eo uelle recedere ante ualidationem & remiſſionem factam a' dicto Conſilio, quibuſcunq; non obſtantibus.

De Gabella emptionis ſeu permutationis rerum mobilium, & de quibus ſolui non debet. Rubrica XI.

ORdinamus præſenti lege quemlibet Ciuem, Incolam, habitatorem, ſeu forenſem ementem, ſeu permutantem animalia, & pannos, merces quaſcunq;, coramen preparatum, coria & alias quaſcunq; res mobiles, de quibus non eſſet ſoluta Gabella immiſſionis, teneri ad ſolutionem gabellæ, uidelicet ad denarios quatuor pro qualibet parte iuxta continentiam præcedentis ſtatuti. Et ſi Gabella immiſſionis ſoluta eſſet, emptor portionem ſuam tantum ſoluere compellatur. Declarantes tamen quo ad merces coramen & coria & alias res quaſcunque mobiles (exceptis animalibus) ita demum teneri ad ſolutionem gabellæ, ſi emptor cauſa mercandi emiſſet, ſecus ſi pro uſu ſuo & familiæ, uel cauſa extrahendi, quo caſu a' gabella extractionis non excuſetur, ut in ſequenti ſtatuto. Declarantes ementes & uendentes granum, ordeum, ſpeltam, legumina cuiuſuis generis, miliū, & alia ſimilia, caſeum, oleum, nam quomodocunq; uendantur a' Ciue, ad Gabellam prædictam minime teneri uolumus, exceptis panifaculis, & cupedinariis, qui ementes granum ordeum, ſpeltam, legumina, milium, oleum, teneantur accipere menſuram a' dicto Gabellario, & ſoluere pro qualibet ſalma, & metro ſolidum unum. Forenſes uero deuehentes amigdalas, uuam paſſam, mel, carnes & piſces ſalitos, ſaponem, candelas ſeui, mala arancia, caſeum, oleum, & ſimilia, minutatim uendiderint, ſiue ingroſſum ementibus pro uſu ſuo, ad aliquam Gabellam non teneantur, ſecus ſi uenderent aromatariis, cupedinariis, & aliis ementibus gratia reuendendi, & mercandi, teneatur ipſe forenſis ſoluere totam Gabellam octo denariorum pro quolibet floreno. Et pariter excipimus ementes agnos, ædos, ſues, porcos, ſi Ciues, & pro uſu ſuo & familiæ emerent. Secus ſi cauſa mercandi, & ideo laniones, hoſpitatores, caupones, cupedinarii, ſiue in parua, ſiue in magna quantitate dictorum animalium emerint, ementes & uendentes ad ſolutionem dictæ Gabellæ cogi poſſe decernimus, & ad Gabellam prædictam teneātur. Mercatores ſeu merciarii, aromatarii, cupedinarii, fabri ferrarii, qui uendidiſſent omnia bona ſeu maiorem partem exiſtentia in eorum apothecis & domibus, & uenalia haberent, quamuis de eis iam ſoluiſſent pedagium immiſſionis, iuxta formam ſtatutorum ſuperius annotatorum & id quod dictum eſt de animalibus intelligatur emptorem & uenditorem oneri huius Gabellæ eſſe ligatos, quamuis extra Ciuitatem, & Territorium contractus celebratus, ac conſignatio facta foret, dummodo cœperint habere per prius tractatum in Ciuitate, ſeu territorio de quo tractatu ſtetur dicto unius teſtis fidedigni, & emptores ac uenditores denuntiare obligati ſint, pœna in ſtatuto præcedenti comprehenſa.

De ſolutione Gabellæ animalium. Rrubrica XII.

LIceat unicuiq; Ciui, ſeu habitatori noſtræ Ciuitatis, & habitator intelligatur qui domicilium cum eius familia habuerit, & cōtinuo moram traxerit intus dictam Ciuitatem per Annos decem, & onera quæcunque publica ſuſtinuerint, retinere ſeu retineri facere in

paſcuis Territorii noſtræ Ciuitatis quatuor beſtias bouinas, unam equam, unam ſuem ſeu ſcrofam, duos porcos, pro quibus compelli minime poſſit ad aliquam ſolutionem Gabellæ paſcuorum. Dummodo tamen tot bona ſtabilia propria ſeu locata detineat, in quibus rationabiliter animalia prædicta depaſcere poſſent. Et ſi locator retineret, conductori minime ſit licitum, alias conductor illa retinere ualeat. Abinde uero ſupra ſoluat Communi, ſeu habenti ius ab eo, quolibet Anno, de menſe Nouembris, pro quolibet animali bouino, & equino, ſolidos decem, & pariter pro qualibet ſcrofa apta ad multiplicandum, & ut uulgo dicitur da feto, pro quolibet uero porco, ſeu ſcrofa ſenata, ſolidos quinque, pro quolibet caſtrato, capra, & hirco, ſolidos duos. De natis uero ex dictis animalibus medietatem dictæ gabellæ, ſingula ſingulis congrue referendo, dummodo nati ex animalibus, ut ſupra minutis tempore aſſignationis, uidelicet de menſe Nouembris ſint quatuor menſium, uel minoris ætatis, bouina uero, & equina, unius anni. Si uero maiores ad integram Gabellam. Sed ſi elapſo dicto menſe Nouembris naſcerent durante anno illius gabellarii illa aſſignare neceſſarium non ſit, nec non minus pro eis quis ad ſolutionem pedagii compelli quoquo pacto ualeat. Et ſi elapſo dicto menſe aliquis immittere uoluerit in paſcuis prædictis aliquem numerum animalium prædictorum, ei neceſſitatem iniungimus infra tres dies denuntiandi gabellario prædicto, a die immiſſionis computandos, quamuis non excedat numerum ſupra a ſtatuto conceſſum libera, & abſque ſolutione retinendi, ultra uero dictum numerum Gabellam pro rata temporis illius Anni inchoati, tantummodo ſoluere compelli poſſit. Et ſi aliquis Ciuis durante Anno aſſignationis alteri uendiderit aliquem numerum, ille emptor libere retinere poſſit, durante dicto Anno abſque ſolutione aliqua. Secus ſi uenditio eſſet facta foreſi qui uolens retinere, ſoluere teneatur, ut in ſequenti ſtatuto, iſto tamen caſu, & quando animalia prædicta ab emptore eſſent extracta de territorio, uenditor durante anno totidem immittere ualeat, & ad gabellam non teneatur, nullum inſuper uectigal ſoluere teneatur retinentes unã uel duas equas quas cum clitella exerceret pro uſu ſuo, & domini. Et pariter ſi quis in dictis paſcuis conduxiſſet unum equum, qui uulgo dicitur poledro, cauſa reuendendi. Si uero aliquis Ciuis ſeu habitator, ut ſupra per ſe, uel colonos, ſeu famulos retinere uoluerit aliquam quantitatem ouium, ei licitum ſit, & ab eo Gabellarius exigere poſſit florenos decem pro quolibet centinario. Declarantes quod pro quolibet centinario quinque libras, & abſque aliquo grauamine gabellæ retinere quiſq; ualeat. Et ſi minorem numerum unius centinarii retineret, pro rata gabellam ſoluat, & libertatem prædictam concedimus, & in quolibet caſu prædictorum in hoc ſtatuto comprehenſorum, quicunq; animalia retinere uolens in dictis paſcuis, & a principio retineret, ſeu immittere uellet, ei opportunum ſit denunciare infra quindecim dies, dicto gabellario, poſtquam emerit uectigal prædictum, & ſi quis prædicta omnia, ſingula ſingulis referendo ad unguem non ſeruauerint, pœnam duodecim denariorum pro quolibet denario quem ſoluere obligatus eſſet pro dicta gabella incurrere decernimus. Si uero retinentes tempore congruo, non ſoluerent, ad duplicatum uectigal a gabellario ſeu exactore cogi poſſit, dummodo exactor oſtendat diligentia uſum fuiſſe p exigendo, quibuſcunq; non obſtantibus.

De animalibus forenſium. Rubrica XIII.

NVllus Forenſis cuiuſuis ſtatus, gradus, preeminentiæ, & conditionis exiſtat, audeat quouis queſito colore, conducere, ſeu immittere conduci, ſeu immitti facere, & quouis modo retinere, ſeu retineri facere, directe uel indirecte aliquod genus animalium ad depaſcendum in territorio noſtræ Ciuitatis, ſine licentia M. D. P. & Conſilii Credentiæ legitime obtenta, qui M. D. P. una cum Conſilio prædicto autoritatem omnimodam habeant

beant dandi & concedendi licentiam prædictam conducendi & retinendi oues ſiue pecu‑ des forenſibus in paſcuis prædictis, dummodo cum ouibus immiſſis & retentis a' Ciuibus in dictis paſcuis non excedant numerum quatuor milium ouium, & quia naturalis ratio nos impellit, ut prius nobis ipſis conſulamus poſtmodum aliis, ideo decernimus ſi uſque ad numerum prædictum Ciues retinere uellent, forenſibus licentia minime concedatur. Sed in defectum q; Ciues totidem non retinerent uſque ad complementum dicti numeri, præfati M. D. P. cum dicto Conſilio Credentiæ licentiam dandi autoritatem omnimo‑ dam habeant, qui forenſes pro quolibet centinario ouium teneantur gabellario prædicto ſoluere florenos quindecim. Si uero uaccas, boues, equas, ſcrofas, retinendi licentia, ut ſu‑ pra concederetur, pro quolibet animali ſoluere teneantur bolonenos decem, penitus de‑ negantes dictis M. D. P. niſi prius in dicto Conſilio Credentiæ legitime obtemptum fue‑ rit huiuſmodi facultatem concedere poſſe, & ſi contraire præſumpſerint, pro quolibet & qualibet uice, pœnam uigintiquinque librarum denariorum, de facto ab eis exigen. & pro quarta Gabellano, pro alia accuſatori, reliquum Communi applican. incurrere decerni‑ mus. Volentes inſuper fraudibus obuiam ire, quæ de facili committi poſſent. Committi mus q; nullus Ciuis ſeu habitator dictæ Ciuitatis, audeat uel præſumat quoquo modo im‑ mittere & retineri facere, ſeu immitti & cuſtodiri, & ſecura facere, directe uel indirecte ali‑ quod genus animalium forenſium in paſcuis dictæ Ciuitatis, illa aſſignando pro ſuis ob minorem gabellam in fraudem, & ſi illa ſint colonorum forenſium, ſeu aliorum & ſub co lore aliquando contractuum fictitiorum, uel alio titulo & nomine, ſub pœna duodecim denariorum pro quolibet denario quem dare ſoluere pro mera gabella irremiſſibiliter exi genda, quotieſcunq; fraus detecta fuerit, cuius pœnæ quarta pars ſit officialis dictæ gabel‑ læ, alia quarta accuſatoris, reliquum Communi applicamus, & forenſes omnes intelligan tur qui per decem Annos intus Ciuitatem non habitauerint, ut in præcedenti ſtatuto. Et omnes alii quamuis habitauerint, iuriſdictionem tamen noſtri Communis ſubiacere recu‑ ſauerint & recuſant, & ſi ſubiectus noſtræ iuriſdictionis retineret uel cuſtodiret animalia non ſubditi & ratione Communitatis prætendentis non teneri ad aliquam gabellæ ſolu‑ tionem, ipſe cuſtos gabellam integram ſoluere compelli poſſit. Et ſi pariter cuſtos priuile giatus eſſet, libertatem unicuiq; concedimus de eorum poſſeſſionibus expellendi, & con‑ tra eorum uoluntatem ibidem minime depaſcere ſit licitum, pro ut iuri & æquitati conſo‑ num. Iura nanque non permittunt, quem ob immunitatem poſſe uti re aliena, inuito do‑ mino, pretio non ſoluto, niſi ita depaſcere uolentes licentiam, ut ſupra a' Communi obti‑ nuerint, & gabellam prædictam pro ut ipſi Communitati uidebitur perſoluerint. Decer‑ nentes non licere propterea Gabellario petere aliquod intereſſe a' Communitate eo q; di‑ cti exemptores ſoluere, ut ſupra recuſauerint, & paſcuis uterentur, ſed bene M. D. P. omni induſtria utantur, ut dicti priuilegiati hoc caſu cum aliis onera ferant & ſubſtineant, qui‑ buſcunq; non obſtantibus.

De pœna prohibentium retinentes animalia ne paſcuis libere utantur. Rubrica XIIII.

QVoniam iniquum eſſe cenſemus, q; Ciues, incolæ, habitatores, ſeu forēſes, qui cum Communitate, ſeu Gabellario forma, ut in præcedentibus ſtatutis ſeruata ſe con‑ cordarunt, & ius păſcendi emerunt, poſtea a' dominis poſſeſſionum prohibeătur uti dictis paſcuis, ut ab eis animalia ſine cauſa, & ratione expellantur. Volentes igitur indemnitati dominorum animalium conſulere, ut conuenit, hac lege perpetuo ualitura diſponimus, nulli licere de poſſeſſionibus propriis, ſeu conductis quomodolibet animalia oneri Gabel læ ſubiecta de locis paſcuorum quomodolibet deiicere, & impedimentum aliquod inferre.

Hoſpitatores uero Tabernarii, caupones, & alii ſimiles qui in eorum domibus edere uolentibus cibos parauerint, ſiue proprium ſeu ab aliis emptum uinum uendiderint pro uectigali ſoluant pro qualibet ſalma bolonenos ſexdecim. Declarantes q; ſi ab alio emerint non poſſint cogi ad ſolutionem Gabellæ emptionis, uenditor tamen illam ſoluere omnino compelli ualeat. Qui nullatenus uendere ualeant niſi denuntiatum ab eis Gabellario fuerit, qui uegetem de qua uendere intendit impreſſione ſui ſigilli muniri poſſit. Et ſi de uegete non ſigillata inuentus fuerit uendere, incidat in pœnam qualibet uice quinquaginta librarum, de facto exigendam, ut ſupra. Expreſſe inſuper prohibemus Cauponibus, hoſpitatoribus, tabernariis cupedinariis, tam intus Ciuitatem, q; in eius Territorio, & preſertim in hoſpitio paſſus Potentiæ hoſpitia & tabernas quomodolibet exercentibus ut nullo pacto emere poſſint uinum, cauſa eorum exercitii, quod recollectum non fuiſſet in Territorio Ciuitatis noſtræ. Nec eis liceat conducere, ſeu conduci facere etiam tempore uindemiarum, uinum nouum forenſe, nec eis liceat aliquo pacto emere uinum a' forenſibus delatum in platea, ſeu foro noſtræ Ciuitatis cauſa uendendi. Et ſi quis huic legi contraire præſumpſerit, qualibet uice, & pro qualibet ſalma, incidat in pœnam uigintiquinq; librarum, & amiſſionis uini, & animalis cum quo detulerit, de facto exigendam, & ut ſupra applicandam, excepto uino nouo delato a' dictis forenſibus in foro publico a' Calendis Octobris, uſq; ad medium menſem Nouembris, de quo emere prædictis hoſpitatoribus cauponibus, & tabernariis impune licere concedimus. Forenſes uero deferētes uinum in platea ſeu foro ad uendendum minutatim gabellam ueluti hoſpites & tabernarii ſoluere cogantur, quocunq; in contrarium non obſtante.

De Gabella menſurarum cuiuſcūq; generis bladorum, leguminum, olei, pannorum, & ponderum, ac menſurarum quarūcunq; rerum. Rubrica XVII.

QVicunq; uendere uoluerit frumentum, ordeum, ſpeltam, ſeu aliud genus bladorum legumina, milium, oleum, oliuam, debeat menſurare menſura Communis, & cogi poſſit a' Gabellario ad ſolutionem duodecim denariorum, pro qualibet ſalma bladorum & leguminum, inter emptorem & uenditorem, & ſimiliter pro quolibet metro olei, pro menſura uero panni lini, pro quolibet brachio denarios duos, quas menſuras Gabellarii pœnes ſe omnino habere teneantur, ac etiam pondera quarumcunq; rerum, & nemini tam habitatori Ciuitatis & Territorii quam forenſi, licitum ſit deferre quaſcunque res quæ menſurari, & ponderari ſolent ad uendendum in publico foro, ſeu platea, uel per Ciuitatem, non acceptis ponderibus, ſeu menſuris a' Gabellario prædicto, a' quibus idem Gabellarius de ponderibus quolibet die non debeat accipere niſi denarios ſex, de menſuris uero rerum pauci momenti, denarios duos. Excipimus glandes & furfurem, de quibus pro mēſura quis aliquid ſoluere minime compelli queat. Et ſi aliquis uendiderit ſine dictis menſuris incidat in pœnam uice qualibet duarum librarū, & procedi poſſit per inuētionem & pariter per accuſationem, & pœna diuidatur & applicet' pro quarta gabellario, pro quarta accuſatori, & pro reliquo Communi, quocunq; non obſtante.

De Gabella portantium frumentum & alia ad molen̄. Rubrica. XVIII.

QVicunq; Ciuis, incola, & habitator Ciuitatis, ſeu Territorii, ſeu forenſis moram trahens in Ciuitate, ſeu Territorio, detulerit granum, ordeum, ſpeltam, milium, fabam, & alia quæcunque blada, ſeu legumina ad molendinum, pro qualibet ſalma ponderis quingentarum librarum, ei neceſſe ſit ſoluere pro uectigali ponderis bolonenos quatuor. Paniſaculi uero ad duplum teneantur, & quilibet ponderare obligatus ſit, quod

uectigal a' publicano ponderis exigi poſſit incontinenti facta ponderatione, pro cuius con ſecutione, ei liceat retinere farinam, donec non fuerit ſibi pedagium prædictum ſolutum. Et recuſantes ponderare, qualibet uice pœnam decem librarum incurrere decernimus, de facto, & irremiſſibiliter exigendam, in quam pœnam pariter incidat publicanus, qui aſſidue non ſteterit ad ponderandum, ac etiam ſi ſui culpa & ſcientia habitatores huius Ciuitatis, & Territorii granum e' Ciuitate, ſeu Territorio alibi quam ad molendinum no ſtri Communis portauerint ad molendum, in detrimentum noſtri Cõmunis, & ultra Ga: bellam prædictam octo bolonenos ſoluendos ab omnibus facientibus panem cauſa uen dendi, decernimus omnes, & quoſcunque facientes panem cauſa uendendi, ſiue ſit Ciuis ſiue habitator, ſeu forenſis ſoluere compellantur pro qualibet ſalma ponderis, ut ſupra quingentarum librarum bolonenos duodecim, & in quolibet caſu prædictorum, ſi ſalma erit maioris ponderis, plus. Si uero minoris ponderis minus, pro rata ſoluere debeant. Et quicunq; huic noſtræ diſpoſitioni contrauenire uoluerit, incidat in pœnam decem libra, rum, cui pœnæ nolumus ſubiacere mulieres Ciuium, & habitatores dictæ Ciuitatis, quæ pro neceſſitatibus domus, & aliquando inuitis maritis uenderent aliquam quantitatem panis non excedẽtem mediam ſalmam, quæ pœna de facto exigatur, & procedi poſſit per inuentionem & accuſationem, & accuſatori quarta pars detur, alia Gabellario, Dimi, dium uero Fiſco Communis applicetur. Volumus tamen ab onere huiuſmodi Gabellæ penitus eſſe immunes. M. Dominos Priores tempore eorum officii pro eorum uſu & fami lia Reipublicæ, & pariter Confraternitates molentes pro ſubueniendo Pauperibus, qui, baſcunq; non obſtantibus.

De Gabella rerum ſpecialiter non expreſſarum. Rubrica XIX.

STatuimus quod de omnibus & ſingulis rebus, de quibus in præſentibus decretis expreſ ſa, & ſpecialis mentio facta non eſſet unuſquiſque immittens, extrahens, uendens, e, mens, uel quomodolibet contrahens, ſoluat, & ſoluere teneatur gabellam omnino de ſi milibus ad ſimilia, quocunq; non obſtante.

De pœna incurſa a' fraudantibus pedagia, & cui applicetur. Rubrica XX.

HAc noſtra ſanctione perpetuo ualitura decernimus, quod ſi quis tantæ fuerit audaciæ quod contraire præſumpſerit contentis in præſenti uolumine ſtatutorum, & fraudem quomodolibet commiſſerit directe uel indirecte, Gabellis impoſitis, & imponendis a' no, ſtra Republica in poſterum, pœnam duodecim denariorum pro quolibet denario, quod ſe oporteret pro pedagio ſoluere ipſo facto incurrat ultra uectigal ab eo omnino perſol, uendum, & fraudem eo ipſo commiſiſſe intelligatur. Si contenta in aliquo ex ſtatutis, & reformationibus etiam in poſterum edendis, ad unguem non ſeruauerit, & unicuique li, ceat accuſare & denuntiare fraudantes, & teneatur ſecretus, & eius accuſationi, & denun, tiationi ſtetur, niſi accuſatus uериſimuliter ſe innocentem oſtenderit, dictuſque accuſator, ſeu denuntiator, quartam partem pœnæ illius quantitatis, uidelicet quæ cum effectu ad manus Camerarii Communis deuenerit conſequi debeat, & ut officiales diligentia utan, tur. Volumus q; officiales dictarum Gabellarum, ſeu Gabellarii pro tempore exiſtentes de omnibus & ſingulis pœnis quæ eorum induſtria & diligentia in Communi deuene, rint occaſione dictarum fraudum, aliam quartam, ut ſupra habere debeant, & ulterius nil

petere

petere poſſit, reſeruata ſemper facultate Conſilio Credentiæ, in totum uel in partem pœnas incurſas minuendi, & in totum remittendi. De cuius diminutione, ſeu remiſſione, etiam liberali gratia, accuſator & gabellarius querelam facere non ualeant, nec aliquod a' Communi petere poſſint. Et ſi gabellarius uice accuſatoris fungeretur dimidium pœnæ conſequi debeat, dummodo accuſatio per unum teſtem legitimum probetur. Et in omni caſu dimidium pœnæ ſit Communis. Ad cuius pœnæ exactionem officialis prædictus procedere poſſit de facto, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & nulla ſollennitate iuris ſeruata, præmiſſa tamen citatione, ut in ſtatuto ſub Rubrica ſecunda huius libri. Declarantes Rempublicam non eſſe obligatam ad aliquod uectigal pro emptionibus & uenditionibus, extractionibus, immiſſionibus, ponderis, dilationis ad molen. & pro quocunq; alio pedagio, ſed bene contrahentes cum ea non intelligantur immunes ab eorum portionibus, niſi ſpecialiter immunitatem eis Reſpublica conceſſerit, quo caſu publicani ab eis uectigal non exigant, nec minus a' Communi intereſſe aliquod petere poſſint. Addentes quod ex hoc ſtatuto, & aliis ſtatutis in hoc libro Gabellarum poſitis, non intendimus derogare pœnis impoſitis in caſibus contentis in præſenti Libro per alia ſtatuta in aliis Libris ſtatutorum annotata, aliam pœnã imponentes, ſed potius uolumus, & expreſſe declaramus per hæc illam augeri, quibuſcunq; non obſtantibus.

De pœna Gabellariorum exigentium plus debito, & fraudem committentium. Rubrica. XXI.

NVllus publicanus ſeu emptor prouentus alicuius Communis, ſeu ad exigendum uectigal deſtinatus, audeat quouis queſito colore alicui licentiam rei pertinentibus ad illud uectigal in caſu in quo ei autoritas non eſt data concedere, & preiudicium non ipſi, ſed Communi inſereretur, nec minus exigere plus debito, & ultra modum ſibi a' ſtatutis conceſſum quæ ad unguem ſeruare teneatur, & ſi contrafecerit, & fraudem quoquo pacto commiſſerit in quolibet caſu, & qualibet uice duodecim denariorum pro quolibet denario, pluri & indebite exacto, pœnam incurrat ab eo irremiſſibiliter exigenda, & partim quo ad damnum, & expenſas reſtaurare, & contra eum procedi poſſit per inquiſitionem, accuſationem, & denuntiationem, ut in præcedenti ſtatuto.

De beneficio confeſſionis, & ſolutionis. Rubrica XXII.

QVilibet accuſatus, denunciatus, uel inquiſitus ob fraudem commiſſam in caſibus in præcedentibus ſtatutis enarratis, & tempore ſuæ excuſationis confeſſus fuerit delictum & fraudem, de quo contra eum proceditur, quarta pars totius pœnæ remittatur, & ſi infra ſex dies a' die ſibi facti precepti ſoluerit condemnationem, alia quarta ſibi minuatur, ad eo ꝙ ob confeſſionem, ſolutionem, tantummodo ad dimidium totius pœnæ cogi poſſit, non obſtante ꝙ in ſtatutis ſuperius annotatis expreſſe caueatur pœnas prædictas, de facto ſine diminutione & irremiſſibiliter eſſe exigendas. Et hoc locum ſibi uendicet etiam ſi per cuſtodem portarum, ſeu officialem Gabellæ ſeu quanuis aliam perſonam inuentus fuiſſet fraudem non committere, & in fragranti crimine eſſet repertus, ab huiuſmodi beneficiis minime excludatur, quocunq; non obſtante.

De libertate fori ſeu emporii. Rubrica XXIII.

VNicuiq; Ciui, incolæ, accolæ, ſeu habitatori etiam forenſi, liceat deuehere, ſeu deuehi facere res quaſcunq; ad uictum humanum neceſſarias, die Mercurii, quo die emporiũ

ſiue mercatum fit in Ciuitate Maceratæ, in Platea magna dictæ Ciuitatis, cauſa uendendi, quo die ſeu die præcedēti pro delatione ſint liberi & immunes ab omni onere cuiuſuis pedagii, & pariter ſi dictæ res delatæ uenderentur dicto die Mercurii in dicta Platea. Si uero alibi in dicta Ciuitate uenditio fieret ſolitam Gabellam emptores, & uenditores ſoluere teneantur. Declarantes dictam immunitatem locum non ſibi uendicare quotieſcunq; aduehe rentur petiæ pannorum lanæ cuiuſcunq; coloris, & qualitatis exiſterent. Et pariter ſi animalia cuiuſcunq; generis groſſa conducerentur, & uenderentur, & etiam ſi res delatæ cuiuſuis generis ſint, uenderentur cauponibus, cupedinariis, hoſpitatoribus, ac mercatoribus quibuſcunq; qui ut dicitur, in groſſum, res emerent cauſa reuendendi, quibus caſibus emptores & uenditores ſolitam Gabellam perſoluere compelli poſſint. Addentes q; ſi res delatas dicto die non uendiderint, & extrahere uoluerint, pro ſequenti emporio, ut fraudibus obuietur, in loco Duhanæ reponere obligati ſint, & inde non extrahere uſq; ad illam diem emporii, alias ſi in dicto loco non repoſuerint, ad duplicatum immiſſionis uectigal teneantur, quocunq; non obſtante. Et omnes ementes pro uſu familiæ, non ſubiaceant ſolutioni pro ut hactenus conſuetum extitit.

FINIS.

Impreſſum Maceratæ per Lucam Binum Mantuanum, ſub Anno
Domini M. D. LIII. Die XXV. Octobris. Sedente
Iulio III. Pont. Max. Anno ſui pontificatus quarto,
Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Iacobo
de Sabellis Cardinali Piceni Legato, ac
Marino iacobo Angelutio, & Roberto
Carbono, dictæ Ciuitatis
Prioribus.

944079

BJCE 020.901 / 4/6/1981

[illegible]
[illegible] 379